ROMANUS PONTIFEX

TAMQUAM

PRIMAS ECCLESIAE,

ET

PRINCEPS CIVILIS

E MONUMENTIS OMNIUM SECULORUM

DEMONSTRATUS.

ADDITA AMPLISSIMA LITERATURA.

AUCTORE

AUGUSTINO DE ROSKOVÁNY,

EPISCOPO NITRIENSI.

Tomus VIII.

Monumenta Concilii Vaticani in relatione ad Statum Civilem, item Literaturam Conciliarem ab a. 1867—1871 complectens.

NITRIAE. 1873.

TYPIS MICHAELIS SIEGLER.

ROMANUS PONTIFEX

TAMQUAM

PRIMAS ECCLESIAE,

ET

PRINCEPS CIVILIS

E MONUMENTIS OMNIUM SECULORUM

DEMONSTRATUS.

ADDITA AMPLISSIMA LITERATURA.

AUCTORE

AUGUSTINO DE ROSKOVÁNY,

EPISCOPO NITRIENSI.

ALMA COLLEGE
213
LIBRARY
R73
Alma California

Tomus VIII.

Monumenta Concilii Vaticani in relatione ad Statum Civilem, item Literaturam Conciliarem ab a. 1867—1871 complectens.

NITRIAE. 1873.

TYPIS MICHAELIS SIEGLER.

44582

Conspectus Tomi VIII.

Pag.

Introductio . . . . . I—XLV.

Monumenta Concilii Vaticani in relatione ad Statum Civilem. 1868—1873.

Mon.

2020—2026. Responsa nonnullorum Praesulum ad *quaestiones S. Congr. Conc.* 1868. 1

Eppi *Rottenburgensis*, et *Herbipolensis* 2 8

Eppi *Spirensis*, et *Vratislaviensis* 9 11

2027. Desideria *Card. Pragensis* Patribus Concilii proponenda . . . 16

2028. Responsum *Facultatis Theol. Herbipolensis* ad quaesita *Ministerii Bavarici* de *Syllabo* et *Infallibilitate* R. P. 25

2029. Ex Schemate *Constit. dogm. de Ecclesia Christi* 85

2030. Ex Schemate *Const. de Eppis* . 123

2031. *Card. Secr. Status* ad *Nuntium Ap. Parisinum* de obiectionibus *Ministri Gallici* 124

2032. Idem ad *Nuntium Ap. Viennensem* de Nota *Ministri Austriaci* . 132

2033—2037. *Civilta Cattolica* de enunciata per *Regimen Austriacum* abrogatione *Concordati* anni 1855 . . 137

Propositio Ministri Cultus Austr. ad Caesarem, et Ministrum Externorum . . . 137 152

Mon.		Pag.
	Resolutio Caesarea de sublato Concordato . . .	154
	Nota Ministri Externorum ad Romanam Legationem .	157
2038—2039.	*Eppus Ratisbonensis* ad Regem contra *Placetum Regium* . . .	168
2040.	Proiectum responsi *Facultatis Theol. Herbipolensis* ad quaesita *Ministerii Bavarici* post definitionem *infall. R. P.*	174
2041.	*Card. Pitra AEppo Monacensi* de relatione inter Eccl. et Civit. .	219
2042.	*Eppi Bavariae* ad Regem contra *Placetum Regium* . . .	220
2043—2044.	*AEppus Monacensis* ad Ministrum Cultus de infallib. R. P. . .	232
2045—2047.	*Eppus Ratisbonensis, Vicar. Capit. Spirensis*, et *Eppus Eystettensis* in eodem merito . . . 256 262	264
2048.	*Primas Hungariae* ad Regem contra *Placetum Regium* . . .	270
2049—2059.	*Eppi Albaregalensis* conflictus cum Gubernio Civili	295
	Eppi corresp. cum Ministro Cultus	295
	Citatio eiusdem Eppi *ad audiendum Verbum Regium*	304
	Apologia Eppi ad Regem .	305
	Literae aliquot Districtuum ad Eppum cum huius responsis	309
2060.	*Colocensis* Cleri declaratio in obiecto *Placeti R.*	316
2061—2068.	*Eppi Rosnaviensis* conflictus cum Gubernio Civili 1873 . . .	317

LITERATURA DE CONC. VATICANO.

I. Literatura anni 1867.

a) Literatura anticonciliaris: *Michelis* . . 326
b) Literatura *catholica: Dupanloup*, Rütjes, *Manning*, Martignon, Martens . 327

—

Pag.

II. Literatura anni 1868.

a) Liter. *heterodoxa* et *liberalis:*
Upalgaz, *Resp. Anglicana*, Calinich etc. 329
b) Liter. *catholica:* *Dupanloup*, Bouix, Analecta 331
Tizzani, *Manning*, *Martin*, Baumstark, Pedicini, *Weninger* . . . . 331 ss.

—

III. Literatura anni 1869.

Brevis Introductio 336

1. Liter. *heterodoxorum.*

Lit. *Latina:* Groningani Theologi, Smits, *Laicus* 336
Lit. *Anglica:* Ephemerides, Cobb, *Ffoulkes* 338
Lit. *Holl.* et *Svec.:* Pape etc. . . . 339
Lit. *Gallica:* Guerin, *P. Hyacinthus*, Leroux 339
Lit. *Italica:* Gavazzi, Morelli, Coppola . 340
Il Conc. Ecum. ephemeris 341
Epistola *Eppi Angl. Neoeboracensis* ad Pium IX P. M. 341
Ricciardi, Delatre, *Isaia*, Mamiani 348
Lit. *Germanica:* Hasemann, *Prutek*, Frohschammer . . . 349
Diestelkamp, Schenkel, *Ehni* . . . 351
Nippold, Capadose, Strö-bel etc. . . . 353
Liano, *Reform*, Waagen etc. . . . 356
Lit. *Hungarica:* Szabad Egyház, Havi Szemle . . . 358

—

Pag.

2. Liter. *catholica.*

Lit. *Latina:* Tripepi, Ferruccius, Rossi, *Unita* . . . . 358 ss.
Acta S. Sedis, Proja, *Ghilardi* 360
Lit. *Anglica:* Ullathorne, Nardi, ephemerides 364
Lit. *Arab.* et *Graeca* 365
Lit. *Hisp.* et *Lusitanica:* L' Echo de Roma (cum Brevi Pontificio) . . 365
Lit. *Hollandica* 366
Lit. *Gallica:* Pastorales Epporum; *Aurelianensis* cum Brevi Pontificio 366 368
Bouix, *Ramiere*, *Segur*, *L' Echo de Rome* cum Brevi Pontificio . . . 371
Chantrel, *l' Univers*, *Analecta Iur. Pont.* . . 374
Boylesve, Maupied, *Pie*, . 376
Actes et Histoires du Concile Oec. cum Brevi Pontificio 378
Lit. *Italica:* Pastorales Epporum, *Cecconi*, Gagliardi . . . 380
Anivitti, Barili, Secondo Franco 385
Curci, Coppola, Castelplanio 389
Casoni cum Brevi Pontificio 392
Lit. *German.:* Ephemerides: Katholik, Gegenwart, Volksfreund . 395
Salzburger KBlatt, Wiener KZeitung . . . 399
Sion, Hist. polit. Blätter . 402 405
Stimmen aus Maria-Laach . 406
Periodische Blätter . . 416
Schweizerische Kirchen-Zeitung etc. etc. . . . 419
Donin, Morel, Wörner, Scherr 397 400 403
Ketteler, Tanner, *Kleutgen* 409 s.
Rohner, *Fessler*, Hagelüken 410
Schneider, Lorinser, Maximus, etc. . . . 414

Pag.

Lit. *Hungarica:* Magyar Állam, *Religio* etc. . . . 420

—

3. Liter. *de infallibilitate R. P.*

I. Ex *Gallia: Maret, Dupanloup* . . . 421
Bouix, Jacques cum Brevi PP. 423 s.
L' Echo de Rome, Weninger . 425 s.
Brucker, Matignon, . . . 427
L' Univers in plurimis articulis. Controversia eiusdem cum *Eppo Aurelianensi* . . 428 430
Dechamps cum Brevi Pontificio 432
De Cabrieres cum Epistola Secretarii Pontificii . . . 434
Belet, Ramiere, Daniel, *Gerin* etc. 434
II. Ex *Italia:* Ephemeris: *Il Concilio Ecumenico* (contra infall. R. P.) . 436
Civilta Cattolica in plurimis eximiis articulis . . . 436 438
De Luca, *Nardi*, Vincenzi . 438 ss.
L' Unita Cattolica etc. . . 440
III. Ex *Anglia, Hispania, America: Ward* cum Brevi Pontificio 442
Gual, Manning, Renouf . . 446 ss.
IV. Ex *Germania.*
a) Liter. *heterodoxa* et *liberalis: Döllinger, Janus,* Erwägungen 450
Diestelkamp, Frohschammer, Liano, multi anonymi, P. Ambrosius etc. 453
b) Liter. *pro infall. R. P.:* Ephemerides; *Katholik, Sion, Schweiz. KZ., Stimmen aus Maria-Laach* etc. . . 457
Rudis, Ketteler, Götz, Friedhoff . 465
V. Ex *Austria* et *Hungaria:* Ephemerides: *Kath. Blätter, Gegenwart, Salzburger KBlatt* etc. 472
Fessler, Zahn, *Magyar Állam, Religio* 475

—

4. Liter. *de relat. Conc. Vat. ad Statum* 478

Pag.
Lit. *Gallica:* Maupied, Martinet, Rupert 479
Lit. *Italica:* *Nardi*, Giani, Rota, etc. . 480
Lit. *Anglica:* *Urquhart* 482
Lit. *Germanica:* Permultae ephemerides, *Segesser*, Schöpf etc. . 486
Lit. *Hungarica:* Religio, *Stephanus a Rupe* 495

—

IV. Literatura anni 1870.

A. Lit. de Concilio Vat. in genere.

1. Liter. *heterodoxa et liberalis.*

Lit. *Gallica:* Hervé, Darcey, Bungener . 496
Michon, Barrillot, Lelievre . 497
Lit. *Italica:* Mazzini, Rorai, Gavazzi, Giani, Prada, Mongini, Pantaleoni 498
Lit. *Anglica:* Legge 500
Lit. *Lusitanica:* Nunes Giraldes . . 500
Lit. *Germanica:* Biron, Baader, Klapp, Mejer, Pichler, Franz, Quirinus etc. . . . 500
Lit. *Hungarica:* . . . . . 504.

—

2. Liter. *catholica.*

Lit. *Latina:* Gerlach, Rossi, *Acta S. Sedis*, *Album*, Formby, Friess etc. . . . 505
Lit. *Hispanica:* Porta, Ortix . . . 510
Lit. *Anglica:* Sweeny, Kent . . . 510
Lit. *Gallica:* Buguet, Bosc, Daniel, Guerin, Massi, Simonis, Segur etc. . . . 510
Lit. *Italica:* Civilta, Tripepi, Salzano, Marii, Gagliardi, Luise, Finazzi etc. . . . 514
Lit. *Germanica:* Alcantara, Rauscher, Ketteler, Orth, Schneemann, Meyer, Schätzler, Molitor, etc. cum multis *Ephemeridum* articulis 519

Pag.

Lit. *Hungarica:* Religio, M. Sion, Magy. Állam 533

—

B. Liter. de infallib. R. P.

Brevis Introductio 534

Sect. I. *Lit. usque definitionem 18 Iul. 1870.*

1. Liter. *heterodoxa et liberalis.*

Lit. *Gallica: Loyson, Gratry*, Montalembert, Guettée etc. . . 535
Lit. *Italica:* Ephemeris: *Il Conc. Ecumenico*, Magrassi, et multi anonymi 540
Lit. *Angl. Hisp. Holl. Russ.* . . . 544
Lit. *Germanica:* Sepp, Pichler, Schmitz, Huber, Liano . . 545
Römische Briefe (Allg. Zeitung . . . 546
Döllinger, Michelis, Frommann, Overbeck . . 547
Rheinischer Merkur, *Reinkens, Friedrich* . 557
Gschwind, Kleinert, ephemerides plures . 560
Lit. *Hungarica:* Hatala, etc. . . 561

—

2. Liter. *opusculorum cath. contra opportunitatem definitionis infall. R. P.*

Observationes, Kenrick, disquisitio moralis, *Quaestio*, *Hefele*, *Dupanloup* etc. . . . 562—576

—

3. Liter. *catholica pro infall. R. P.*

I. Ex *Gallia: Gueranger* (cum Brevi Pontificio) 576

Pag.

Dechamps, Vevillot, Planté, *Petit Echo de Rome*, Mermillod, *Ramiere* (cum Brevi Pontificio) 580
Schneemann, Boylesve, Matignon, Daniel 583
Felix, Valori, Marie, Aymar, *Echo de Rome* . . . 587
Tallec, *Univers* (in 133 articulis) cum Brevi Pontificio . 592
Girardin, Maupin, Petetot, *Montrouzier* (cum epistola Secretarii PP.) 606
Gautier, *la Cause d' Honorius*, Chantrel, Lafond, *Freppel*, Segur, Belet, *Margérie*, Rambouillet, Constant etc. . . 607
Freppel, *P. Hilarius* (Capuc.) 613
II. Ex *Italia*: Muzzarelli, Salzano, Zinelli . 616
Unita Cattolica (in 111 articulis) 617
Barbato, *Civilta Cattolica* in multis articulis . . . 626
Vitozzi, Buscarini, Alimonda, *Celesia* 631
Pistis, Anivitti, Fabi, Nardi, Ghilardi 633
Messina, Reali, *Gualco* (cum Brevi Pontificio) . . . 636
Latina opera ex Italia: Parladore, *Perrone*, Caraccioli, Poggioli, *Celesia*, Luise, Monumenta de *Honorio*, *Bianchi* O. Praed. (cum Brevi Pontificio) 640
Ghilardi Eppi Monregal. plura opera 648
Steccanella, *Ballerini*, Kleutgen, *Pennachi*, *Cardoni*, *Fanna*, Eula 649
Semenenko, Rampolla, Ramiere, Potton, Castroplanio, Iesualdus Bronte 659
Fabi, Nicolaus a S. Ioanne, *Animadversiones in IV opuscula* 666

Pag.

III. Ex *Anglia*, *America*, *Hispania*, *Hollandia*, *Oriente*: Urquardt, Knox, Bottalla, *Spalding*, *Manning*, Spitzen, *Bottemanne*, *Khayatt*, *Azarian*, (cum Brevi Pontificio), Cozza-Luzi 673

IV. Ex *Germania*: Rump, Westermayer, *Hergenröther*, Rudis, Wieser, Zahn 686

Bickell, Stöckl, Roth, Ketteler 701

Scheeben, Hörschel, *Ephemeridum* quamplurimi articuli 705

Bäcker, *Senestrey*, Schneemann 729

V. Ex *Austria* et *Hungaria*: Ephemerides plures; signanter Volksfreund, Vaterland, Religio etc. 736

—

4. Liter. *de relat. C. Vatic. ad Statum.*

Lit. *Gallica*: *Ramiere* (cum Brevi Pontificio), Labis, Rouland, Cloët. 752

Lit. *Italica*: Ferranti, Moglia, *Civilta*, *Unita*, etc. . . . 754

Lit. *Germanica*: *Würzburger* Gutachten, et articuli in diariis publicis tam *pro* quam *contra* . . 757

—

Sect. II. *Literatura post definitionem infall. R. P.*

1. Lit. *heterodoxa et liberalis*: *Panzani*, Michelis, Köberle, *Acton*, *Quirinus*, Kleinert, Tangermann, *Ioannes Catholicus*, Haas, *Rheinischer Merkur* etc. 764

—

Pag.

2. Lit. *catholica.* a) ex *Gallia et Belgio:*
P. Hilarius, Gassiat, *Echo de Rome, Univers,* Monot etc. . . 771
b) ex *Italia:* praeter anonyma opuscula, *Civilta,* la Vergine, Ferreri, Gatti. 775
c) ex *Anglia, Amer. Hisp. Oriente:* Pastorales, Tame, *David* Syro-chaldaeus 780
d) ex *Germania:* Period. Blätter, Sion, aliaeque theol. ephemerides. 783
Thissen, Ketteler, Schmitt, *Hergenröther,* Schäzler, Rive, . . 796
Otto, et alii anonymi . . 801
e) ex *Austria* et *Hungaria:* Ephemerides 802

—

3. Liter. *de relat. Conc. ad Statum.*

Brevis Introductio 807
Lit. *Italica:* Unita Cattolica, Civilta Cattolica 807
Lit. *Germanica:* Curtius, Widmer, ephemerides 809
Lit. *Austriaca:* ampla in ephemeridibus . 812
Lit. *Hungarica:* potissimum in *Religió* . 816

—

V. Literatura anni 1871.

1. Lit. *heterodoxa et liberalis:* Wordsworth, Garrigues, Cicuto, Tacchini, Pressensé . . 818
Eppi Angl. *Lincolniensis* epistola 819
Frei, *Schulte,* Acton, Michelis, Anton, Pederzani, *Reichel,* Waldmann, Reinkens, Mayr, Langen, Ruckgaber, *Friedrich,* Overbeck, Egli, Körner etc. 821
Ephemeridum ampla literatura, signanter *Rheinischer*

Pag.

Merkur, Allgemeine Zeitung, Deutsche Warte, *Katholik* (von Königsberg) etc. . 834

—

2. Lit. *catholica ex Gallia et Belgio:* Bidal, Segur, Thiebaud, Gagarin, Montrouzier . . . 845
Deleau, *Maupied* (cum Brevi Pontificio) . . . . 846 s.
Vevillot, Gerin, *P. Hilarius* etc. 848

—

3. Lit. *cath. ex Italia*: *Unita*, Pennachi, Secondo Franco, *Gatti, Ghilardi, Rotelli* etc. . . 851 856 860

—

4. Lit. *cath. ex Anglia et Hispania: Cyrill Benni* (Cum epistola ad Pium IX P. M.) . . 864

—

5. Lit. *cath. ex Germania:* Pachtler, Schneemann, *Andries* (cum Brevi Pontificio) . . . 870
Maurel, Schuler, Martin, Ketteler 873
Frank, *Hergenröther*, Vraetz, Riedel 876
Schmitt, Herrmann, Laicus, Stolz 877
Roth, Pruner, Reindl, Kolberg etc. 881
Liter. *ephemeridum* 887—908 912—917
Periodische Blätter (cum Brevi Pontif. ad redactorem *Scheeben*) 909
Ephemeris *Germania* cum 28 articulis . . . 917

—

6. Lit. *cath. ex Austria et Hungaria.*
Ex *Austria*: Ransauer, *Fessler*, *Zwerger*, Pachmann, Haidinger, *Hurter* etc. cum multis ephemeridum articulis 922
De *Eppo Diakovariensi* (Strossmayer) . . . 933
Ex *Hungaria:* Gózony, Farkas, Gyarmathy, Ulár, *Simor*, Steph. a Rupe, Kovačič, *Religio* etc. 939

—

7. Lit. *de relat. Conc. Vat. ad Statum.*
a) Liter. *liberalis et heterodoxa:*
Berchtold, Auer, Tangermann, Zachariä 946
Hinschius, Munzinger, *Rheinischer Merkur* . . . 947
Allgemeine (Augsburger) Zeitung 948
Dove, Schulte, Reichel . 950
b) Lit. *catholica: Gatti*, Balan, Perrone, 951
Luise, Ketteler, Widmer, Vraetz 953
Huhn, *Hergenröther*, ephemerides et anonymae lucubrationes . . . . 956—970
Ex *Hungaria:* Religio, M. Állam 971

	Errata.			Corrigenda.
Pag.	XXXII.	lin. ult.	dic deta et creta	dicta et decreta.
—	40.	— 22.	Revolation. .	Revolution.
—	78.	— penult.	cuu	cum.
—	81.	— 13.	ihren	ihnen.
—	95.	— 30.	ad	sed.
—	177.	— 30.	Ragnaldus . .	Raynaldus.
—	306.	— 18.	subdi us . .	subditus.
—	474.	— 17.	Brevio . . .	Brevis.
—	—	— 31.	Varheissungen .	Verheissungen.
—	487.	— ult.	Slaaten . . .	Staaten.
—	680.	— 6.	creatur m . .	creaturam.
—	746.	— 13.	*and*	*und.*
—	758.	— 13.	D. Bulla . . .	De Bulla.
—	791.	— 8.	*Homo* . . .	*Home.*
—	866.	— 8.	rebelleo . . .	rebelles.
—	972.	— 16.	opportunum . .	opportunus.

INTRODUCTIO.

Per decursum voluminis septimi, Vaticani Concilii documenta complectentis, identidem monuimus, ea, quae relationem Sacrae huius Synodi ad Civile Imperium contingunt, sub distincta Rubrica per nos propositum iri. Utut enim plura horum documentorum, in praefato volumine contentorum, et praerogativas Romani Pontificis concernentium ipsam quoque quaestionem relationis Ecclesiam inter et Statum intercedentis attingant: sunt nihilominus adhuc et alia monumenta, quae dictam relationem propius attinent, et in praesenti volumine locum nanciscuntur. Nam et inter Schemata Concilii occurrunt, quae stricte de hac relatione inter Ecclesiam et Statum agunt, suspensoque Concilio in pertractationem assumi haud poterant; et acta ac decreta de praerogativis Romani Pontificis, cumprimis infallibili eiusdem magisterio, in Concilio tractata atque definita, attentionem, ut notum est, Guberniorum Civilium excitarunt, variisque quaestionibus, diplomaticis tractatibus quin et legibus ac decretis civilibus, Ecclesiae libertati ac iuri summe infestis, occasionem praebuerunt; imo in nonnullis regionibus conflictus quoque inter Gubernia Civilia et Ecclesiam enati sunt: quae proin omnia materiam et argumentum suppeditant distinctae collectioni documentorum, ad praesens volumen per nos relegatorum. Interim omnia huc spectantia documenta colligere et superfluum foret et nimis operosum: siquidem omnia fere, quae sive diplomaticae tractationi subiecta, sive per conflictum cum particulari quapiam Ecclesia in vulgus edita fuere, ex iisdem egrediantur principiis, et eo tendant, ut succussa vel plane peremta Ecclesiae libertate, omnipotentiam Status palam proclament; ac proinde

exhibito documento, quo principia istiusmodi funditus evertuntur, eo ipso cessat necessitas omnia Civilium Regiminum documenta horumve refutationes singillatim proponendi. Seligimus itaque e multis praecipua, cumprimis eiusmodi, quae sacerrimum Ecclesiae ius egregie tuentur, genuinaque principia de relatione Ecclesiae ad Civitatem evolvunt, et simul ostendunt, nil prorsus adversi e divina Summi Pontificis praerogativa per Conc. Vaticanum definita Statibus publicis imminere.

Primum locum damus documentis, quae continent *Responsa Epporum ad quaestiones super relatione inter Ecclesiam et Civitatem e Sacra Congregatione Concilii a. 1867 positas.* Quemadmodum epistolae e S. Congregatione ad Praesules directae, ita Responsorum quoque mentionem fecimus in *Actis praeparatoriis S. Synodi Vaticanae* volumine VII vulgatis: siquidem epistola S. Congregationis fuerit reipsa praeparatoria ad Synodum Generalem. Hic inserimus Responsa quatuor Epporum, *Rottenburgensis*, *Herbipolensis*, *Spirensis*, et *Vratislaviensis*, (in publicis diariis vulgata) praemisso tenore quaestionum de relatione Ecclesiae ad Civitatem. Cum vero de eodem argumento *Summus Pontifex* in Brevi *ad Praesidem Congressus Epporum Fuldensis* a. 1867 habiti, *AEppum* quippe *Salisburgensem* disseruerit, in Responsis Epporum attinguntur etiam obiecta in Brevi Pontificio commemorata. *Quaestiones* sonant *de scholis popularibus, de disciplinis clericorum humanioribus ac severioribus, de libertate Capitulorum in eligendis Vicariis pro tempore vacantis Sedis Praesuleae, de potestate iudiciaria Epporum*, et *de coemeteriis:* posciturque relatio Epporum de eo, *an reipsa eximantur per Civilia Gubernia scholae populares ab Ecclesiae auctoritate, influxu et vi moderatrice*, atque *pleno potestatis politicae arbitrio subiiciantur;* an adolescentes *clerici* literis humanioribus et severioribus disciplinis rite imbuantur, signanter *an philosophia rationalis ab omni erroris periculo immunis, theologia sana, iurisque canonici studium in Seminariis debite proponatur;* an *Capitula* Cathedralia *in eligendo Vicario Capitulari plena libertate fruantur*; *an et qualiter exerceant Eppi potestatem iudi-*

ciariam in cognoscendis causis ecclesiasticis; an circa *sacra coemeteria* abusus quipiam non irrepserint? [1])

Eppus Rottenburgensis ad epistolam S. Congregationis respondens, ostendit: *in regno Würtembergico scholas politicae quidem subiacere auctoritati, Eppo tamen sufficientem suppetere potestatem tum ad promovendam catholicam institutionem, tum ad damna, si quae religioni immineant, avertenda:* quandoquidem Decanis visitandi scholas ius salvum sit, parochi autem locales sint scholarum inspectores, scholarum denique character sit confessionalis. Porro *Seminarium puerorum* recenter erectum omni sub obtutu *liberum esse ab auctoritate Gubernii,* in *Convictibus* autem ea ab Eppo exerceri iura, quae in Conventione cum S. Sede inita stipulantur; in electionem Vicarii Capitularis, quam antea Rex confirmare solebat, nunc per Gubernium nullum exerceri influxum; *causas ecclesiasticas* in *foro dioecesano ad normam ss. canonum* cognosci; *coemeteria* tamen catholicis et acatholicis esse *communia.* [2]) — Idem Eppus in *Responso ad quaestiones per Breve Pontificium* supra laudatum *a. 1867 positas* insinuat: responsum ad quaestionem *de institutione ac educatione iuventutis* contineri in responso ad epistolam S. Congregationis Concilii reddito; *in conferendis beneficiis nullas parari a Gubernio difficultates;* leges civiles *de manu mortua,* ut aiunt, a Gubernio summa aequitate et mansvetudine tractari, *bonorumque Ecclesiae acquisitionem neutiquam reddi difficilem,* bona beneficiorum ab ipsis beneficiatis ac parochis *sub directione et inspectione Eppi et Gubernii* administrari, neque praecisam esse Eppo occasionem ac potestatem cavendi, ne fructus beneficiorum in alios usus convertantur; quoad *religiosa instituta* rem in dies melius verti, religiosarum cumprimis mulierum in aegris fovendis liberisque instruendis beneficum ac salutarem influxum ab ipsis acatholicis agnosci et laudibus efferri; *abusus* demum praeter *mixta connubia, mixtam sepulturam,* et *famulatum catholicorum*

---

[1]) Mon. 2020. pag. 1. — [2]) Mon. 2021. pag. 2.

apud familias protestanticas ac vice versa, non occurrere. [1])

Eppus Herbipolensis rescripsit: *Universitates* studiorum, demta Facultate Theologica, ab influxu Ecclesiae exemtas quidem esse, in reliquis tamen scholis sive mediis sive elementaribus sacerdotes ab Eppo propositos doctrinae religionis admoveri, et parochos esse natos inspectores scholarum, lege quoque civili agnitos; impendere nihilominus his scholis periculum; *coemeteria* esse cum acatholicis communia; in ceteris rebus omnia ad normam ss. canonum decurrere. [2])

Eppus Spirensis in suo responso, quod in substantia cum Herbipolensi alioquin coincidit, et dolorem suum exprimit ob nisum ac molimina adimendi Ecclesiae omnem circa scholas influxum, et congrua proponit media ad periculum istud avertendum: quae inter facile eminet illud, *ut scholae iam fundatae influxui et auctoritati Ecclesiae reddantur*, aut, si hoc non succederet, *novae ab Ecclesia scholae erigantur, a civili ac politica auctoritate prorsus liberae.* De *coemeteriis* etiam opinatur, eo adnitendum esse, ut mixta coemeteria pro futuro haud comparentur. [3])

Eppus Vratislaviensis ad utramque respondit epistolam: tam illam, quae a S. Congregatione Concilii, quam eam, quae a Pontifice Maximo ad acta Conventus Fuldensis emanaverat. In responso ad *primam* significat: *in Regno Borussico sat magnam exerceri ab Eppo auctoritatem et vim moderatricem in Scholis;* quum et directores seminariorum pro ludimagistris sint viri ecclesiastici, et revisores scholarum sint parochi, et inspectores districtuales sint ecclesiastici a Praesule designati; plures quidem proles ex parte parentum mitti ad scholas noncatholicas, sed parochis in hoc casu ius esse, inspiciendi has scholas, et de doctrina religionis iis separatim tradenda sollicitandi; porro *quoad institutionem Cleri abesse periculum perversionis*, cum Eppo ius sit, Professores, si legitimae adsint causae, *missione canonica privandi*, et studentes ab adeundis praelectionibus perniciosis arcendi; electio-

---

[1]) Mon. 2022. pag. 5. — [2]) Mon. 2023. pag. 8. — [3]) Mon. 2024. pag. 9.

nem *Vicarii Capitularis* liberam esse; causas iurisdictionis voluntariae per Vicariatum, contentiosas per Consistorium dioecesanum cognosci; *coemeteria* iuxta legem civilem ad iurisdictionem sacram pertinere debere, erigi tamen eo non obstante simultanea, hocve in casu coemeterium non benedici, sed unumquodque sepulchrum catholicum in ipsa sepultura benedici. [1]) — Ad *secundam* epistolam adnotat Eppus: *relationem Ecclesiae ad Statum in parte Austriaca suae dioecesis aliam esse ac in Borussia*; dum enim in Borussia plena fruitur Ecclesia libertate, *in Austria magno impetu impugnari hanc libertatem*, eoque tendere novatorum studia, ut Ecclesia ancilletur Statui, influxus Ecclesiae in res scholasticas et matrimoniales suspendatur, concordia inter sacerdotium ac imperium evanescat; in Borussia liberam esse iurisdictionem Eppalem, liberam beneficiorum collationem; idque unice dolendum, quod *patroni ecclesiarum* protestantismo addicti, catholicos numero superantes, non patronos Ecclesiae Catholicae, sed adversarios sese exhibeant. Posteriori huic responso instar appendicis adiicit Praesul Vratislaviensis eam declarationem, quod *Concilii Generalis celebrationem in modernis adiunctis superfluam* censeat: quandoquidem *Ecclesiae per orbem dispersae, seu Eppis cum Summo Pontifice conspirantibus in rebus fidei et morum eadem infallibilitas propria sit, quae Ecclesiae in Concilio congregatae, nec Sedis Apostolicae decretis minor quam Oecumenicarum Synodorum definitionibus debeatur subiectio, fidei divinae actu praestanda;* praeterea *Romani Pontifices, depositum divinum absque ulla macula custodientes, trium proxime elapsorum seculorum errores proscripserint et profligaverint, ipseque Pius IX P M. quaestiones hoc aevo subortas irreformabili suo iudicio definierit, fideique veritatem toto plaudente orbe catholico defenderit;* nulla proin appareat necessitas ad medicinam extraordinariam Concilii recurrendi. [2])

---

[1]) Mon. 2025. pag. 11. — [2]) Mon. 2026. pag. 14. — A tempore signatae huius epistolae magnam in Borussia quoad relationem inter Ecclesiam et Civitatem intervenisse mutationem, Ecclesiae admodum infestam, notum est.

Ex iis, quae singulares Ecclesiarum Praesules Concilio proponebant pertractanda, quaeque sub titulo *desideriorum* aut *votorum* insigniuntur, exhibemus unum: quippe *Desideria Cardinalis et AEppi Pragensis* (Principis Frid. Schwarzenberg). In iis commemorantur equidem plura, quae stricte ad caput relationis inter Ecclesiam et Statum non pertinent: vulgamus tamen sub uno integrum documentum. Quoad res *doctrinae* desiderat Emmus Antistes, per S. Synodum eas proponi doctrinas, quae religionem in genere, ordinem supernaturalem salutis, *auctoritatem Ecclesiae* tuentur, signanter *iura, distinctionem et independentiam a Civili Gubernio*, legislationem etc. Porro desiderat: ut ea, quae ad scholas theologicas pertinent, scholis relinquantur, et *doctrinae, quae a fidelibus pie tenentur, sine gravi causa in Codicem dogmaticum minime inferantur; infallibilitas Summi Pontificis ne definiatur, prout neque Assumtio BMV. quoad corpus.* Quoad res *disciplinae* a) de re *matrimoniali* optat: Ecclesiae doctrinam de indissolubili matrimonii vinculo, *de potestate legislativa Ecclesiae circa matrimonia*, illibate servandam ac profitendam, *impiis civilibus matrimoniis* obicem poni, quaestionem de impedimento *clandestinitatis* novae discussioni subiici, impedimentorum numerum reduci, quaestionem Sponsalium ad forum internum remitti etc. b) De *casibus reservatis* optat: nonnisi gravissima delicta Papali reservationi subiici, in ceteris generalem facultatem Eppis tribui; c) deplorat omnem rem civilem ab Ecclesiae lege et vita prorsus separari; optatque *ad obviandum periculis et damnis, quae ex privilegiis circa nominationes ad beneficia ecclesiastica Regibus Catholicis concessis oriri possunt, privilegia haec auferri;* d) quoad *iuspatronatus laicorum* desiderat statui, ut patrono integrum non sit, alium praeter tres ab Eppo propositos praesentandi; e) legem de *concursu pro beneficiis parochialibus* revideri et emendari; f) in obiecto *scholarum* patresfamilias et magistratus locales in auxilium adhiberi; g) *Codicem ecclesiasticum* concinnari, et in eo formam processus iudiciarii in causis ad forum ecclesiasticum spectantibus stabiliri, prout et codicem authenticum legum ecclesiasticarum confici desiderat. h) In rebus *liturgicis* quoad substantiam nil

quidem mutandum, sed usus quospiam salutares immemorabilis originis nationibus permittendos imo et approbandos censet. i) Postremo et *Romani Breviarii* mentionem facit, votumque suum exprimit: ut brevior pensi canonici forma in Nocturnis adhibeatur, lectiones II Nocturni revideantur, Psalmi et lectiones e S. Scriptura aeque utilius ac convenientius distribuantur et coordinentur. [1])

Paucis ante apertum Vaticanum Concilium mensibus, *Minister Bavaricus* negotiis externis praepositus (Princeps Hohenlohe), quemadmodum *Gubernia ceterarum catholicarum Monarchiarum* ad imminentes Concilii definitiones circa *Syllabum* errorum a Pio IX P. M. confixorum, item *infallibilitatem Summi Pontificis* attenta reddere atque ad uniformem ex parte Guberniorum agendi rationem provocare; ita et *Facultates Theologicas ac Iuridicas binarum Regni Universitatum, Monacensis et Herbipolensis*, ad reddenda super quaestionibus eisdem propositis responsa inviare non dubitavit. Priori provocationi neutiquam respondit optatus effectus: siquidem Gubernia in suis responsis declaraverint, praestolandum esse a definitionibus Concilii, interea vero nil agendum, nec ullatenus in pertractationes Synodales influendum. Posterior provocatio ad Facultates Universitatum directa, post se traxit Facultatum responsa. *Quaestiones* Ministri erant: 1. *Qualemnam mutationem subitura sit doctrina de relatione Ecclesiae ad Statum actu in Germania theoretice et practice vigens per definitionem Syllabi et infallibilitatem R. P.?* 2. *An ad casum huius definitionis publici Professores Dogmaticae et Iuris Canonici obligatos semet existimaturi sint ad doctrinam de dominatu Papae divinitus instituto in Monarchas et Regimina Civilia*, (seu directae seu indirectae potestatis in temporalia titulo) *veluti quemlibet christianum in conscientia stringentem, proponendam?* 3. *Num Professores Dogmaticae et Iuris Canonici obstrictos sese crediturі sint ad docendum: qnod immunitas personalis et realis Clerico-*

---

[1]) Mon. 2027. p. 16.

rum sit iuris divini, eoque ipso ad complexum dogmatum referenda? 4. *Denturne et quaenam sint criteria, e quibus cognosci possit, decisionem Papalem* „ex cathedra“ *factam ac proinde in sensu doctrinae Concilii infallibilem, et in conscientia quoad omnes Christianos obligantem esse?* 5. *Qualemnam influxum exereret definitio horum novorum dogmatum relate ad institutionem elementarem in Ecclesiis et scholis popularibus, item in catechismis?* Cum e Responsis ad has quaestiones per Facultates respectivas redditis *Herbipolensium Theologorum* responsum, ceteroquin apprime catholicum, spectata eruditione, et fundata cuiuslibet quaestionis discussione, ceteris palmam praeripiat, unice istud inserimus nostris Monumentis, ita, ut quaestio quaevis praemittatur, eique responsum in continenti subnectatur.

Theologi Herbipolenses (calamum ducente meritissimo Professore *Hergenröther)* postquam in brevi praefatione monuissent, *e documentis pro futuro Concilio per S. Sedem Apost. hactenus productis nullam prorsus suppetere occasionem, nullumve suppeditari fundamentum quaestionibus Ministerialibus,* in responso ad *quaestionem primam:* prout quaestio tum de *Syllabo* anni 1864, tum de *inerrantia* Pontificis Summi posita est, primum de Syllabo, dein de inerrantia disserunt. I. Obtutu *Syllabi* generatim aiunt: *in eo haud contineri mera dogmata,* seu eiusmodi doctrinas, quibus oppositi errores tamquam haereses considerandae forent, sed *penes quasdam reapse haereticas sententias*, quae in Syllabo damnantur, *erroneas duntaxat perstringi assertiones.* Animadvertunt praeterea: *practicam coordinationem relationis inter Ecclesiam et Statum non in quibusvis germanicis Statibus eandem esse*, multaque in nonnullis locis ab antiquo adhuc semper vigere, tametsi theoretice per Canonistas tamquam obsoleta proponantur. Enunciant quoque: *ex positiva assertionum Syllabi definitione*, si talis in Concilio fieret, *nullam substantialem in doctrina de relatione Ecclesiae ad Statum modificationem subsecuturam*, quum assertiones illae nil novi in se complectantur, sed partim iam dudum enunciata repetant, partim rite intellecta nullum anxietati cuiquam fundamentum subministrent. Percurrendo deinceps asserta Syllabi,

speciatim reflectunt Theologi Herbipolenses : a) Theses Syllabi de *indifferentia quoad religionem* merito ut erroneas reiici, cum asseri non possit, homines in cuiusvis religionis cultu viam aeternae salutis reperire, hancque consequi posse ; imo vero *Ecclesia omnino potestatem habeat, dogmatice definiendi, quod Rel. Cathol. sit unice vera religio ;* hinc tamen inferri non posse, quasi Ecclesia omnes noncatholicos damnaret, quum de principio duntaxat, et non de personis sit sermo. b) Quemadmodum thesim Syllabi *de Ecclesia a Statu et Statu ab Ecclesia seiungendo*, ita et alteram de eo, *ut humana societas nullo habito ad religionem respectu constituatur*, merito damnari : quum societas absque religione consistere nequeat, et iuxta *Petrum Damiani* tenendum sit : *utramque dignitatem* (Ecclesiae et Status) *alternae invicem utilitatis esse indigam, dum et sacerdotium regni tuitione protegitur, et regnum sacerdotalis officii sanctitate fulcitur.* c) Iuste perstringi thesim in Syllabo *de plena libertate cultuum ;* quum in hac thesi damnanda fere omnes maioris nominis Doctores consentiant ; et iuxta *S. Thomam : ritus infidelium* (et haereticorum) *tolerari duntaxat possint vel propter aliquod bonum, quod ex eis provenit, vel propter aliquod malum, quod vitatur, scilicet ad vitandum scandalum vel dissidium.* d) Non minus iuste damnari thesim, *quod Romanus Pontifex cum progressu, Liberalismo, et recenti civilitate sese conciliare debeat :* quandoquidem hodiernus progressus ac liberalismus, bene monente Pio IX P. M. (Alloc. 18 Mart. 1861), sit *systema apposite comparatum ad debilitandam ac fortasse etiam delendam Christi Ecclesiam.* e) In thesibus Syllabi nil inveniri quoad relationem inter Ecclesiam et Statum, quod principiis ac doctrinis per saniores Theologos et Canonistas super hoc argumento hactenus traditis adversum foret. Secundum has doctrinas Ecclesiam, a Statu distinctam et independentem societatem, ab ipso Divino Fundatore suam accepisse constitutionem ; non posse itaque admittere, ut sibi Status dictet limites suae activitatis, aut determinet sua iura ; persecutionibus obnoxiari Ecclesiam, iuribusque hic ibi spoliari, sed cogi non posse, ut huiusmodi situm velut normalem agnoscat ; imo potius eo debere omnem suam operam converti, ut libertate perfecta, qua Christus

ipsam donavit, fruatur. II. Obtutu *infallibilitatis Pontificiae* in responso ad primam quaestionem generatim monent Herbipolenses: definitione hac, utpote ad res fidei ac morum restricta, nullam imminere alterationem relationis Ecclesiam inter et Civitatem intercedentis. Speciatim autem plura reflectunt de hoc argumento in responsis ad ceteras quaestiones.

Responsum ad *secundam quaestionem* conspicua cum eruditione elaboratum, et historice et doctrinaliter se diffundit in discussionem *potestatis Romani Pontificis sive directae sive indirectae in temporalia*, et instar resultati proponit: indubium quidem esse, quod viri Principes velut Ecclesiae filii sic ut ceteri fideles Primatum iurisdictionis Summi Pontificis agnoscere, ipsique in rebus sacris obedire teneantur; e definitione tamen infallibilitatis supremo ipsorum in rebus civilibus imperio nil periculi imminere. Discussis per varias epochas vigentibus de potestate directa et indirecta in temporalibus, et de relatione Principum ad Romanum Pontificem systematibus ac sententiis, citant Herbipolenses tum antiquorum tum recentiorum maioris auctoritatis Doctorum effata, eo tendentia, ut limites designent, intra quos se contineat influxus et potestas Summae in Ecclesia Sedis quoad temporalia Principum. Satis sit hoc loco attingere citationes ex *Bellarmino*, qui potestatem hanc Summi Pontificis restringit ad *bonum spirituale;* ex *Suarezio*, qui censet: *potestatem spiritualem indirecte extendi ad temporalia. quatenus ad spiritualia sunt necessaria vel conferunt;* ex *Gersone: habet in his* (temporalibus) *ecclesiastica potestas dominium quoddam regitivum, directivum, regulativum, et ordinativum.* Citatur etiam sanctio *Concilii Lateranensis IV* de limitibus utriusque Potestatis: *Sicut volumus, ut iura clericorum non usurpent laici, ita velle debemus, ne clerici iura sibi vindicent laicorum; quocirca universis clericis interdicimus, ne quis praetextu ecclesiasticae libertatis suam de cetero iurisdictionem extendat in praeiudicium iustitiae secularis, sed contentus existat constitutionibus scriptis et consvetudinibus hactenus approbatis, ut quae sunt Caesaris, reddantur Caesari, et quae sunt Dei, Deo recta distributione reddantur.*

Ad *tertiam quaestionem* reponunt Herbipolenses: *nul-*

lam obligationem e definitione Syllabi et inerrantiae Pontificiae resultare posse pro Professoribus ad hoc, ut doceant, personalem et realem immunitatem Clericorum in omni sua extensione esse iuris divini; quum expensis sive eruditorum antiquiorum aeque ac recentiorum suffragiis, sive ipsis Summorum Pontificum enunciationibus non aliud de origine harum immunitatum statui possit, quam quod eae tam Pontificio quam Caesareo iure introductae, sed simul iuri divino consentaneae sint, prout hoc celebris *Suarezius* bene expresserat, scribendo: *Exemtionem ipsam* (immunitatem Cleri) *ex fidei principiis ac fundamentis, h. e. ex Verbo Dei scripto et non scripto, sed antiqua Patrum et Ecclesiae traditione firmato stabilire studui; deinde immunitatem hanc ecclesiasticam non solum iure Pontificio et Caesareo introductam esse, verum etiam ipsi iuri divino tam veteri quam novo consentaneam esse demonstravi.* Nec obstare aiunt Herbipolenses id, quod in Syllabo damnetur assertio: *Ecclesiae et personarum ecclesiasticarum immunitas a iure civili ortum habuit:* cum damnatio istius thesis eo duntaxat pertineat, ut perstringat assertum, quasi ante conditas civiles pro favore immunitatis leges non fuisset Christianis iam persvasum, decere et convenire ut Clerici Deo servientes et divina tractantes privilegio exemtionis sive personalis sive realis gaudeant. Nec obstare secundo id, quod ipsi Romani Pontifices, e. g. Bonifacius VIII aliique, exemtiones iuri divino adscribant; monente enim *Bellarmino* Summi Pontifices *id non per modum definientis rem controversam, sed simpliciter ac obiter asserunt.*

In responso ad *quartam quaestionem* tum de criteriis definitionis *ex cathedra* disserunt, tum veram notionem et vim huiusmodi cathedralis definitionis proponunt. Criteria partim negativa recensent, affirmando: quoad priora unanimem pene esse consensum, non tamen quoad posteriora. Ad illa referunt: *praecepta particularia; iudicia ex opinione, opiniones in epistolis decretalibus propositas, decreta disciplinaria.* De his omnibus valere id, quod iam *Innocentius III* edixerat: *Iudicium Ecclesiae nonnumquam opinionem sequitur, quam et fallere saepe contingit et falli;* item *Benedictus XIV* in Praefat. ad LL. de Syn. Dioec.: *Libenti*

animo subscribimus doctrinae Scriptoris egregii Melchioris Cani, *qui — ait:* Cum edunt libros de re qualibet Romani Pontifices, sententiam suam ut homines alii docti exprimunt, non tamquam Ecclesiae iudices de fide pronunciant. *Magnus ille praed. noster Innocentius IV commentaria sua in Libros Decretalium scripsit, cum Summum Pontificatum gereret. -- Neque hoc sibi arrogavit, ut quidquid in eo opere scripsisset, pro re definita haberetur, sed facile passus est opiniones suas, quas tamquam privatus doctor proposuerat, ab aliis doctoribus oppugnari etc.* Quoad *positiva* criteria definitionis *ex cathedra*, prolatis divergentibus ab invicem doctorum sententiis, genuinam notionem eiusmodi definitionis ex *Bellarmino*, *Suarezio*, et *Ballerinio* proponunt. *Primus* ait: *Summus Pontifex, cum totam Ecclesiam docet in his, quae ad fidem pertinent, nullo casu errare potest.* Secundus: *Veritas catholica est, Pontificem definientem ex cathedra esse regulam fidei, quae errare non potest, quando aliquid authentice proponit Ecclesiae universae tamquam de fide divina credendum.* Tertius: *Fidei definitiones debent esse actus plane liberi et voluntarii. Cum ergo Romani Pontifices nulla vi exteriore cogente ob vindicandam catholicae fidei unitatem, quibusdam dissensionibus impetitam, aliquod dogma circa fidem credendum proponunt atque constituunt, vel errorem aliquem fidei contrarium iis formulis damnant, quibus non opinionem privatam, sed catholicam doctrinam se exponere, erroremve ei doctrinae contrarium proscribere ita significant, ut quicunque aliter sentiant, a catholica vel romana fide abesse et ab Ecclesiae Romanae communione et unitate separatos declarent, anathemate percellant, aut haereseos vel aliis aequivalentibus censuris propositiones, quas damnant, inurant: haec erit proprie dicta definitio fidei, qua cum ex Christi mandato confirmandi sunt fratres in fide, ex eiusdem Christi promissis error ipsi nequit inesse.*

Responsum ad *quintam quaestionem* tum id declarat, quod propositiones Syllabi maxima sui parte institutionis popularis argumentum non praebeant; tum id, quod ad casum definiendae inerrantiae Rom. P. congrua modificatio in libellis

catecheticis omnino praesuscipi debeat, nullum substantialem influxum in religiosam institutionem productura, sed eosdem effectus habitura, quos habuit doctrina de infallibilitate Ecclesiae, et quosvis fideles tamquam ab oecumenico Concilio profecta definitio stricte et in conscientia obligatura [1]).

In *Schematibus Constitutionum* pro Concilio praevie elaboratis continentur inprimis duo, quae relationem Ecclesiae ad Civitatem propius et, ut dici solet, ex professo pertractant: quae tamen discussioni Conciliari, suspenso interea Concilio, subiici haud poterant; in libris nihilominus et ephemeridibus partim integre, partim in fragmentis publicata erant. Primum horum Schematum agit *de Ecclesia Christi*, alterum *de Episcopis*. In priore Capitibus 3, 10, 13, 14, et 15 inserta habentur ea, quae relationem Ecclesiae ad Statum propius concernunt.

Capite 3 docetur: *Ecclesiae inesse omnes verae societatis qualitates*; *eam non esse membrum sive partem alterius cuiuslibet societatis, nec cum alia quavis confusam aut commiscendam, sed adeo in semet ipsa perfectam, ut, dum ab omnibus humanis societatibus distingvitur, supra eas tamen quammaxime evehatur.* In subnexis Capiti tertio *Adnotationibus* uberius evolvuntur qualitates Ecclesiae, ac simul ostenditur: doctrinam Capite hoc contentam dirigi adversus eos, qui *negant* Ecclesiam esse societatem *legalem* et *perfectam;* sed *affirmant* eam instar Collegii cuiuspiam, e libera confoederatione profecti *subesse veluti partem aut membrum Civili societati, summamque potestatem in Ecclesiam Christi residere penes maiestatem civilis imperii.* Eaedem Adnotationes perstringunt errores *Socialistarum, Humanitariorum*, aliorumque *democratiae universalis* assertorum, qui Ecclesiam ad typum communem omnis societatis exigendo, *negant* Christum Dominum indidisse Ecclesiae *formam definitam ac determinatam*, negant quoque eam esse societatem ab humanis plane *distinctam ac independentem;* sed *affir-*

---

[1]) Mon. 2028. p. 25.

mant illam continuis ac necessariis *transformationibus* et *informationibus* obnoxiam esse, atque *regimen* ipsius vel *a regimine Reipublicae dependere*, vel cum eodem confundi.

Caput 10 agit *de potestate Ecclesiae*, et docet: *potestatem Ecclesiae divinitus institutam non tantum fori interni et sacramentalis, sed et fori externi ac publici esse, absolutam ac plenam*, utpote *legiferam*, *iudiciariam*, et *coercitivam;* eius subiectum esse *Pastores ac Doctores* a Christo datos, eandemque exerceri *libere et independenter a quavis seculari dominatione*, adeoque *cum omni imperio* regi Ecclesiam Dei a Pastoribus. In *Adnotationibus* memoratur: praemissam de potestate Ecclesiae doctrinam opponi Novatoribus, qui *negant* Ecclesiae potestatem ita esse *supremam*, ut soli Deo subsit, et a civili potestate non dependeat*; negant* item Ecclesiae potestatem ut societati visibili competentem, cum, ut aiunt, tota Principibus subsit; opponi porro eandem doctrinam *omnibus haereticorum* (Lutheri, Iurieu etc.) *sectis*, item *Richeristis*, *Ianseniauis*, *Gallicanis*, *Regalistis* etc. qui omnem Ecclesiae iurisdictionem partim ad forum internum restringunt, partim coetui fidelium, et non Pastoribus a Christo constitutis attribuunt, partim summum imperium secularibus principibus asserunt.

Caput 13 expendit *Concordiam inter Ecclesiam et societatem civilem*, et sequentes summi momenti inculcat veritates: a) Utriusque Societatis Deus est auctor; *ex ipsa rerum natura inter Ecclesiam et civilem societatem, seu inter potestates, quibus utraque regitur, non est pugna aut oppositio;* imo *Ecclesia Rempublicam maximo munimento firmat ac tuetur*, eiusque securitati prospicit; b) *Vera religio, cuius et custos et magistra est Ecclesia Catholica, auctoritatem imperantium doctrina legibusque divinis validius confirmat*, quam ipsa terrena potestas metu duntaxat poenarum; c) *Ecclesia regum et populorum iura ac officia religionis divinae et doctrinae virtute tuetur ac praecipit*, sicque *legibus humanis sanctius ponit fundamentum, et fideliorem conciliat obedientiam;* d) quum haec *utriusque civitatis coniunctio* non liberae hominum optioni permissa, sed *Dei lege praecepta sit*, eo ipso *cives qua fideles magnis obstringuntur*

erga Ecclesiam officiis; nec licet de separatione civilis reipublicae ab Ecclesia cogitare, ac dictitare, quasi auctoritas et iura Ecclesiae cum secularis potestatis iuribus et auctoritate haud possent consistere; e) *pax vera et concordia inter utramque Potestatem servari non potest, si libertas Sponsae Iesu Christi opprimatur, et violentur iura, quae Ecclesia servare integra debet;* f) *Ecclesia reipublicae civili tantum praecellit, quantum huius vitae commoda ac bona superat salus animarum;* quare si quando videantur quaepiam utilia regno temporali, quae bonis Ecclesiae sublimioribus et aeternae saluti repugnant, non licet priora pro veris bonis habere, sed oportere, ut iuxta Magnum Gregorium *terrestre regnum coelesti regno famuletur.* In subnexis capiti 13 *Adnotationibus* fusius explicantur et evolvuntur principia, e quibus memoratae veritates promanant; ac merito animadvertitur: harum veritatum evolutionem et per decreta Synodalia confirmationem eo magis necessariam esse, quo potentius grassantur diebus istis multiplices errores, et cum his cohaerentes violationes iurium Ecclesiae.

Caput 14 complectitur *doctrinam Ecclesiae de iure et usu Potestatis Civilis.* Quum enim *magistri mendaces* nostris temporibus subintroeuntes spreta Ecclesiae doctrina et auctoritate, et contra manifestam Dei legem affirment, *omnes homines ex lege naturae aequalibus iuribus praeditos* esse, ita, ut *tum privata possessionum proprietas tum alia quaevis unius prae reliquis praerogativa iniusta* censeri et abrogari debeat; *statum* item *politicum* (quem nempe iuxta falsam civilis societatis formam ac speciem sibi effingunt) *constituere fontem omnis inter homines auctoritatis et iuris;* imo, *si quid etiam e lege morali esset iniustum, si felicem habeat exitum, eo ipso in rebus ac negotiis publicis e lege politica iustum ac honestum evadere*: ad retundenda haec et similia *humanae superbiae figmenta* memoratum Caput ceu genuinam Ecclesiae doctrinam proponit: a) *omnem legitimam Potestatem, etiam civilem, Deum habere auctorem;* ac proinde b) *haud esse licitum, ei vi resistere,* aut per detestandum facinus *eam coniurationibus ac rebellione evertere;* c) *Imperantes in suae potestatis usu legis divinae normam sequi*

debere, non autem sive utilitatem sive multitudinis opinionem ac voluntatem, quoties hae ad illicita ac legi Dei repugnantia impellunt; d) *iudicium de agendi norma, quatenus de morum honestate, item de licito aut illicito statuendum est, etiam pro civili societate et publicis negotiis ad supremum Ecclesiae magisterium pertinere:* e) hinc *non licere Regibus, sive in privatis sive publicis negotiis ob rationes politicas Dei et Ecclesiae leges ac iura violare.* In *Adnotationibus* rursum, ut prius, quasi quidam commentarius continetur de erroribus hodierni *Communismi* ac *Socialismi*, et de doctrinis Ecclesiae contra hos errores propositis.

Caput 15 agit *de specialibus quibusdam Ecclesiae iuribus in relatione ad societatem civilem.* Tria pertractantur in hoc Capite et ei adnexis Adnotationibus iura Ecclesiae, per hodiernas violationes laesa: videlicet circa *iuventutis catholicae institutionem in scholis*, circa *professionem perfectionis evangelicae in Ordinibus Religiosis*, et circa *possessionem bonorum ecclesiasticorum.* Quoad *primum:* maxime perniciosae violationi iuris Ecclesiae, qua *fraudulenti homines scholas omnes directioni ac arbitrio solius potestatis laicae subiici, auctoritatemque Ecclesiae ad providendum religiosae institutioni et educationi iuventutis christianae impediri* imo ipsam *Clericorum educationem efficaci directioni ac vigilantiae Ecclesiae subduci, et laicae potestati mancipari* cupiunt, opponitur doctrina Ecclesiae: *ius ac officium vigilandi, ut iuventus catholica in vera fide et sanctis moribus instituatur, et vel maxime in sacris ministris doctrinae sanitati et vitae ecclesiasticae sanctitati prospiciatur, ad Ecclesiam pertinere, esseque cum eius magisterio divinitus instituto, et cum ipsius constitutione ac fine intime coniunctum, nec posse humanis legibus auferri.* Quoad *alterum:* contra oppugnatores iniquos et persecutores *Ordinum Religiosorum*, reflectitur in Schemate: a Divino Fundatore Ecclesiae non solum mandata sancta data fuisse omnibus, si ad vitam ingredi velint, servanda, sed etiam praemonstratum esse in Evangelio *statum perfectionis*, seu *consilia evangelica* voluntariae perpetuaeque paupertatis, continentiae, et obedientiae; et e constanti Ecclesiae declaratione ac usu aestimandum esse,

hanc vitae rationem apostolicae doctrinae consentaneam omnino esse, ducereque ad christianam perfectionem. Hinc in eodem capite simul proponitur doctrina Ecclesiae: *iura Ecclesiae circa hanc perfectiorem vitae rationem et officia votis religiosis suscepta in supernaturali Dei lege ac ordinatione fundari, nec illa politicis legibus sive dirigi sive deleri posse;* meritoque *damnari tum sententiam, qua professio religiosa illicita vel profectui populorum noxia et ideo eliminanda dicitur, tum impios hominum conatus, qui commemorata Ecclesiae ac fidelium iura invadunt, et tantam Deo non minus quam sanctae Religioni irrogant iniuriam.* Quoad *tertium:* perniciosae fallaciae mendacium hominum, quibus ius Ecclesiae acquirendi et possidendi bona temporalia arbitrio Status Politici subiectum esse, ab eiusque libera concessione pendere; item dispositionem ac distributionem bonorum ecclesiasticorum non secus ac eorum, quae publica sunt totius nationis, ad nativum ius supremae potestatis politicae pertinere dictitant, perstringuntur, et ad vindicandum ius Ecclesiae qua societatis visibilis, ex natura sua et divina institutione de propriis ministris non potestati seculari subordinatis, sed ab ea independenter sacra munia obeuntibus sibi prospicientis, declaratur: *doctrinam Ecclesiae esse, ipsi tamquam societati visibili a Deo inter homines constitutae ius competere, bona temporalia acquirendi et possidendi, neque hoc iure eam a quavis potestate seculari privari posse; proin leges, quibus Status Politicus tamquam e supremo iure sibi inhaerente bona ecclesiastica usurpat, iniustas spoliationes esse.*

Capitibus antelatis subiiciuntur in Schemate *Canones XXI*, quibus totidem graviores errores doctrinae catholicae oppositi damnantur; et in *Adnotationibus* ad Canones appositis tum ratio damnati erroris breviter exponitur, tum indicantur speciatim haereses ex praeviis erroribus natae, puta: *Independentium, totius christiani ordinis perturbatorum, Latitudinariorum, Anglicanorum, Indifferentistarum, Lu-*

theranorum et *Calvinianorum*, *Pistoriensium*, *Fanaticorum*, *Omnipotentiam Status defendentium* etc. [1])

In *altero* Schemate *de Episcopis* continetur *incisum* de obsequio Potestati Civili ab Eppis exhibendo, cum congrua admonitione. Monentur nimirum Capite I constitutionis huius Praesules, ut, dum Seculi Potestatibus debitum obsequium et obedientiam exhibendam praedicaverint, simul *Ecclesiae et S. Sedis Apost. necnon ministerii Eppalis iura ac libertatem unanimes tueantur*, nec quidquam admittant, quod dignitatem et gravitatem Eppalem dedeceat, aut *monito Tridentini Concilii* adversetur. (Sess. 25. c. 17. de ref.) Dirigitur etiam in eadem Constitutione *adhortatio ad Principes et Magistratus seculi, ut sacros Ecclesiae Antistites ac ministros valido suo patrocinio et praesidio tueri ac succolare studeant, memores, Eppos non tantum Ecclesiae, verum et Regum regnorumve et salutis agere causam.* In *Adnotationibus* ad praesens Schema commemoratur, attentis hodiernis adiunctis congruens imo necessarium esse, ut et Praesules ad C. Tridentini tramites moneantur, ne dignitati suae per *abiectam erga Potestates seculi servilitatem* dedecus inferant; et *Principes ac populi ad venerandos sacrorum Antistites, iisque obediendum et obsequendum* excitentur. [2])

Postquam innotuit, in Concilio Vaticano propositum fuisse suppletorie pro pertractatione Conciliari schema *de infallibilitate Romani Pontificis;* in ephemeridibus autem, broschurisque hinc inde vulgatis *Canones* etiam *de relatione inter Ecclesiam et Statum*, prout in Schemate Constitutionis de Ecclesia superius memorato continentur, palam *pro* et *contra* disputarentur: *Gubernia Civilia*, signanter *Gallicum* et *Austriacum*, occasionem sumserunt, *Notas Diplomaticas* ad Legationes penes S. Sedem Apostolicam constitutas exarandi, in iisque obtutus suos tum de canonibus per diaria publica et libellos evulgatis, tum de inerrantia Pontificia depromendi, atque ad sequelas ex huiusmodi definitionibus exorituras S.

[1]) Mon. 2029. pag. 85. — [2]) Mon. 2030. pag. 123.

Sedem medio Legationum dictarum attentam reddendi. Notae idgenus diplomaticae per Legatos cum *Cardinali negotiis exteris praeposito* communicatae fuere: congruumque ad eas *responsum* ad respectivos *Nuntios Apostolicos* a Cardinali Secretario Status directum, ad notitiam Guberniorum Civilium perlatum fuit. Ex Actis his magni momenti deligimus *duo Cardinalis Secretarii Status responsa*, ad *Nuntios Parisiensem* et *Vindobonensem* dimissa, e quibus una argumentum ipsarum Notarum a concernentibus Guberniis editarum plene intelligitur, ita ut superfluum censeamus, integrum contextum Notarum harum subiicere.

Minister *Gallicus* (Comes *Daru*) praemisso, quod Gubernium Galliae Patribus Concilii plenam deliberandi et tractandi libertatem relinquendo, et in Concilio pure fidei negotia pertractatum iri existimando, silentium hactenus observaverit, nec tractatibus Synodalibus sese immiscuerit, enunciat: per vulgatos in *ephemeride Augustana* (Allgemeine Zeitung) *Canones de relatione Ecclesiae ad Statum* potenter urgeri Gubernium ad *rumpendum silentium*, siquidem e praefatis Canonibus manifestum fiat, *potestatem Ecclesiae eiusve Capitis ad totum complexum iurium politicorum extendi;* Gubernium itaque cogi ad utendum suo iure, per ipsum Concordatum asserto, suos circa antelatam quaestionem sensus depromendi; idque eo magis, quod in Canonibus his infallibilitas Ecclesiae ad omnia depositum fidei tangentia extendatur, Ecclesiaque potestate absoluta, atque a quacunque civili auctoritate independente praedita asseratur; ac proinde quaelibet facta sive historica, sive philosophica, sive scientifica, porro quaevis principia fundamentalia civilium societatum, iura et officia Guberniorum etc. supremae ac infallibili auctoritati Ecclesiae absolute subordinentur. Declarat dein Minister *profundam impressionem*, quam vel simplex enunciatio similium doctrinarum in universo orbe producere debeat; et quaerit: *num possibile sit, ut Eppi in Concilio consentiant ad renunciandum suae auctoritati, ipsamque in una persona* (Papae) *concentrandam? an vel cogitari possit, ut Principes summam potestatem suam suprematiae Aulae Romanae submittant?* Postremo postulat: *ut Gubernia audiantur,* vel saltem ad

praestandum de charactere et voto populorum testimonium admittantur; speciatim *Gallia*, a 20 annis Status Pontificios protegens, iure suo uti sinatur, exhibendi Concilio suas circa praeviarum doctrinarum complexum animadversiones. — Minister *Austriacus* (Comes *Beust)* in sua Nota (10 Febr. 1870) praemisso eo, quod Gubernium pronum sit maxima Ecclesiam Catholicam quoad interna sua negotia donare independentia, modo ipsa ad quaestiones competentiae eiusdem haud subiectas se non misceat, enunciat: *se decursu rerum in Concilio vehementer perturbatum esse,* metuereque, ne ad casum decidendorum proiectorum in Concilio factorum, et Gubernium non minus percellentium quam opinionem publicam perturbantium *profundissimae abysso detur locus inter leges Ecclesiae et leges, queis pars maxima civilium societatum hodie regitur.* In proiectorum eiusmodi censum refert *Canones XXI* in publicis pagellis vulgatos, et, ut ait, ad infirmandam activitatem civilis legislationis tendentes. Memorat quoque, se in Nota mensis Iulii a. 1869 iam praefixisse terminos, qui inter activitatem Status ac Ecclesiae intercedere debeant. Demum declarat: imperiosa urgeri obligatione Gubernium ad procurandam omni ex parte, nullaque admissa exceptione, legibus civilibus debitam obedientiam, et ad prohibendum, ne ullum in Imperio publicetur documentum, quod maiestatem legis civilis offenderet.

Utriusque Ministri, Gallici et Austriaci, argumentationes et conclusiones in praeviis Notis diplomaticis contentas sapienter et fundate perstrinxit pro more suo *Cardinalis a Secretis Status* (Iac. Antonelli). In responso ad Notam Ministri *Gallici* (ad Nuntium Parisinum directo) debita prosequitur laude eam Ministri declarationem, quod Gubernium suspiciat *plenam Concilii libertatem;* comprehendere tamen se haud posse enunciat Cardinalis, quo ex obtutu profundam impressionem facere in Gubernium valuerint vulgati, violato pontificio secreto, per Augustanam ephemeridem *Canones:* posteaquam ii *non aliud in se contineant, quam expositionem fundamentalium axiomatum et principiorum Ecclesiae,* in actis praecedentium Conciliorum Generalium, Constitutionibusque Pontificiis saepius iam repetitam, atque in omnibus Ca-

tholicis Statibus promulgatam, et in Scholis etiam Gubernialibus traditam; neque assequi se posse, qualiter inciderit Ministro tantam Canonibus praefatis tribuere extensionem, ut existimaret, per illos Ecclesiae et Romano Pontifici directam et absolutam adscribi potestatem in totum complexum politicorum iurium; quandoquidem ea, quae in Canonibus continentur, longe alio in sensu sumenda veniant; Ecclesiam numquam intendisse directam et absolutam in iura politica Status exercere potestatem; sublimem ipsius missionem in eo consistere, ut homines ad finem supernaturalem dirigat, eoque ipso iudicium super moralitate et iustitia omnium actuum, internorum et externorum, depromat; inde tamen minime sequi, quasi Ecclesia negotiis politicis se directe immisceret; *subordinationem civilis potestatis sub potestatem religiosam intelligi unice sensu praecellentiae sacerdotii supra imperium, dependentiam imperii ab auctoritate sacerdotii eo sumi sensu, quo res humanae a divinis, temporales a spiritualibus dependent;* ex eo, quod *infallibilitas magisterii Ecclesiae* ad omnia depositum fidei quoquomodo contingentia extendatur, *nullum derivari periculum aut praeiudicium in scientias, historiam et Politicam*; a supremo et infallibili magisterio Ecclesiae nullo non tempore dictatas fuisse fidei regulas, a Principibus debito cum obsequio exceptas, et munimine quoque civilis auctoritatis roboratas; cumque nulla sine supremo directivo moralitatis principio consistere possit societas, Ecclesiae ab ipso Deo collatam fuisse sublimem potestatem, ad populorum felicitatem tendentem, quin in exercitio huius ministerii libera et expedita actio Guberniorum ullatenus impediatur; Ecclesiam inculcando principium: *Reddite quae sunt Caesaris, Caesari, et quae sunt Dei, Deo*, imponere eodem tempore obligationem suis fidelibus, obtemperandi auctoritati Principum; sed simul *desiderare Ecclesiam, ut lex civilis divinae vel ecclesiasticae legi non repugnet; manifestum quippe fore, ut ad casum, quo lex politica cum principiis aeternae iustitiae collideret, exhibitio obedientiae et redditio Caesari eorum quae sunt Caesaris, tantumdem significet, ac tollere Deo, quod Dei est.* Ex his, quae *Cardinalis a Secretis Status* in refutationem Notae Gallicae pro-

tulit, suapte consequi affirmat idem Cardinalis, nullum subversari fundamentum profundae cuiuspiam impressionis, quam (ut Gallicus Minister ait) in universo orbe excitaverint doctrinae in proiecto sive schemate Constitutionis propositae; quum in hoc proiecto non aliud contineatur, quam *reproductio catholicae doctrinae, omni epocha ubivis traditae*; eiusve scopus non sit alter, quam *ut modernis societatibus axiomata iusti et honesti in memoriam revocentur, mundoque universo ea pax et prosperitas restituatur, quae in sola perfecta divinarum legum observantia reperitur.* De iis, quae in merito *infallibilitatis pontificiae* in medium attulit Gallicus Minister, observat Cardinalis: *praerogativam infallibilitatis tam antiquam esse quam Ecclesiam, et semper exercitam, quin propterea divina auctoritas iuraque Pastoribus Ecclesiae a Deo collata vel in minimo alterata fuissent;* tantum fortitudinis et vigoris recipere membra, quantum iisdem a Capite provenit; *Principum* quoque *Catholicorum auctoritatem consolidari e suprematia Summi Pontificis,* cum Principes bene noverint, *regiam potestatem* ipsis *etiam ad defensionem ac praesidium christianae societatis concessam esse*, ipsos proinde qua filios Ecclesiae *obedire teneri auctoritati a Deo his in terris eo fine institutae, ut principes ac populos ad ultimum salutis aeternae finem dirigat.* In Conclusione reflectit Cardinalis: *ius proloquendi et communicationem actorum Concilii cum Gubernio postulandi per Ministrum Gallicum in fundamento Concordati praetensum neutiquam subsistere*: partim, quia coordinatis per Concordatum relationibus inter Ecclesiam et Statum, a Concilio Vaticano nullae mutationes in iis faciendae timeri debeant; partim quod in articulis Concordati nullum similis postulati fundamentum adsit; partim denique, quod desiderata Actorum communicatio libertatem Concilii perimere posse censeri debeat. [1])

Responsum *Cardinalis Secretarii Status* ad Notam Ministri *Austriaci* (Nuntio Ap. Vindobonensi inscriptum) in substantia coincidit cum priori. Nam et hic Cardinalis prae-

[1]) Mon. 2031. pag. 124.

missa grati sensus significatione pro ea Ministri declaratione, quod Gubernium plena libertate sinat frui Ecclesiam in sphaera suae activitatis, admirationem suam exprimit super conclusionibus ac manifestationibus Ministri e vulgatis per publica diaria *Canonibus* efformatis: quum *argumenta in Canonibus et universo Constitutionis proiecto pertractata non sint nisi renovatio principiorum et axiomatum, doctrinae revelatae ex asse conformium, et per Ecclesiam, tamquam revelatae doctrinae depositariam, ne in apice quidem mutari queuntium.* Declarat porro Cardinalis: Ecclesiae apprime notos esse limites, ultra quos auctoritas sua se extendere nequeat; *nequaquam* tamen *posse Ecclesiae indifferens esse, si in exercitio suorum iurium impediatur, idque tanto minus, quod e divina sua missione obligetur populos instituere, et in omnibus dirigere, quae cum moralibus officiis, et iusti ac honesti normis nexum habent;* nec omisisse Ecclesiam isthoc iure suo semper uti, regulas morales et fidei populis omni tempore praescribendo, quin eapropter Statuum Civilium ordo perturbaretur, aut Principes inquieti redderentur. Enunciat quoque: *Ecclesiam in exercitio supremi sui magisterii non modo liberam reliquisse Guberniorum actionem, sed eisdem viam potius planam fecisse, inculcando fidelibus divinum praeceptum, ut reddant Caesari quae sunt Caesaris,* quemadmodum et Principes eorumve subditi reddere tenentur Deo quae sunt Dei. Reliqua, ut iam monuimus, coincidunt cum Responso, quod Ministro Gallico datum fuit, ea itaque praetermittimus [1])

Definito in S. Synodo Vaticana *magisterio Romani Pontificis infallibili*, non exiguae excitari videbantur in pluribus Regnis adversus Ecclesiam tempestates: quibus Eppi, iurium suorum probe conscii et obligationis memores, energicas pro definita doctrina et asserenda ac vindicanda libertate Ecclesiae opponebant protestationes, remonstrationes, vindicias. In *Austria* paucis post editam Constitutionem de Primatu et

---

[1]) Mon. 2032. pag. 132.

infallibili magisterio Romani Pontificis diebus *Minister Cultus* (Stremayr) propositionem fecit Imperatori *de abrogando Concordato anni 1855.* In hac propositione, stylo Iosephinismi concinnata, de systematibus Eppali et Curiali sive Papali, ut appellat, fusius disserens, deducere nititur Minister: Concordato, cuius nonnulli articuli per recens sancitas Imperii leges iam extra vigorem ac usum positi existunt, post editam de infallibilitate Papae definitionem, locum dari haud posse, quum Ecclesia per hanc doctrinam (quam Minister *novam* compellat) limites activitatis suae quodammodo rumpendo ad territorium alienum transmeaverit, tantamve haec definitio relationum inter Ecclesiam et Statum mutationem induxerit, ut ea, quae hoc sub respectu in memorato Concordato stabilita fuerunt, amplius subsistere haud valeant; idque hoc minus, quod principia per Summum Pontificem in *Syllabo* anni 1864 proposita, universaque Curiae Romanae agendi ratio, prout et Schemata discussioni Concilii Vaticani substrata manifestum reddant, nisum Aulae Pontificiae eo dirigi, ut ea etiam, quae res civiles tangunt, sub auctoritatem et iudicatum suum sumat, taliterque omnem potestatem absorbeat. Ita descripto definitionis Vaticanae momento, deductisque inde pro Statu Politico consequentiis, descendit Minister ad consulendum, quidnam in his adiunctis ex parte civilis Regiminis agendum veniat. Reiecta illorum sententia, qui sic dictum *Placetum Regium* velut *praeventivum* modum obviandi periculis Statui ex parte Ecclesiasticae Potestatis imminentibus, in usum revocari svadent, proiectat potius *totalem Concordati abolitionem*, et *legislativam viam*, *vi cuius relatio inter Ecclesiam et Statum sic coordinetur*, *ut damna et pericula a Statu efficaciter amoveantur.* Mentionem iniicit Minister *iuris nominandi Praesules*, per Concordatum pro Imperatore Austriae confirmati, et contendit: per abrogationem Concordati nullum huic iuri inferri praeiudicium, ipsumve porro quoque integrum persistere debere, cum non in Concordato fundetur, sed iam ab olim qua praerogativa Imperatorum agnitum et in usum deductum, per Concordatum unice renovatum fuerit. Propositionis istius paria communicavit Minister cum Cancellario Imperiali et Externorum Ministro eo fine, ut hic quoque atten-

tione sua praeviam Propositionem prosequatur. *Imperator* per Manuales 30 Iulii 1870 exaratas *probata Ministri propositione, eidem una commisit, ut necessaria legum proiecta ad coordinandam relationem inter Ecclesiam et Statum deservitura praeparet*, Consilio Imperiali substernenda. *Minister* vero *Externorum* simul *Imperii Cancellarius* (Comes Beust) non morabatur Legationi Romanae committere: ut abrogationem Concordati ad notitiam S. Sedis perferat. In *Nota diplomatica*, quam Cancellarius Imperialis eatenus Legationi submisit, praeter politicos obtutus, iam in priore Nota (10 Febr. 1870) superius adducta propositos, plures continentur *accusationes adversus S. Concilium*, principia item et consequentiae ex iis deductae, — omnia eo tendentia, ut manifestum reddatur, Gubernio Caesareo necessitatem impositam fuisse, ad ea descendendi, quae in praeallata propositione Ministri Cultus, eiusque Corollario — Rescripto Caesareo — evoluta habentur. Asserit Cancellarius in sua Nota: *Gubernia Civilia a Concilio Vaticano magnum conciliationis et pacificationis opus expectando, libertatem Concilio salvam reliquisse, utut schemata Patribus Synodi substrata res quoque civiles contingerent; interim per influxum partis in Synodo praepondium habentis Gubernia in spe et expectatione sua delusa esse, siquidem non obstante conspicuae Minoritatis Synodalis conatu Maioritas sensim ad extrema definienda propensa reddita fuerit; omnes Guberniorum remonstrationes in vanum abiisse, et dogma de primatu ac infallibilitate Papae definitum promulgatumque fuisse; per hanc definitionem vero in doctrinam de relatione Ecclesiae ad Statum essentialem induci mutationem, ita, ut coordinatio huius relationis per Conventiones et Concordata stabilita amplius subsistere non possit, ipsaque Concordata pro abrogatis haberi debeant, signanter et illud, quod a. 1855 cum Imperatore Austriae conclusum extitit; necessitatem denique subversari coordinandae per legislationem relationis inter Ecclesiam et Statum, quum tractatus cum Potestate, quae per memoratam definitionem nullos agnoscit activitatis suae limites, nullique responsabilis reddita est, institui haud valeat.* In horum nexu committit Cancellarius Imperialis Le-

gationi, ut haec ad notitiam S. Sedis perferat, simul significando, *Gubernium Hungaricum* in eo esse, ut usum *Placeti Regii* pro Rege Apostolico ad vitam revocari procuret [1]).

Ad ea, quae Imperii Austriaci Cancellarius medio Legationis S. Sedi notificari fecit, nullum quidem redditum est a S. Sede responsum : in ephemeride nihilominus Romana, cui nomen *Civilta Cattolica*, insignis vulgata fuit refutatio Notae Austriacae, quam per extensum volumini nostro inserimus, subnexis una Austriacis documentis, supra analysatis. Cum ephemeris Romana, de qua sermo, in proxima relatione cum S. Sede constituatur, atque a solidis articulis pro defensione doctrinae disciplinaeque catholicae concinnatis plurimum commendetur, meritasque eapropter laudes a Summo Pontifice tum ore tum scripto retulerit, principia demum et conclusa in Nota Austriaca evoluta praeclare refellat, ita, ut reapse instar responsi ab ipsa S. Sede redditi considerari possit, nil dubitavimus, articulum hunc integrum, ex italico latine redditum, exhibere. Articulus itaque, postquam praemiserat, ab se unice *doctrinalem*, et non politicam Notae Austriacae significationem expendi, ac proinde *accusationes contra Synodum prolatas, principia quae profitetur, et consequentias, quas inde deducit, examini subiici, idque ad tramites sanae theologiae sanaeque rationis,* hocque scopo *sermonem duntaxat ad viros theologiae peritos, logice cogitare assuetos, et organicae constitutionis Ecclesiae gnaros converti*, refutationem Notae in his concentrat : 1. Ad *primam accusationem*, quod Synodus Vaticana expectationem Guberniorum de magno opere *conciliationis* ac *pacificationis* eluserit, animadvertit : Dominum Iesum fundatorem Ecclesiae clare dixisse : *non venisse se pacem mittere sed gladium ;* frustra proinde a *Seculo*, quo Redemtor venit, expectatam fuisse pacem sive conciliationem, quam Redemtor dare haud valuit, cum *conciliatio veritatis cum errore, boni cum malo, iusti cum iniusto*, ad quam Seculum semper propendet, seu *immolatio veritatis desideriis passionum, immolatio boni postulatis proprii emolumenti, immolatio iustitiae stimulis*

[1]) Mon. 2033—2036. pag. 137. in Nota.

concupiscentiae; pacificatio item *quae falsum specie veri cooperit, malum sub tegmine boni abscondit, iniustitiam sub praetextu necessitatis dissimulat*, sicque homines splendore modici boni ipsis propositi *decipit,* a Deo infinite vero et bono in mundum inferri nequiverit ; frustraneam igitur fuisse etiam spem et expectationem Guberniorum, dum de conciliatione ac pacificatione per Conciiium Vaticanum procuranda somniarent: quum *conciliatio et pax seculi, quam Gubernia expectabant, Ecclesiae a Domino fundatae e diametro sit opposita*, quippe profecta a spiritu seculi, numquam volentis recognoscere divinam Ecclesiae missionem ad veritatem totam ac integram semper docendam ; *existere* quidem *pacem, quam Christus Dominus suis dedit discipulis, quamque Ecclesia inde a XIX seculis quotidie adimplet, quam et S. Synodus Vaticana insigniter adimplevit, dum a tramite praecedentium Conciliorum minime aberrando, per definitionem Pontificiae infallibilitatis vere grande opus pacificationis complevit: exterminando Gallicanismum, Febronianismum, Iansenismum, tot ac tam deplorandorum in sinu Ecclesiae disordinum ac dissidiorum auctores!* Observat insuper in primo refutationis membro auctor articuli: non levi *contradictioni* semet involvere *Gubernia liberali more coordinata*, dum dictam conciliationem ab Ecclesia praestolantur ; admittendo nimirum, se quoad doctrinas Ecclesiae indifferentia esse debere, cum pro libertate conscientiae et tolerantia cultuum dimicent ; et tamen validum clamorem exercendo, dum Ecclesia de inerrantia Pontificis Summi deliberat ac decidit. 2. Perstringit articulus eam Notae Austriacae enunciationem, et respective accusationem, quod Gubernia initio plenam Concilio *libertatem agendi* salvam reliquerint, et duntaxat tunc *intervenerint,* dum tendentias Concilii Statibus publicis praeiudiciosas animadvertissent, licet omnis interventio, omnes remonstrationes et Notae Regiminum in vanum cesserint. Ostendit articulus noster: *accusationem hanc a se ipsa condemnari*; quum in utroque stadio, abstinentiae quippe ab interventione, et interventionis Gubernia recesserint a proposito sibi principio, per interventionem posteriorem laedendo libertatem Synodi, et laedendo principium separationis Ecclesiae a Statu, si ob hoc

abstinuerunt initio ab interventu. Animadvertit porro articulus: nullam suppeditatam fuisse causam Guberniis ex parte Concilii, ut interveniant et Notas scribant, siquidem editae hactenus *Constitutiones pure dogmaticae* fuerint, negotia Status minime attingentes ; sed nec potuisse interventionem opitulari Guberniis, *Summo Pontifice et Eppis in Concilio praesentibus divinae suae missioni fortiter insistentibus, nulloque habito humano respectu rem fidei ac doctrinae pro sua potestate definientibus*, taliterque novo quasi argumento id ostendentibus, quod Synodus Vaticana reapse a Spiritu S. recta, et per Concilium annunciatae veritati maximum vadimonium praestitum fuerit. 3. Animadversiones in *tertiam accusationem* Concilii, quod non obstantibus conspicuae *Minoritatis* conatibus *Maioritas* per *S. Sedis agendi rationem* stimulata semper magis in *extremas decisiones* propensa fuerit, evolvunt, quantopere Scriptor Notae diplomaticae a respectu tum S. Synodi Patribus tum S. Sedi debito recesserit ; nam licet in Synodo adfuerit quaepiam opinionum diversitas, intentiones tamen omnium easdem fuisse, ad procurandum veritati triumphum, et promovendum spirituale fidelium emolumentum ; nec posse nisi cum vera iniuria Minoritati nisus sive conatus attribui, qui intentionibus partis alterius oppositi fuerint ; in veritatem porro haud cadere excessus, nec posse proinde de *extremis* decisionibus sermonem institui, sed in sensu Notae diplomaticae opponi eam enunciationem sic dictae conciliationi, (supra attactae) quam quemadmodum Maioritas iure repudiavit, ita nec Minoritas acceptare potuit, cum *strictissimum cuiuslibet Eppi officium* sit, *pencs veritatem nulli errori locum dandi*, sed *integram semper veritatem tuendi ; accusationem* tandem *contra S. Sedis agendi rationem, seu influxum et pressionem in Eppos praetensive exercitam a quovis catholico reiici debere,* quandoquidem libertas Epporum usque ad ultimum momentum maxima longanimitate conservata, et doctrina de infallibilitate pontificia non e motu proprio Papae sed ad preces plurimorum Epporum discussioni Concilii substrata fuerit. 4. Circa cardinalem *Notae* ideam, principia enunciantem, *quasi* quippe *definitio de primatu et infallibilitate Papae relationes Ecclesiae ad Statum supra*

basim prorsum novam collocaret, ampliando sphaeram activitatis Ecclesiae, et eodem tempore omnem potestatem quam Ecclesia praetendit exercere, in persona Papae concentrando, observat articulus : scriptorem Notae, dum haec asserit, summam prodere rei, de qua agitur, *ignorantiam ;* rationes, quibus suum fulcit Nota assertum, non subsistere, quum *in Constitutione pure dogmatica nullius ampliationis activitatis Ecclesiae, eo minus mutationis cuiuspiam in relationibus Ecclesiae ad Statum vel minimum reperiatur vestigium* ; argumentationem illam, quasi in casibus dubiis, num haec vel illa quaestio ad sacram pertineat aut profanam iurisdictionem, unice ab arbitrio infallibilis Papae pendeat decisio, in se ipsa esse *sophisticam,* quia in iis duntaxat dubiis casibus,' in quibus de rebus fidei aut morum quaeritur, ad quas nimirum restringitur Papae inerrantia, huius est decidere, an res reipsa eo pertineat necne ; ignorantiam Scriptoris Notae vel maxime in eo prodi, quod asserat, Papam per Synodum nova auctoritate, quamdam omnipotentiae speciem habente, instructum fuisse, concentrata in eius unius persona omni potestate ; cuiusmodi asserto nil falsius nil absurdius cogitari posse monet Articulus noster : siquidem *Concilium nulla nova potestate muniverit Papam*, quam ita prout eius praedecessores, iam non ante habuisset ; *Primatum Papae, qui continet plenitudinem potestatis in regendo, et infallibilitatem magisterii in docendo, esse praerogativam Summi Pontificatus, a XIX seculis in Ecclesia exercitam, recognitam, professam, et novissime a Concilio Vaticano explicitis formulis, et potissimum verbis quoque antecedentium Conciliorum in memoriam revocatam.* 5. Postremo reiicit Articulus *consequentias* ex principio in Nota propugnato deductas, eo ipso alioquin falsas, quod ipsum principium, e quo deducuntur, falsum sit. Consequentiae reducuntur ad *abrogationem Concordati* a. 1855 initi, et declarationem necessitatis, novis constitutis legibus relationes inter Ecclesiam et Statum coordinandi. Ad has consequentias reponit noster Articulus : *abrogationem Concordati, si ei nullum praeter id, quod in Nota diplomatica attingitur, suffragetur ius, esse irrationabilem et iniustam, atque ex ignorantia catholici catechismi profectam*, quae impedi-

verit Notae Scriptorem, ne advertat ad legitimas abrogati Concordati sequelas, cumprimis eam, iuxta quam *suppressio Concordati*, mitigationem iuris canonici communis, et concessionem maioris in res Ecclesiae influxus in se complectentis, *eo ipso reviviscere facit in sua plenitudine Ius commune Canonicum, in cuius conspectu Gubernium reipsa inerme est, legemque canonicam revereri tenetur*, nisi intentatis minis effectum procurare nitendo, ad formalem descendat *Ecclesiae persecutionem*, quae alio nomine *violentia* quoque compellatur, et coram qua *tacet* quidem *ius*, *sed non moritur* [1]).

In *Bavaria* iam a. 1869 ante Concilium ex Ministerio Cultus emanavit resolutio regia, ad *Eppum Ratisbonensem* directa, dein singulis Praesulibus communicata, *de necessitate impetrandi Placeti Regii pro promulgatione decretorum Concilii Vaticani*. Resolutionem hanc Minister post editam Constitutionem dogmaticam primam de Ecclesia Christi, seu de Primatu et infallibili magisterio Romani Pontificis per literas 9 Aug. 1870 editas in memoriam Praesulum revocavit. Ex huiusmodi rescripto Ministeriali occasionem arripuit *Eppus Ratisbonensis*, (Senestréy) interposita solemni protestatione, interpellandi Regem, ut a Placeto, libertatem iuraque Ecclesiae, per *Concordatum* Bavaricum stipulata penitus perimente, tanto magis recedat, quod Eppis strictissima incumbat obligatio, constitutiones dogmaticas ad notitiam fidelium perferendi, huicque obligationi per se iam etiam satisfactum sit. Repraesentatio Eppi Ratisbonensis historico quoque gaudet momento, siquidem recenseat, qualiter Praesules Bavarici gravamen ex usu Placeti resultans inde ab anno 1850 ab Ecclesia avertere studuerint, licet absque optato effectu [2]).

Ex parte Ministerii Bavarici paulo post editas Vaticanas Constitutiones, signanter illam de infallibili magisterio R. P. *rursus Facultatibus Theologicis Universitatum positae erant quaestiones*, ex parte quidem analogae iis, quas ante Concilium positas fuisse suo loco diximus, sed ex parte quoque no-

---

[1]) Mon. 2037. p. 137. — [2]) Mon. 2038. 2039. p. 168.

vae, ad conditum decretum Conciliare, et relationem eiusdem ad Statum pertinentes, numero *undecim.* Quaestiones hae agunt de *conditionibus ad oecumenicitatem Synodi requisitis*, cumprimis *libertate* Patrum Concilii; de *unanimitate votorum in dogmaticis decretis;* de qualitatibus Patrum Concilii ad hoc requisitis, ut iure votisandi gaudeant, signanter de sic dictis *Praesulibus in partibus infidelium*, in Concilio Vaticano maiore numero praesentibus; de *Bullis* anteriorum Rom. Pontificum *Bonifacii VIII, Pauli IV, Pii V, Sixti V* relationem inter Ecclesiam et Civitatem tangentibus, cum novissimo decreto de infallibilitate Pontificia collatis; de *Syllabo* anni 1864; de *Decretalibus Gregorii IX, Bonifacii VIII, Clementis V;* de *interpretatione decretorum Synodalium* uni Papae qua infallibili competente etc. Sic nimirum *Bavaricum Ministerium altera iam vice vocari se existimabat ad id, ut adoptata et in praxim deducta sic dictorum „vetero-catholicorum" regula credendi, aliquot Professores Universitatum, tamquam repraesentantes „Scientiae", pro tribunali sedeant, iudiciumque de Papa, Concilio et Ecclesia depromant, per Potestatem Civilem subin executioni mancipandum!* Responsum Facultatum Theologicarum ad has quaestiones a Ministerio tardius desideratum non fuit, proin nec redditum in sua forma fuit: opportunum tamen visum nobis est, exhibere *proiectum responsi*, quod nomine Facultatis *Herbipolensis* laudatus iam a nobis *Hergenröther* mense Octobri 1870 concinnavit. In eo pro more suo rem omnem exhausit, suspicionibus vanis Civilium Guberniorum aditum praeclusit, iura Papae et Ecclesiae insigniter vindicavit, genuinumque Constitutionis Vaticanae, tantopere oppugnatae, sensum elucubrare adnisus est. Cum in responso suo frequenter ad primum provocet responsum, (suo iam loco per nos vulgatum) et pro qualitate quaestionum, idem cum prioribus argumentum magna parte pertractantium deductiones etiam sive responsiones cum primis coincidant: praesente loco uberius analisare doctum isthoc responsum haud videtur necessarium; satisque sit ex eodem responso adnotare sequentia: a) *libertatem* in Concilio Vaticano exacte servatam fuisse, instar normae habito effato *S. Leonis M.* Papae: *ut, sicut moris est, omnium sententiis ex*

libertate prolatis id tranquillo et aequo constituerctur examine, quod et fidei congrueret, et errantibus subveniret; b) in quaestione de decisionibus Conciliaribus per suffragia ferendis opportune citari verba notatu digna Gallicani Theologi *Natalis Alexandri: Si Epporum maior aut sanior pars (sanior autem est, quae Ecclesiae Romanae, ceterarum matri et magistrae; et Summo Pontifici, christianorum omnium Patri et Doctori, fidei depositum tuenti, cohaeret) illius definitionem ac sententiam ut ore S. Petri prolatam receperit, dubium debet esse nemini catholice sentienti, quin Romanus Pontifex in ea ferenda fidei regulas secutus sit, quum errare non possit Ecclesia, quae est columna et firmamentum veritatis;* item *Melchioris Cani: Summus Pontifex maioris partis sententiam non tenetur amplecti. Imo sive pauci sive plures ad errorem deflexerint, munus est Apostolici Antistitis, adversum eos fidem revocare. Non numero haec iudicantur, sed pondere. Pondus autem Conciliis dat Summi Pontificis et gravitas et auctoritas, quae si adsit, centum Patres satis sunt, sin desit, nulli sunt satis, quamlibet plurimi. Nec si maior pars Patrum vere sentiat, Summus Ecclesiae Pontifex repugnabit;* c) iis, qui vota Epporum titularium, seu, ut vocant, *in partibus infidelium,* controvertunt, opponi posse Canonem Concilii Tridentini: *Si quis dixerit, Eppos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos et veros Eppos, sed figmentum humanum, anathema sit;* d) ad expostulationem de *absentia Principum* e Synodo Vaticana responderi posse: praesentiam ipsorum non esse necessariam, posse tamen intervenire Synodis Generalibus (uti *Bellarminus, Thomassinus* aliique se exprimunt) eo scopo, *ut praesentia sua omnes in officio continerent, atque ad exitum perducenda curarent, quae ab Eppis sancita fuerunt;* ceterum hodie, ubi nec *Romanus Imperator* tamquam *summus Ecclesiae defensor et advocatus* existit, nec Status Ecclesiae defensionem in se assumunt, intermissam Principum vocationem sufficienter legitimari; e) ad obiectionem e parte Guberniorum positam, quasi infallibilis magisterii exercitium uni arbitrio Papae relictum sit, omniaque eius dic deta et creta pro infallibilibus habenda sint, bene re-

sponderi a *Melchiore Cano: in decretis pontificiis duo inprimis distingvenda sunt: unum est tamquam intentio conclusioque decreti; alterum quasi ratio et causa a Pontifice reddita eius rei, quam constituerit. In conclusione Pontifices Summi errare nequeunt, si fidei quaestionem ex apostolico tribunali decernant; sin vero Pontificum rationes necessariae non sunt, ne dicam aptae, probabiles, idoneae, in his nihil est immorandum;* f) ad retundendam aliam Politicorum obiectionem e pervulgato illo effato deductam: *Romanus Pontifex iura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere*, opportune allegari responsum a *Reiffenstuel* datum, qui effato illi opposuit, quod in Codice legum civilium habetur: *dicitur*, inquit, *Princeps* (L. 19. Omnium. Cod. VI. 23. de test.) *habere omnia iura in scrinio pectoris sui, h. e. eorum omnium tenere notitiam, tum propter sapientes et consiliarios sibi assistentes atque consistorio suo interessentes, — tum propter interpretationem, quia nimirum Princeps omnia iura interpretari potest, prout explicat Glossa; siquidem eius est legem interpretari, cuius est condere;* interpretationem porro legum et decretorum Synodalium ex munere supremi legislatoris ad Papam spectare iuxta illud *S. Pii V* in Constit. a. 1569, quae incipit: „Romanus Pontifex“: *Romanus Pontifex* (est) *sacrorum Conciliorum auctor et interpres* [1]).

Quum Regimen Bavaricum motibus *vetero-catholicis*, in Dioecesi *Monacensi* (ut iam praecedente volumine monuimus) maxime ferventibus, haud exiguum favorem exhiberet; Praesulibus autem, signanter *AEppo Bambergensi* (qui scopo instituendae promulgationis Vaticanae Constitutionis ad Ministerium pro Placeto recurrit) denegatione Placeti partim, partim alia ratione impedimenta obmoveret: Praesules, praeeunte *AEppo Monaco-Frisingensi*, ad partes officii sui pertinere censebant, ea suscipere consilia eaque agere, quae defensio doctrinae catholicae et iurium Ecclesiae urgenter deposcebat. Laudatus APraesul situm rei medio Cardinalis *Pitra* ad notitiam Summi Pontificis ante omnia perferendum existimavit.

[1]) Mon. 2040. p. 174.

Rescripsit nomine Summi Pontificis Cardinalis *Pitra :* gratum fuisse SSmo Domino, de unanimi Cleri consensu in fide tuenda et vindicanda edoceri, nec deponi ab eo spem, fore, ut dissidentes una cum suo capite ad saniora revertantur ; *de relatione* vero *inter ecclesiasticam et civilem potestatem id tenendum esse, quod iam saepius, signanter Nuntio Austriae perscriptum fuit*, scilicet *relationem hanc nullatenus mutatam esse per dogma de infallibili Papae magisterio, falsasque et subdolas esse quasvis hac de re interpretationes, et toties iam profligatas, quas adversarii comminiscuntur; Summum Pontificem esse qua Magistrum summum legis quoque interpretem falli nescium, sed legis christianae*, quae vitam nostram prae legibus externis tuetur et continet ; in Civitate eo maiorem fore quietem, quo firmius fuerit in Ecclesia pacis ac unitatis vinculum ; *praeter Petram, quam Dominus in fundamento posuit, non esse stabilem ullam constructionem* ; Civitatis Dei, (Ecclesiae) monente Augustino , *regem* esse veritatem, *legem* caritatem ; a veritate autem regibus nihil timendum, a caritate nihil non sperandum, ab aeterno ordine nihil in rebus, quae recte fluunt, immutandum [1]). — Praesules porro Bavarici *communi repraesentatione ad Regem* 15 Maii 1871 directa adversus renovatum *Placeti Regii* usum iisdem argumentis, quae iam a. 1870 *Eppus Ratisbonensis* in medium protulit, protestati fuere. Citant Eppi in sua litera inter cetera celebris Galliarum Canonistae *P. de Marca* verba : *Confirmatis a Principe seculari de fide decretis contumacia quidem refragantium legibus plectitur, acsi in leges imperatoris peccatum fuisset ; sed non indigent ea decreta imperio Principis, ut christianos adstringant, cum iure divino nitantur, quod ceteris omnibus praecellit.* Pluribus quoque comitantur animadversionibus ea, quae Minister Cultus in epistola ad AEppum Bambergensem de *Placeto* proposuit, sive ut illud iustificet, sive ut denegationem Placeti pro publicandis Vaticanis decretis legitimet [2]). — Cum autem *Minister Cultus* incidenti ex eo, quod Eppi Bavariae, praeeunte *APraesule Monacensi*, fideles editis pastoralibus literis contra insidias et

---

[1]) Mon. 2041. p. 219. — [2]) Mon. 2042. p. 220.

multiplices motus novorum sectariorum, vulgo vetero-catholicorum praemunire sategerint, et insuper AEppus laudatus Regium pro Ecclesia Catholica patrocinium expetierit, mense Augusto 1871 fusiorem scriberet AEppo Monacensi literam (ceteris etiam Eppis communicatam), in eaque quasi quidam theologus integra dissertatione, ex Armamentario vetero-catholicorum consarcinata, infallibile magisterium Romani Pontificis oppugnaret, agendique rationem a Ministerio hac in causa servatam defenderet: tum *AEppus Monacensis,* tum *Eppi Ratisbonensis*, et *Eystettensis,* item *Vicarius Capitularis Spirensis* energicis literis ad Ministrum datis cuncta ipsius argumenta in nihilum redegerunt, veritatique catholicae praeclarum perhibuerunt testimonium, et simul iura officiaque sua manutenere perrexerunt [1]).

In *Hungaria* non levis excitata fuit post editam in Sessione IV Synodi Oecum. Vaticanae Constitutionem tempestas. Nam *Minister Cultus* (Ios. L. B. Eötvös), adstipulante Ministerio Hungarico, propositionem fecit Regiae Maiestati: *ut ex incidenti decretorum Concilii Vaticani, infallibilitatem pontificiam concernentium, scopo praemuniendorum Status iurium et pacificae compositionis adiunctorum difficilium, exercitium iuris Placeti Regii resuscitetur.* Instar motivorum et argumentorum adducitur in hac ministeriali propositione:

a) *principium infallibilitatis Papae* ea forma, sub qua proponitur, *principiis, basim recentioris Statuum organismi efformantibus, contradicere*, atque in praxi collisionibus inter potestatem Status et Ecclesiam ansam praebiturum, cum sequelis pro Statu et Ecclesia aeque damnosis;

b) ex obtutu *commodi ipsius Catholicae Ecclesiae* exercitium Placeti optandum esse;

c) *per introductionem Placeti impediri* posse, *ne malecontenti politici et inimici Catholicismi in quempiam quasi*

---

[1]) Mon. 2043—2047. p. 232. 256. 262. 264.

exercitum communis contra Ecclesiam oppositionis coalescant ;

d) per Placetum anteverti posse, *ne Legislatio in utraque Monarchiae parte ad defendendam contra Vaticanum decretum causam Status*, tamquam periculo expositam, *progrediatur*, et tam de *bonis ecclesiasticis*, quam aliis rebus commodo Ecclesiae oppositis deliberet, feratque statuta Ecclesiae perniciosa ;

e) per Placetum in usum deductum obviari posse periculo, *ne* ipse *populus concitatus ad ventillandam quaestionem infallibilitatis procedat ;*

f) penes *publicam perturbationem* e decreto Concilii ortam *impossibile esse*, *ut Ministerium sileat*, imo potius idem urgeri ad displicentiam manifestandam ; id vero per introductum Placeti usum eo certius evitari posse, quod taliter Gubernium *opinioni publicae* semet accomodare censeri valeat ;

g) e re Ministerii et ipsorum Epporum Hungariae fore, *ut per Placeti revectionem Ministerium suffragiis Synodalibus Praesulum Hungaricorum consentanee agat*, *et ipsi Praesules ad casum urgendae per Sedem Romanam promulgationis suam inobedientiam vetito Status tegere possint* ;

h) contra *definitionem Concilii* excipi posse, eam *nequaquam unanimibus suffragiis perlatam* fuisse ;

i) *necessitatem Placeti* ex eo quoque manifestam reddi, quod *Potestas Ecclesiastica independentiam civilis auctoritatis aggrediatur*, et Curia Romana nisum hunc de civili potestate Ecclesiae subordinanda constanter exserat, ac proinde Gubernio necessitas imponatur, de medio sibi prospiciendi, quo similes nisus a Statu repellantur ;

k) scopum et conatus in stabiliendo infallibilitatis principio eo fuisse directos, ut sensim *absoluta* constituatur *Pontificatus potestas ;*

l) ex obtutu conformitatis principiorum gubernandi in *utraque parte Monarchiae* optandum esse, ut, quemadmodum in Austria nexu decreti Vaticani *Concordati* abrogatio secutura praevidetur, ita in Hungaria (in defectu Concordati) Placeti ius ad vitam revocetur, sicque *Politica in negotiis*

religiosis utrobique, quantum fieri potest, *pari passu procedat ;*

m) ex pluribus *factis historicis* deduci, *quod in Hungaria Placetum in usu fuerit,* sive dum circa *bullas* Roma expeditas provisiones guberniales de iis qualiter recipiendis fierent, sive dum *decreta Tridentina* de nominatione praelatorum, collatione beneficiorum, appellationibus nequaquam reciperentur, sive dum *Card. Pazmannus* nominationem Epporum titularium et collationes beneficiorum Regibus assereret ;

n) iuri Placeti suffragari insignem Iurisperitum et bonum catholicum *Antonium Comitem Cziráky* etc. His circiter argumentis munitae Ministerialis repraesentationis is fuit effectus, ut 9 Aug. 1870 reipsa emanaret *Resolutio Regia*, literis Praesidialibus Ministerii dd. 10 Aug. 1870 Antistitibus intimata, disponens : *ut, quum in sequelam decretorum Concilii Vaticani iura Regis Apostolici Hungariae coarctentur, iuris Placeti Regii exercitium inducatur, nec ullas sive Concilii sive Summi Pontificis constitutiones ac decreta promulgare vel per regnum dimittere liceat, nisi prius ea Gubernio exhibeantur, et eorum promulgatio ac dimissio per Regem via Gubernii decretaliter permittatur.* Resolutionem hanc excepit *rescriptum Ministeriale* dd. 29 Sept. 1870 ad eosdem Antistites directum : vi cuius declaratur, Regiae Maiestatis intentionem in praevia edenda resolutione unice eam fuisse, ut impediatur, *ne decreta cum iuribus regiis aut legibus regni et pace publica pugnantia ad manus civium deveniant ;* a Placeto interim eximi *acta ad forum S. Poenitentiariae, et forum internum spectantia,* item ea, *quae dilationem haud patiuntur, vel famae ac bono nomini praeiudicium per publicationem generare possunt.*

Adversus Resolutionem hanc, iuribus ac libertati Ecclesiae Catholicae summe praeiudicantem, *unanimi Epporum suffragio* exhibuit Regiae Maiestati *Primas Regni et AEppus Strigoniensis* (Ioan. Simor) repraesentationem dd. 19 Nov. 1870: ut (quemadmodum ipsius repraesentationis verba habent) vi obligationis erga Ecclesiam Catholicam, et erga luculentum spiritum patriae Constitutionis, iustam Ecclesiae Cath. anxieta-

tem in merito sic dicti *Placeti Regii* exponat. Reipsa remonstratio Primatis, dum quaelibet Ministerialis propositionis quoad reinducendum iuris Placeti Regii exercitium argumenta ac motiva erudite aeque ac fundate dissipat, una ad rite expendendam agendi rationem Epporum Hungariae in Concilio observatam, ad quam Ministerialis scriptura identidem provocat, congruas suppeditat reflexiones. Praemittit Primas : Ministrum Cultus Hungaricum ope literarum 1 Aug. 1870 communicasse secum propositum Ministerii una cum motivis consulendi Regiae Maiestati exercitium iuris Placeti Regii ex incidenti decretorum Vaticani Concilii de infallibilitate Romani Pontificis : priusquam tamen cum Praesulibus Regni per se consilia super hoc merito foveri potuissent, iam ad se et ceteros Eppos pertigisse ipsam Resolutionem Regiam in obiecto Placeti die 9 Aug. editam et die 10. e m. per Praesidem Ministerii cum Praesulibus communicatam. Descendit dein Primas ad expendenda motiva Resolutionis Regiae, prout ea in Ministeriali propositione exposita erant. Liceat praecipuas reflexiones Primatialis repraesentationis hoc loco innuere. Animadvertit Primas :

1. *Eppatum* Regni prout hactenus ita et deinceps, obligationum patrioticarum bene conscium, *in observantia legum civilium, et regiorum mandatorum aliis exemplo praeire non cessaturum, usque ad illum terminum, quem cuivis Eppo iureiurando firmata officia erga libertatem Ecclesiae et cultus fidelium catholicorum exercitii praesignant* ;

2. *Eppos Hungarici Regni Romae sub S. Synodo agentes respectu convenientiae ac opportunitatis de quaestione infallibilitatis pontificiae eam quidem tenuisse agendi rationem, quam Ministerialis scriptura commemorat :* nihilominus principium infallibilitatis Rom. Pontificis per *immensam Concilii maioritatem* pro *dogmate* declaratum est, et *nemo Catholicorum Epporum dogmati huic solemniter declarato suum assensum ac obsequium denegare potest, inutilem sane, et libertati ac constitutionali independentiae Ecclesiae adversum fore omnem conatum, vim obligativam dogmatis sive per exercitium Placeti, sive per alia impedimenta promulgationi ecclesiasticae posita labefactandi ;*

3. inter Patres Concilii, quamvis e pluribus *constitutionalibus* regnis oriundos neminem fuisse, qui infallibilitatis pontificiae definitionem illo impugnaret argumento, e quo Ministerialis propositio egreditur, *quasi* nempe *dogma de pontificia inerrantia cum principiis recentioris organismi Statuum collideret;* imo hanc obiectionem ceu *vanam exprobrationem, omnique fundamento carentem assertionem*, a nemine hactenus demonstratam, per Eppos repudiatam fuisse;

4. *erronee supponi, quasi definitio infallibilitatis pontificiae correlationes inter Ecclesiam et Statum hactenus intercedentes immutare posset:* cum infallibili Pontifici nec causa nec vires suppetant, ampliores respectu Status Civilis praetensiones formandi, quam eae sint, quas hucusque iuste formavit infallibilis Ecclesia Catholica; nimirum *ut principia fundamentalia organismi Statuum civilium ordini morali a Deo praestituto et veritatibus christianis conformia sint;* frustra provocari ad *medium aevum*, quum historia teste maior influxus Romanorum Pontificum ad negotia civilia illo tempore non per dogmata fidei catholicae, sed per indigentias populorum aliaque Statuum adiuncta provocatus extiterit;

5. *Ecclesiam Catholicam* applicandis tam anxiis mediis, qualia in Ministeriali repraesentatione proponuntur, nullam praebuisse occasionem, bene gnaram, missionem suam *non in realisandis Status theoriis, sed in propugnatione aeternarum legum religionis ac publicae moralitatis* consistere, posseque *cum omni politica constitutione componi;* in Hungaria autem *Constitutionem Regni* avitam, a Protorege Sancto, ope Romani Pontificis et Ecclesiae suffulto, fundatam, *e spiritu Catholicae Ecclesiae haustam* esse, *Ecclesiaeque libertatem in salvo relinquere;* salutarem *influxum Ecclesiae*, cum Constitutione patriae quadamtenus conglutinatum, *non abrumpi nec alterari dogmate infallibilitatis R. P. quod perhibentibus Synodis in Hungaria iam antea creditum fuit;* disparere itaque causam metus, cui ministerialis scriptura motiva Placeti R. superstruit;

6. *propositum a Ministerio medium nec scopo conforme, nec opportunum, nec Constitutioni et legibus aut legali libertati conscientiae et Ecclesiae Catholicae consen-*

taneum esse, cum in ultima sua consequentia non aliud sit quam *restrictio constitutionalis libertatis et organicae activitatis Ecclesiae;*

7. per exercitium iuris Placeti nec *conspiratoribus* adversus catholicismum satisfieri, nec periculi plenas *machinationes* eorum abrumpi, nec *iniustas praetensiones* ad silentium redigi, nec id impediri posse, ne *malecontenti politici* et inimici religionis catholicae in communem *oppositionem* coalescant;

8. nullum praesto esse vadimonium pro eo, ne sive *bona ecclesiastica*, sive alia statuta, commodo Ecclesiae opposita, in pertractationem legislativam assumantur, cuiusmodi discussioni Ministerium per usum Placeti obviari posse existimat; nam prout *Ecclesia numquam consentiet, ut praesalvatio materialium emolumentorum pretio libertatis suae et independentiae redimatur,* ita dubium nullum esse, quin malecontenti et inimici praedam bonorum ecclesiasticorum pro Placeto dimittant; Ministerio, si ius proprietatis Ecclesiae efficaciter vult tueri, suppetere alia media et arma id exequendi, e. g. in virili defensione sobriae ac prudentis nationalis Politicae, in *legibus fundamentalibus iuramento inaugurali regio munitis;* superfluum demum esse metum, ne concitatus populus quaestionem infallibilitatis inimice aggrediatur: *catholicos* enim *patriae in fide longe firmiores esse, Ecclesiaeque Capiti et Antistitibus suis fiducialius adhaerere, quam ut proni sint sive dogma quodcunque impetere, sive praeceptis Ecclesiae resistere;*

9. *Potestati civili, Statui, et Gubernio Parlamentari non posse attribui ius, semet in casu etiam tantilli nefors motus ad theologicas quaestiones ingerendi, aut sibi in internis Ecclesiae negotiis et dogmatibus fidei iudiciariam vel definitivam auctoritatem arrogandi, aut per inductum Placetum illis succurrendi, qui decisiones Concilii Vaticani damnant;*

10. *Chorum Epporum Hungariae per Ministerialem propositionem ad summam perplexitatem et confusionem deduci, dum consilium inducendi Placeti eo fulcit motivo, ne Gubernium cum synodalibus Praesulum Regni suffragiis*

in oppositionem veniat, et ut Eppi ad casum urgendae per Papam publicationis decretorum Conciliarium passive se gerere suamve inobedientiam Placeto et Vetito Status excusare tegereque valeant; huiusmodi sollicitudinem et defensionem ab Eppis acceptari haud posse, *definito* enim *contra sensum Hungariae Praesulum et absque iis dogmate, omne obiectum omnemque valorem ulterioris oppositionis Eppatus Hungarici cessavisse;* et *Catholico Eppo integrum non esse sive passive erga Ecclesiam se gerere, sive contra articulum fidei ab Ecclesia receptum prohibitione Civilis Potestatis se munire*;

11. *decisionem quaestionis de necessaria unanimitate suffragiorum non ad Civilem, sed ad Ecclesiae potestatem spectare;* in reliquo *pro Statu Parlamentari rem fore periculi plenam, theoriam parlamentaris maioritatis oppugnare!*;

12. graviter erraturum, qui existimaret; *Ecclesiam vel eius visibile Caput per Placetum aut alia quaecunque severiora media eo se cogi permissurum, ut concessiones faciat ibi, ubi ruina Ecclesiae, subversio fidei catholicae, et periculum salutis animarum imminet*;

13. suppositionem Ministerialis scripti, acsi per praestabilitum infallibilitatis principium unice *absolutae potestatis Pontificalis* invectio et firmatio intenderetur, et frustraneam et dolorosam pro Choro Epporum Hungariae esse: quippe qui suas ecclesiasticas obligationes cum officiis patrioticis omni tempore conciliare norint, et contra quemcunque nisum sive apostolico-regiis iuribus detrahendi sive vitales conditiones regni, libertatem ac honorem periculo obiiciendi, protestari non dubitarent; ideoque ius esse Eppis Hungariae, hanc fiduciam a Statu omnino postulandi;

14. sudium Ministerii, semet in negotiis religionariis *Politicae*, quam *Ministerium Austriacum* sectatur, accomodandi, ac proinde loco suppressionis *Concordati*, quae ibi fit, aliud medium, signanter *Placetum* adhibendi, crisim haud sustinere: nam et illam Politicam, quam Ministerium Austriacum sequitur, per catholicos Austriae reprobari, proin non esse sic dictae opinioni publicae conformem; et inductionem Pla-

ceti in Hungaria non esse Ministerii Austriaci adprobatione donandam, siquidem recte austriacus Minister Cultus in sua ad Caesarem de suppressione Concordati propositione contra Placetum semet enunciaverit;

15. *infelicem esse ministerialem propositionem in eo* etiam, *dum scopo ostendendae legalitatis et necessitatis Placeti ad leges, usum, et historiam appellat*; in legibus enim patriis nullum extare Placeti vestigium, factis autem historicis per Ministerium adductis non probari iustitiam Placeti; *iura nonnulla exemtionis a decretis Concilii Tridentini, quae Reges Hungariae exercent, non a Placeto derivari, sed ab illis privilegiis, quae S. Protorex a Sylvestro II Papa impetravit;* primam disertam dispositionem de Placeto ad annum 1781 referendam esse, contra quam praeeunte *Primate Cardinale a Batthián* Eppi omnes protestati sunt; usum subsequum Placeti mitiorem fuisse, nec impedire potuisse, quin Bulla dogmatica Pii VI contra Synodum Pistoriensem edita „Auctorem fidei" in Hungaria pleno gauderet vigore; *citationibus per Ministerium in confirmationem usus Placeti adductis longam seriem contrariarum citationum pro tuenda libertate Ecclesiae e patria ipsa opponi posse*, incipiendo a legibus Divi Protoregis, quae diserte sanxere, Eppos iuxta sacros canones Ecclesiam regere debere, usque ad annum 1848, quo generalis constitutionalis libertas sarta tecta servari iubebatur;

16. theoretica contra *Placetum* argumenta suppetere multa, quae adlatis in Ministeriali scripto motivis merito opponi possent; sed sufficere, si animadvertatur: *apostolica Coronae Hungaricae iura qua privilegia a Capite Ecclesiae derivari, sed inter ea certe non comparere Placetum, velut coarctationem manifestam inalienabilis iuris regendi Ecclesiam Summo Pontifici competentis*; theoriam, quae ius Placeti e iure maiestatico derivat, refutari aevo nostro per aliam theoriam de separatione Ecclesiae a Statu, de independentia Ecclesiae, de aequalitate et reciprocitate confessionum religiosarum; in ministeriali propositione asseri, quod Placetum in emolumentum Ecclesiae deserviat: interim *certum esse, quod Placeto Ecclesia servituti reddatur obnoxia, auctoritas suf-*

fodiatur, sicque Ecclesia, quae validissimum Status fulcrum per suam libertatem et independentiam esse poterat, impediatur, quominus suo Statum succolet influxu; per Placetum fundamentalia principia novi organismi Status neutiquam sarta tectaque servari, ut existimat Ministerium: quinimo oppositum sequi; *si* enim *theoria Constitutionalismi libertati periculosam arbitratur potestatum Status* (legislativae, executivae, iudiciariae) *in una persona concentrationem, quanto magis formidandus est Caesaro-Papismus?* — In *Conclusione* repetit Primas verba antecessoris sui, ad Iosephum II scribentis: *Ubicunque obtinet Placetum, non sine gravi Ecclesiae vulnere obtinet; quae vulnera provida mater Ecclesia exemplo Magistri sui patienter quidem tolerat, ne horum impatiens, maiora cogatur seu ipsa a filiis experiri, seu filiorum cernere: sed numquid qui patienter fert, non caeditur?* et tam suo quam universorum Hungariae Epporum nomine orat Regiam Maiestatem, ut vulnus hoc avertere, libertatem Ecclesiae Cath. sub protectionem suam sumere, editum de Placeto decretum suspendere, et resolutiones quoad libertatem Ecclesiae a. 1850 emanatas porro quoque in vigore conservare velit [1]). — Ad hanc Primatis Regni repraesentationem nullum supervenit sive ex parte Regiae Maiestatis sive Ministerii responsum.

Ex iis, quae praecedenti volumine de promulgatis in Hungaria dogmaticis Vaticani Concilii decretis ductu evulgatorum documentorum narravimus, innotuit lectoribus nostris, tum per nos mense Ianuario anni 1871, tum per Eppum Alba-Regalensem mense Martio eiusdem anni, per Eppum Rosnaviensem vero ultimis anni 1872 diebus decreta Vaticana ope solemnium pastoralium literarum promulgata fuisse. Nostra infirmitas ob promulgationem hanc nulli ex parte Regii Gubernii quaestioni obnoxia reddita fuit: e contra Eppos *Alba-Regalensem*, et *Rosnaviensem* ad onus responsionis traxit Ministerium. Quum nimirum Eppus *Albaregalensis* eodem tempore, quo pastora-

---

[1]) Mon. 2048. p. 270.

lem suam literam (ut suo loco retulimus) medio Vicarii sui ad Clerum dioecesanum perferri fecit, paria eiusdem literae cum Ministro Cultus iis cum precibus communicaverit, ut Minister promulgationi decretorum Concilii nulla ponat impedimenta; Minister autem ad epistolam Praesulis negative responderit, Eppum ad tenores Resolutionis Regiae de Placeto inviando : factum est, ut, promulgatis per Dioecesim decretis, idem Minister Eppum nova sub dd. 10 Apr. 1871 litera ad quaestionem traheret. Respondit ad literam Ministri Eppus 2 Maii 1871, factum suum legitimando, et ad strictam obligationem suam publicandi decreta dogmatica S. Synodi appellando : verum re tota per Ministrum ad Regem relata, in sequelam editae die 16 Iul. 1871 Resolutionis Regiae, Eppus per Praesidem Ministerii Budam *ad audiendum verbum Regium* citatus, die XI Septembris 1871 in palatio praesidiali Budensi comparuit, et coram universo Ministerio (acatholicis exclusis) constitutus, *displicentiae*, *reprobationis*, *et animadversionis regiae* significationem ex ore Praesidis Ministerii audire debuit ob promulgata Vaticana decreta ! Eppus in continenti declaravit : *reprobationem Regiam cum homagiali submissione ab se suscipi*, *sed scire se suum officium.* Sequenti mox die, 12 Sept. 1871, *apologeticum* pro se exaravit *ad Regiam Majestatem libellum :* in eoque quemadmodum promulgationem Constitutionum Concilii Vaticani a se vi strictissimi, iureiurando etiam firmati, officii peractam fuisse enunciat, ita circumstantiae quoque illius mentionem facit, quod paria suae pastoralis literae praevie cum Ministro communicaverit, et non crediderit, promulgationem dogmaticorum decretorum, ad forum internum spectantium, sibi vitio vertendam fore. In epilogo apologetici sui libelli precatur Eppus, ut Deus calamitatem conflictus, in quem subditi catholici respectu obligationum fidei et civilium venire possent, a patria et imperio avertat. Litera Praesulis mansit absque responso. Ad complementum actorum causam hanc concernentium spectant : 1. *enunciationes aliquot Districtuum VADiaconalium ad Eppum directae*, queis eventus diei 12 Septem. 1871 tamquam *proclamatae libertati conscientiae adversus, muneri apostolico exitialis*, et generatim *Ecclesiae Cath. graviter*

iniuriosus unanimi consensu *reprobatur*, *Eppoque tam indigne habito inconcussa fidelitas*, *et numquam defectura adhaesio* spondetur; (Distr. *Váalensis*, *Albensis inferior* et *superior*) 2. *Responsa Eppi* ad memoratos Districtus, paternae teneritudinis sensibus plena, et Curatos ad reddenda quae sunt Caesaris Caesari, sed simul ad intrepide pugnandum pro veritate, et implendum nobilissimum fidei officium excitantia [1]).

In Consultatione Dioecesana *Colocensi* a. 1871 habita, atque per nos suo loco iam laudata, enunciavit Clerus: se iis, quae contra reinductum *Placeti Regii* usum in repraesentatione Primatis ad Regiam Maiestatem proposita habentur, accedere [2]).

Eppus Rosnaviensis, qui pastoralem suam literam de promulgatis Vaticanis decretis ex incidenti *Motionis in Comitiis Hungaricis* eatenus factae, initio anni 1873 Ministro Cultus pariter ac a. 1871 Eppus Albaregalensis communicavit, repetitis Ministri epistolis provocatus, duplex reddidit Ministro responsum: et utrobique ea, quae Eppo congruit, libertate enunciavit: se per promulgationem decretorum Concilii Vaticani obligationi suae praesuleae sic satisfacere adnisum fuisse, ut simul caveat, ne e sua agendi ratione Gubernio ulla procuretur molestia; nec intermisit plures in rescriptum Ministeriale de revecto usu *Placeti Regii* animadversiones proponere, atque identidem declarare: *doctrinam de infallibili magisterio Romani Pontificis in Hungaria numquam non traditam creditamque fuisse.* Minister attamen his non obstantibus factum promulgationis decretorum C. Vaticani Eppo *improbavit* [3]).

---

[1]) Mon. 2049—2059. pag. 295. — [2]) Mon. 2060. pag. 316. — [3]) Mon. 2061—2068. p. 317.

MONUMENTA CONCILII VATICANI IN RELATIONE AD STATUM CIVILEM. 1868—1873.

2020—2026.

Responsa nonnullorum **Epporum** ad quaestiones **de relatione inter Ecclesiasticam et Civilem Potestatem** per S. Congregationem Concilii Eppis a. 1867 occasione centenariae festivitatis S. Petri positas.*) 1868.

2020. **Quaestiones de relatione inter Ecclesiam et Statum,** *ad quas Responsa Praesulum se referunt.* 1867 **Quaestio VI:** *Dolendum* summopere est, *ut populares scholae*, quae patent omnibus cuiusque e populo classis pueris, ac publica universim instituta, quae literis severioribusque disciplinis tradendis et educationi iuventutis curandae sunt destinata, *eximantur pluribus in locis ab Ecclesiae auctoritate, moderatrice vi et influxu, plenoque civilis ac politicae potestatis arbitrio subiiciantur ad imperantium placita et ad communium aetatis opinionum amussim.* Quidnam itaque

*) Quae de re *matrimoniali*, et de *matr. mixtis* in quaestionibus ac responsis occurrunt, praesenti loco exmittimus, et in aliis operibus nostris recensemus. Literas vero *Card. Praefecti S. Congr. Concilii*, ad quas Responsa Praesulum emanarunt, Tomo VI operis huius nostri p. 349 exhibuimus, hoc loco duntaxat quaestiones, ad quas respondetur, e dictis literis extrahentes.

effici possit, quo congruum tanto malo remedium afferatur, et Christifidelibus suppetat catholicae instructionis et educationis adiumentum?

Quaestio VII: Maxime interest, ut *adolescentes clerici humanioribus literis severioribusque disciplinis recte imbuantur*. Quid igitur praescribi possit ad Cleri institutionem magis ac magis fovendam accomodatum, praesertim ut *latinarum literarum, rationalis philosophiae ab omni erroris periculo intaminatae, sanaeque theologiae, iurisque canonici studium in Seminariis* potissimum *dioecesanis* floreat?

Quaestio XI: Utrum Sede Eppali ob mortem vel renunciationem vel translationem Eppi vacante, *Capitulum Ecclesiae Cathedralis in Vicario Capitulari eligendo plena libertate* fruatur?

Quaestio XV: Quonam modo Eppi *iudiciariam* qua pollent *potestatem in cognoscendis causis ecclesiasticis* — exerceant?

Quaestio XVII: Quidnam circa sacra *coemeteria* adnotandum sit? quinam hac de re abusus irrepserint, et quomodo tolli possint?

2021. **Responsum Eppi Rottenburgensis.** Ad *quaest. VI*: In regno *Würtembergico* populares scholae ceteraque instituta literaria civilis ac politicae auctoritatis arbitrio sunt subiecta. Nihilominus sunt quaedam legibus civilibus sancita, quae Ecclesiae favent. Sunt autem haec: 1. *Eppalis muneris esse agnoscitur, in omnibus scholis publicis et privatis religiosam catholicae iuventutis instructionem dirigere*, eique invigilare, necnon quinam ad religiosam institutionem libri et catechismi sint adhibendi, statuere. 2. *Decanis ruralibus ius est vindicatum in parochiarum visitationibus scholas inspicere*. Ego vero speciali decreto Decanos edocui, eorum esse officii, liberorum examen quoad religiosam institutionem aut per se aut per parochum aut per ludimagistrum instituere; de magistri moribus, conversatione atque docendi ratione se informare; tum an nihil contra doctrinam catholicam liberis tradat, an libri ceteri in institutione adhibiti nihil contineant

ad religiosam negligentiam promovendam, quomodo iuventus conversetur, quae praecipue animadvertantur vitia, quibus praeprimis sit contraeundum, an parochus et magister in tuenda christiana disciplina a parentibus et magistratibus pro viribus adiuventur? Quibus de omnibus rebus Decani ad Curiam Eppalem referunt, quae opportunas rescribere ordinationes non desistit. Sin vero mala atrociora, quae seculari tantum potestate tolli valeant, inveniuntur, ad Regium recurrit Eppus Gubernium, cuius efficaci auxilio implorationem meam haud destitui perlubenter hic fateor. 3. *Parochis, quorum est officium, in scholis elementaribus religiosam instructionem tradere, vi legis incumbit, scholas in parochiis inspicere eisque invigilare*, atque communalibus conventibus rebus scholasticis praefectis praesidere; quapropter *parochi locales scholarum inspectores* nuncupantur. 4. Totum regnum quoad scholas catholicas in 38 *Inspectoratus* est divisum, *cuique inspectoratui parochus aliquis catholicus a Regio Gubernio praeviis cum Eppo consiliis habitis praeficitur.* Etiam hi tamquam *Commissarii Eppales* quotannis visitationibus scholarum perfectis ad Eppi Curiam referunt. Ad unamquamque talem explanationem rescripta eppalia dantur, quibus et parochi et ludimagistri tum laudantur, confirmantur et excitantur, tum corriguntur, corripiuntur et castigantur, prout res cognitae exposcunt. 5. *Scholae elementares sunt confessionales, non communales*, i. e. confessio quaeque religiosa proprias habet scholas. Eadem ratione etiam *summum catholicis scholis praepositum regimen catholicis tantum viris, inter quos tres sunt sacerdotes, consistit.* 6. Ante nonnullos annos Regium Gubernium, cum novum librum, quo pueri et puellae instruerentur, in scholas inducere intenderet, librum prius ad Curiam Eppalem transmittendum curavit, ut, an sit catholicae religioni consentaneus, probaret. Ex his patet, *in regno Würtembergico, quamvis scholae politicae auctoritati sint subiectae, Eppo sufficientem omnino suppetere potestatem tum ad promovendam catholicam instructionem, tum ad damna, si quae religioni immineant, avertenda.*

Ad *quaest. VII:* Anno proxime elapso in hac civitate *Rottenburgensi* est erectum *Seminarium puerorum ecclesia-*

sticum, quod 35 pueri annos 8—14 nati inhabitant, atque in huius Civitatis scholis sub praecipuorum praeceptorum moderatione lingva latina et graeca ceterisque scientiis erudiuntur, atque eo usque provehuntur, ut in publicos *catholicos Convictus,* qui *Ehingae* et *Rotvilae* existunt, assumi possint. Huius *Seminarii gubernatio et administratio a Gubernii auctoritate plane est libera.* — Quod autem ad *Convictus* publicos attinet, *Eppus etiam nunc omnia in eos exercet iura, quae ipsi Conventione inter Sanct. Vestram et Regem Würt. inita sunt attributa,* quae iura, Conventione ex parte regia infracta et sublata, non sunt immutata.

Ad *quaest. XI:* Cum huius Ecclesiae Cathedralis Capitulum a. 1845 primo Vicarium Capitularem eligeret, cum libertate quidem processit, pro *electo* autem *Vicario Regia confirmatio fuit expetenda. In futurum* vero principiis nunc temporis vigentibus tali *confirmatione regia nullo modo erit opus*, ita, ut nec ante electionem nec post eam huic rei Gubernium se immisceat.

Ad *quaest. XV: Eppus potestatem iudiciariam cum consilio et opera Canonicorum suorum exercet*, et causas omnes ecclesiasticas, quae fidem, sacramenta, sacras functiones, necnon officia et iura sacro ministerio adnexa respiciunt, ad normam sacrorum praescriptorum iudicat. Quae omnes res — necnon inquisitiones in Clericos quomodocunque indignos in Curia Eppali, cui Eppus ipse, vel eo absente aut impedito Vicarius Generalis praesidet, tractantur et deciduntur.

Ad *quaest. XVII:* In regno Würtembergico nulla civitas ac vix ulla communitas vel pagus invenitur, ubi incolis non sint admixti homines, qui aliam profitentur confessionem religiosam. Protestantici et Catholici plane promiscue degunt, atque id tantum inter diversas interest regiones, quod in aliis catholica, in aliis protestantica pars numero praevaleat. *Lege* autem *civili est statutum, ut et catholici et protestantici a suo quisque parocho in coemeterio eiusdem loci, ubi mortem oppetiverint, sepeliantur ita, ut neque catholicum coemeterium acatholicae sepulturae, neque protestanticum catholicae denegare liceat. In coemeteriis pro una et altera parte loca non sunt divisa.* Nemo non abusum esse intelligit. Res

autem est difficillima. Gubernium maxima aemulatione legi invigilat, atque (quomodo in casu quodam sum expertus) maxima illico suscitantur odia, quando protestantici molimen aliquod contra abusum susceptum suspicantur; ceterum Christifideles scandalum inde non sumunt, quippe temporis diuturnitate atque rerum necessitate assvefacti.

2022. **Eppi Rottenburgensis** responsum ad alteram S. Sedis quaestionem ope literarum ad *AEppum Salisburgensem* qua *Conventus Epporum Fuldensis Praesidem* die 30 Sept. 1867 positam *de relationibus Ecclesiae cum civili Gubernio* 1. quoad *institutionem et educationem iuventutis* tum in publicis scholis, tum in illis Cleri institutioni destinatis; 2. quoad *beneficiorum collationem;* 3. quoad *liberam acquisitionem, possessionem administrationemque bonorum Ecclesiae* et circa eorumdem bonorum cautionem, quae continetur in cuiusque regionis constitutionibus et legibus; 4. circa *Religiosa Instituta;* 5. circa abusiones, quae forsitan in Ecclesiam redundant ex relationibus, quae sunt inter *varias religiosas confessiones* toleratas vel aequiparatas civilibus politicisque subditorum catholicorum iuribus.*) *Ad 1:* Ex responso ad quaestionem VI Sanctitas Vestra perspexerit, relationes ad Gubernium Regium quoad institutionem iuventutis esse omnino bonas. Gubernium et ipsum omni studio in id intendit, ut in scholis elementaribus religiosa pietas colatur atque severe in ludirectores animadvertit, qui iuventutis animos impiis doctrinis vel moribus corruptis coinquinare audeant. Idem est dicendum de Convictibus pro Cleri institutione exstantibus. Prorsus a Gubernio non impedior, quominus Convictuum directores et repetitores ex ecclesiasticis viris praestantissimis eligam et instituam, omniaque apta ad disciplinam augendam provideam. Ita e. g. studiorum exordium quotannis exercitia spiritualia praecedunt, ss. sacramenta praeter statuta tempora frequentissime ab alumnis sua sponte suscipiuntur etc. Gubernium

*) Quaestio 6 de re *matrimoniali* in alio opere nostro occurrit, hic proinde exmittitur.

autem liberalitate quadam pecuniarias opes large suggerendo cooperatur. (De Seminario puerorum in hac Civitate erecto in quaest. VII.) Seminarium denique quod attinet Clericale, Eppus pleno et libero iure dirigendi et administrandi gaudet. *Ad 2: In conferendis beneficiis a Gubernio nullae prorsus* mihi *parantur difficultates.* Quotiescunque aliquod vacaverit beneficium, eorum nomina, qui beneficium petierint, Gubernio officiose significo; ast ex 10 annis numquam accidit, ut Gubernium aliquem competitorem ob graves rationes et facto innitentes circa res mere civiles et politicas ipsi minus acceptum esse mihi indicaverit. Hoc loco perlibenter agnosco et testor, Regem Serenissimum pro sua etiam parte sacerdotes tantum generali concursu idoneos repertos ad beneficia designare, ita, ut numquam alicui designato canonicam institutionem denegare debuerim. *Ad 3: In regno Würt. leges, quas de manu mortua appellant, vigent;* quarum vi piis corporibus, nisi ratihabitione civili obtenta, bona immobilia acquirere haud licet. Quas *leges Gubernium ea exequitur aequitate et mansvetudine, ut Ecclesiae bonorum acquisitio neutiquam reddatur difficilis.* Ita etiam Eppo vel Capitulo Cathedrali vel Parochis nulla parantur impedimenta, quominus pia legata pro Ecclesiae utilitate accipiant. Quod ad bonorum possessionem attinet, Ecclesia non solum iisdem quibus cives gaudet iuribus, sed etiam *regni constitutione expressis verbis est provisum, ut bona eccles. semper sint integre conservanda.* Subsunt tamen bona eccles. oneribus publicis et vectigalibus, legibusque regni generalibus aeque ac ceterae proprietates. Ut de administratione loquar, *beneficiorum bona a singulis parochis beneficiatisve sub Eppi et Gubernii directione atque inspectione administrantur.* Singularum vero ecclesiarum fabricae ceteraeque ecclesiasticae cuiusque loci piae fundationes a spectatorum virorum collegiis lege publica constitutis, quibus singuli parochi praesident, administrantur. Quae administratio subiacet in prima instantia communi Decani ruralis regiique magistratus inspectioni, in superioribus autem civili tantum moderamini; *Eppo* tamen, *ad quem parochi gravibus in causis recurrunt, non est praecisa neque occasio neque potestas animadvertendi, ut bona conserventur, neve eorum*

fructus ad alios usus concertantur. Fundus denique ex interealaribus beneficiorum vacantium fructibus collectus sub communi Eppi et Gubernii directione a Regio Consilio ita administratur, ut et normae administrationis consiliis cum Eppo habitis praescribantur et erogationes fructuum singulae modo Eppo modo Regio Consilio avadente, semper autem mutuo consensu fiant et Eppo quotannis administrationis ratio reddatur. Postremo haud omittendum esse censeo, Regium Gubernium liberali animo Ecclesiae necessitatibus subvenire pergere. — *Ad 4:* Quoad *Religiosa Instituta*, et relationes, quae inter Eppum et Regium Gubernium intercedunt, et *res ipsae magis magisque in medium vertuntur.* Cum ante 15 circiter annos *religiosa mulierum instituta* in hac dioecesi primum instituerentur, novi et inusitati speciem praesertim in territoriis quorum penitus protestanticis gerebant. Quapropter tum privatorum tum magistratuum animi suspicione diffidentiaque suspendebantur et distinebantur, atque Gubernium quantas maximas expostulare cautiones non desinebat. *Nunc* vero harum *religiosarum mulierum beneficus ac salutaris labor praesertim in aegris fovendis liberisque instruendis magis magisque agnoscitur*, ita, ut etiam protestantici easdem mulieres primum despectas meritis laudibus efferre non dubitent. Verum etiam Gubernium Regium, quod instantiis precibusque fatigare non desino, primum agendi rigorem remittere incepit. *Congregationes* autem *in dies crescunt* et fructificant. Sorores de misericordia regulam S. Vincentii a Paulo sequentes 18 domos filiales habent: altera sororum de misericordia regulae 3 Ord. S. Francisci addictarum 13: sorores liberis docendis de S. Francisci Ordine 5: sorores denique Scholarum B. Mariae Virg. 5. — *Ad 5:* Alia notatu digna mala seu abusiones (praeter id, quod de matr. mixtis, et de catholicorum famulatu in protestanticis familiis et viceversa, ac de sepultura mixta adiuveram, non habeo significanda, cum in sacris communicatio cum haereticis strenue devitetur. Perpetua autem et maxima Eppo, sacerdotibus et Christifidelibus est adhibenda vigilantia, ne veritas catholica pallalantium contagione errorum contaminetur, sed unitatis splendor ex adverso haereticarum perversitatum confusioni superemineat. Qua ex vigi-

lantia S. Ecclesiae multa enascuntur bona, quippe cui nihil sit magis noxium, quam si pastores et fideles tranquillitate securitateque confisi sopori et ignaviae indulgere atque indifferentes se praebere incipiant. — Rottenburgi, die 6 Ianuar. 1868. Iosephus de Lipp, Eppus R.

2023. **Responsum Eppi Herbipolensis.** Ad *quaest. VI: Universitates apud nos ab omni influxu Ecclesiae proh dolor! de facto exemtae sunt, excepta Facultate Theologica,* cuius Professores non absque consensu Eppi nominantur. In *scholis humanitatis et generatim mediis ad tradendam doctrinam christianam tamquam magistri a Regio Gubernio sacerdotes ii nominantur, quos proponit Eppus.* In *scholis elementaribus* sive popularibus *lege etiam civili Parochi sunt magistri religionis et inspectores nati totius scholae instructionis sed et educationis*; imminent tamen modo in Bavaria quoad hanc scholae inspectionem graviora cum Gubernio certamina, quae Deus, ut speramus et rogamus, ad exitum felicem perducere dignetur. His itaque praemissis Eppis eo nitendum esse videtur, ut Clerici in Seminariis ad obeunda praedicta munera bene instituantur; ut parochi aliique sacerdotes in auxilium iis dati moneantur et excitentur ad vigilantiam et diligentiam in explendo hoc officio, et ut sacerdotes melioris ingenii eligantur, qui ad magisterium in scholis suscipiendum disciplinis necessariis et utilibus etiam profanis diligentissime imbuantur.

Ad *quaest. VII:* Literas humaniores atque inprimis lingvam latinam discunt apud nos adolescentes in scholis publicis a Gubernio erectis. —

Ad *quaest. XI:* Apud nos nulla hac in re difficultas existit.

Ad *quaest. XV:* In utroque genere causarum servatur apud nos ordo iure canonico praescriptus, servantur etiam instantiae appellationum a S. Sede expresse approbatae, et sententiae ab Eppo latae et vim iuris consecutae etiam a iudice civili, quantum de rebus temporalibus agitur, ut legitimae habentur et validae acceptantur et executioni mandantur.

Ad *quaest. XVII: Coemeteria apud nos sunt proprietas communitatis civilis, ac proinde simultanea pro omnibus catholicis et acatholicis,* exceptis non baptisatis. Iudaei enim sua habent propria coemeteria. In hoc autem capite, uti res nunc se habent, nihil immutari potest. Cetera omnia hac in re fiunt apud nos iuxta canones ecclesiasticos. — Herbipoli, die 2 Ianuar. 1868. Antonius Stahl, E. H.

2024. **Responsum Eppi Spirensis.** Ad *quaest. VI:* Dolendum summopere est, ut populares scholae, quae patent omnibus cuiusque e populo classis pueris, ac publica universim instituta, quae literis severioribusque disciplinis tradendis et educationi iuventutis curandae sunt destinata, eximantur pluribus in locis ab Ecclesiae auctoritate moderatrice, vi et influxu, plenoque civilis ac politicae auctoritatis arbitrio subiiciantur. Remedia tanto malo congrua haec esse videntur: 1. ut clerici ad officium paedagogorum in popularibus scholis adimplendum accuratissime praeparentur. 2. Ut parochi et alii sacerdotes, quibus cura animarum commissa est, has scholas diligentissime visitent, et omne detrimentum, in quantum fieri potest, a pueris avertant. 3. Ut Eppi maximam curam adhibeant, ne clerici officium praedictum negligant negligentesque adhortentur atque excitent. Quod ad illa instituta attinet, quae literis severioribusque disciplinis tradendis et educationi iuventutis curandae destinata sunt, maxime dolendum est, ea pleno civilis ac politicae auctoritatis arbitrio subiecta esse. Si tanto malo remedium congruum afferri vult, curandum est, ut clerici, qui magni ingenii sunt, ad studium literarum antiquarum incumbere stringantur, et ut professores doctrinae christianae pro his institutis e doctissimis et pietate maxime eximiis eligantur. Praeterea *omnibus viribus enitendum est, ut scholae iam fundatae Ecclesiae influxui et auctoritati reddantur, vel si hoc impossibile esse videtur, ut ab Ecclesia novae scholae erigantur, quae a civili ac politica auctoritate liberae et solummodo Ecclesiae auctoritati subiectae sunt.*

Ad *quaest. VII:* Ut Cleri institutio magis ac magis foveri possit, in pluribus Germaniae dioecesibus scholae desi-

derantur ad id accomodatae. In *Gymnasiis* quidem studium humaniorum literarum diligentissime colitur, sed non ea ratione, qua clericis praesertim opus esset. In legendis auctoribus latinis summus labor ad id intenditur, ut discipuli elegantem orationem, quam nominant *classicam*, et sensum atque mentem scriptorum ethnicorum acutissime intelligant. Hoc autem *duplex damnum* secum fert: 1. *discipuli lingvae latinae usum non discunt.* 2. *solum in id tendentes, ut sinceram et authenticam gentilitatis mentem capiant, puram ac intactam fidem amittendi periculum invadunt*, quia paulatim et sensim obliviscuntur, qualis differentia sit inter rationem fidei christianae et opinionem gentilem. Ad damna et pericula evitanda opus esset, ut *Eppi scholas suae auctoritati subditas instituerent* et tales latinorum scriptorum editiones elaborari curarent, ut latinarum literarum studium maiori fructu et sine praedicto fidei periculo coli posset. Quod ad *philosophiae* studium pertinet, Eppis haud minori curae esse debet, ut e sacerdotibus huius scientiae doctores et magistros eligant, atque aliquibus ex his mandent, ut libros, in quibus *sanae philosophiae* disciplinae tradantur, elaborent ac conscribant. Iuvenes tali literarum latinarum studio et fundamentis scientiae catholicae iam initiati maiori zelo studium theologiae et iuris canonici adibunt. Studium theologiae in Germania non mediocriter multis in scholis floret, sed dubium non est, quin in scholis mere ecclesiasticis magis proventurum esset, quam in iis, quae gubernio civili subditae sunt. Quod in specie ad ius canonicum pertinet, vix possibile est, ut in scholis a Gubernio Civili sustentatis eius studium proventurum sit: cum huius Gubernii, ut nunc tempus est, maxime intersit, ut haec scientia tali modo et ab iis tractetur, qui ius ecclesiasticum non ea auctoritate et dignitate tractant, ut auditorum animos huius studii amore inflamment.

Ad *quaest. XI:* In dioecesi Spirensi hucusque semper *in Vicario Capitulari eligendo plena libertas viguit.* —

Ad *quaest. XV:* Causae ecclesiasticae ad forum Eppi spectantes in dioecesi Spirensi tractantur apud Ordinariatum, qui iudex ordinarius censetur. Quod tribunal ecclesiasticum

collegio consiliariorum ecclesiasticorum compositum est, cui praeest Vicarius Generalis. —

Ad *quaest. XVII:* Ex tempore *Revolutionis Gallicae* nova coemeteria non sumtibus ecclesiae parochialis et parochianorum comparantur, sed communitatum civilium, communiter extra oppida et pagos. Haec *coemeteria communalia ad usum sunt omnium incolarum christianorum nulla habita ratione religiosae confessionis.* Hic status rerum a modernis legislationibus receptus et decretis legalibus roboratus observatur. In parochiis mixtae populationis, ubi ex diuturno tempore et usu coemeteria catholicorum et acatholicorum separata sunt, divisa retinentur, quamdiu catholici maiorem partem constituunt, vel omnes incolae consentiunt, ut separatio permaneat. Coemeteria, ubi crux maior erecta est, benedicuntur ritu catholico: quamdiu crux non est erecta, singuli tumuli benedicuntur. Si coemeteria catholicorum et acatholicorum unita sunt, et acatholici erectionem crucis aegre ferunt, coemeterium dividitur. Parochis libere competit sepulturam ecclesiasticam iuxta leges ecclesiae denegare indignis ; talis casus si accidit, mortui ad mandatum potestatis civilis in coemeterio sepeliuntur, nonnumquam ministris acatholicis assistentibus, praesertim si a cognatis mortuorum requiruntur. Ubi coemeterium communale adiacet ecclesiae parochiali, vi legis politicae campanae pulsantur pro unoquoque incola sepeliendo, secus observantur leges ecclesiasticae. Pluribus tamen in locis existit diuturna consvetudo, ut catholici campanis acatholicorum utantur et vice versa. Huiuscemodi abusus, quamdiu obstant leges civiles, tolli non potest, sed enitendum est, ne augeatur, et ut quantum fieri potest, minuatur. Sicuti hactenus, ita et pro futuro omnibus viribus adnitendum, ne coemeteria mixta de novo comparentur. Ubi retenta loci diuturna consvetudine coemeterium simultaneum averti non poterit, benedictio talis coemeterii, erecta cruce maiori, deneganda esse non videtur, nisi S. Sedi Apost. id prohibere placeat. — Spirae, die 6 Febr. 1868. Nicolaus, (Weis) E. S.

2025—2026. **Responsum Eppi Vratislaviensis.** a) *Responsum primum.* Nuper ad me pervenit exemplar literarum

Apost. die 2 Mart. h. a. a R. D. *Paulo AEppo Coloniensi* nuncupatarum, in quibus Sanctitas tua, posteaquam Consultationibus ab Eppis Germaniae tempore autumnali a. 1867 Fuldae habitis pro insigni qua praestat clementia benignas tribuit laudes, optatissimum sibi fore innuit, ab aliquot saltem Sacrorum Antistitibus accipere congrua et accurata responsa istis de rebus, quae in epistola ad R. D. *Max. Iosephum AEppum Salisburgensem* d. 30 Sept. a. p. data et ad Conventum Fuldensem spectante, fuerunt significatae. Desiderio huic, quod mandati instar paterni veneror, ut obedienter satisfaciam, ante omnia mihi esse videntur prae oculis habendae et enucleandae quaestiones XVII, quas circa graviora eccles. disciplinae capita die 6 Iun. 1867 proposuit et typis edidit S. Congr. Concilii. Stricte igitur servaturus ordinem et numerum in Syllabo quaestionum conspicuum, exordior a mea de singulis momentis declaratione. —

Ad *quaest. VI:* Quantum pertinet ad *res in ditione Borussica scholasticas, sat magna mihi in iis competit auctoritas moderatrixque exercetur vis.* Ludimagistri futuri in *Seminariis* instituuntur, quorum *directores sunt viri ecclesiastici* aeque ac isti consiliarii, qui in Magistratibus regiis Silesiacae provinciae regimini praepositis de negotiis scholarum popularium referunt ac decernunt. *Revisores scholarum sunt Parochi;* complures scholae elementares in singulis parochiis sitae constituunt circulos quosdam (76), quibus praesunt *Inspectores ex Clero Dioecesano per me denominati.* Sane autem deplorandum est, *in dioecesi plura quam 6 millia catholicae fidei parvulorum in scholas noncatholicas ventitare.* Unde acatholicorum etiam scholas, quibus isti parochiarum parvuli commissi sunt, parochi non solum iure suo usi, sed etiam officio moniti diligentissime visitare, imo de discipulis catholicis singularem curam habere et eos separatis horis vel locis docere tenentur. *Praeceptores religionis in Gymnasiis publicis necnon Professores theologiae in Universitate Viadrina ad munera non admittuntur, nisi prius per me missione fuerint donati canonica.* Etsi haud desunt, qui scholas ab Ecclesiae influxu eximendas et pleno politicae auctoritatis arbitrio subiiciendas esse proclament, tamen civile Gubernium

ipsum eiusmodi desideriis impiis favere non videtur, neque id ullo modo se immiscet in administrationem institutorum cleri peculiariter educationi destinatorum, scilicet seminarii puerorum, convictorii studiosae iuventutis et alumnatus clericorum. Denique adnotandum censeo, quod Virgines sanctimoniales, quae examinibus praeviis se satis esse necessaria scientia instructas probaverunt, puellas informare non solum non prohibentur, sed etiam propter methodum paedagogicam ab ipsis observatam a Magistratibus publicis, imo ab adversariis Ecclesiae haud raro magnis exornantur elogiis.

Ad *quaest. VII:* Cleri institutio complectitur tam literas humaniores quam disciplinas severiores. Illae dispescuntur in literas latinas, quae in Gymnasiis traduntur, et rationalem philosophiam, cui in primo anno academico opera est navanda. Disciplinae autem severiores congruunt cum singulis theologiae partibus (exegetica, historica, dogmatica, morali, pastorali), necnon iure canonico, eaeque omnes docentur in Universitate literarum. Finito autem triennio academico qui ad statum clericalem adspirant, pro ingressu alumnatus examinantur a Commissione virorum ecclesiasticorum per me quotannis specialiter deputari solita. Ceteroquin ne adolescentes pravis perversisve doctrinis imbuantur, periculum abest, quatenus *ius mihi competit, Professores, si causae adsint legitimae, missione privandi canonica, necnon studentibus, quominus scholis venenum erroris propinantibus intersint, vetandi.*

Ad *quaest. XI:* Sede Eppali vacante *Capitulum Ecclesiae Cathedralis in Vicario Capitulari eligendo plena libertate fruitur.* —

Ad *quaest. XV:* Vratislaviae quemadmodum apud Vicariatum meum Generalem nonnisi pertinentia ad voluntariam iurisdictionem tractantur, ita *cognitio causarum eccles. contentiosam iurisdictionem concernentium ad Consistorium Dioecesanum spectat.* —

Ad *quaest. XVII: Coemeteria* quod attinet, multa sunt, de quibus conqueri possim. Etsi lex civilis principium, quod omne coemeterium ut dominium ecclesiasticum sit agnoscendum et conservandum, non negat; etsi eadem lex institutionem et conservationem coemeteriorum simultaneorum principaliter reii-

cit: tamen viri rem publicam gubernantes non desunt, qui modum agendi ex assertione prava deducant, quod coemeteria non sint sacra loca, quae sub ecclesiasticam cadant administrationem, imo ad ipsum „Commune“ pertineant et sub iurisdictione seculari subiecta sint. Igitur curatores animarum iteratis vicibus admonui, ut enixe praecaveant, ne praescripta ecclesiastica irritentur et illudantur maxime in condendis novis coemeteriis et in curatione eorum, quorum protestantes adhuc sunt expertes. Ac sua debetur parochis meis laus, quatenus, ubi communis coemeteriorum nostrorum usus omni vi quaeritur, vim talem repellere fortiter conantur. *Quando nova statuuntur coemeteria simultanea, commendat se praxis ea non benedicendi, sed unumquodque sepulchrum in ipsa sepultura erit benedicendum.*

---

b) *Responsum alterum.* Quaestionibus XVII, de quibus hucusque responsa dedi congrua, Sanctitas tua in epistola ad R. AEppum Salisburgens. d. 30 Sept. a pr. data adnexuit nonnulla alia postulata, quibus ex parte saltem me iam in superioribus declarationibus satisfecisse puto, v. g. circa institutionem iuventutis etc.*). Sin autem agitur de Ecclesiae cum Civili Gubernio relationibus, in dioeceseos meae *Austriaca* ditione aliter res se habet atque in regionibus regno Borussiae subiectis. Haud ignorat Beatitudo Vestra, quonam impetu hisce temporibus Ecclesia in Imperio Austriaco impugnetur, quibusnam mediis iura et privilegia Ecclesiae conculcentur, quorsum tendant studia novatorum, qui Ecclesiam ancillari, ipsius in res scholasticas et matrimoniales causas influxum legitimum suspendi, concordiam inter sacerdotium et imperium evanescere in deliciis habent. E contra *libertas, qua Ecclesia Catholica in Borussia gaudet, nusquam Germaniae maior est.* Universum ius Borussicum circa res et leges ecclesiasticas non finibus tam arctis est obstrictum, quibus paulisper tantum transgressis Praesules Ecclesiae iustum Regi obsequium violent, ideoque praecipue ad normam iuris canonici communis et

*) Responsa haec ad quaestiones Salisburgenses, iam in Responso Rottenburgensi attactas se referunt.

dioecesani causae ecclesiasticae omnes diriguntur et diiudicantur; denique omnes Ecclesiae praeceptiones et institutiones, licet legibus secularibus non omni ex parte consonae, vim tamen suam et efficaciam in ipsa obtinent Ecclesia. *Libera iurisdictio Eppalis* secundum ius eccles. ex legis Regni fundamentalis d. 31 Ian. 1850 publicatae articulis 15, 16, 18, qui autonomiam Ecclesiae apertis verbis agnoscunt et tuentur, libere exercetur. Fit *collatio beneficiorum libera*, quatenus non obstat titulus patronatus specialis. Dolendum vero est, quod ecclesiastici patroni, qui protestantium formulae addicti sunt, et catholicos numero superant, non patronos Ecclesiae Catholicae, si pauci honorifice appellandi excipiantur, imovero adversarios sese exhibent. De libera bonorum Ecclesiae acquisitione possessione administratione cautiones necessariae in regni constitutione continentur. Quemadmodum autem de piarum fundationum pecuniis ratio tantummodo Curiae meae Eppali redditur per parochos, ita quae ad ipsam aliquam Ecclesiam parochialem pertinent bona, seorsim hunc in modum per collegia specialia ex parocho et duobus saltem revisoribus honestis composita administrantur, ut simul patronis respectivis ius competat inspiciendi rationes dati et accepti. —

Observantissimis hisce literis finem facere non possum, quin submisse et ingenue sensa mea pandam de notitia per ephemerides pervulgata *super Oecumenico Concilio proxime futuro*. Quemadmodum S. *Cath. et Apost. Romanam Ecclesiam agnosco, Romanoque Pontifici B. Petri App. principis successori ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam firmiter praesto*, ita *Concilium Generale Ecclesiam universalem repraesentare eique absolute obediendum esse incunctanter profiteor*. At vero *Ecclesiae per orbem dispersae seu Eppis cum Summo Pontifice conspirantibus in rebus fidei et morum propria est eadem infallibilitas, atque Ecclesiae in Concilio congregatae, nec Sedis Apost. decretis minor quam Oecum. Synodorum definitionibus debetur subiectio fidei divinae actu praestanda*. Quum errores trium seculorum proxime elapsorum per *Romanos Pontifices, depositum divinum absque ulla macula custodientes*, sint proscripti et profligati; quum *Sanctitas tua* iterum iterumque toto orbe ca-

tholico applaudente fidei veritatem defenderit, et nostro tempore subortas quaestiones *suo irreformabili iudicio* definierit, me non intelligere fateor, cur ad medicinam Concilii extraordinariam sit recurrendum. Accedit, quod residentia Epporum praesertim Germaniae in dioecesibus hodie magis adhuc quam alias requiri summopere videatur propter innumera fere administrationis negotia, necnon propter pericula gravia undique ipsorum gregibus imminentia, quae utique in Eppatu meo vastissimo, dum personaliter per longum temporis spatium abessem, nec pastorali sollicitudine invigilare valerem, in dies crescerent et augerentur. — Vratislaviae, die 22 Maii 1868. Henricus (Förster) E. V. — **(Archiv für kath. Kirchenrecht.** Mainz. 1870. XXIII. 298. 314. 451.)

2027.

Desideria **Card. Pragensis,** Patribus C. Oec. proponenda.

Temporum adiunctis et necessitatibus fidelium in rebus fidei et morum sedulo consideratis, sequentia capita Patribus futuri Concilii Oec. commemoranda et tamquam optata proponenda videntur.

I. *In rebus doctrinae.* Ea est aevi moderni tristissima conditio, ut fidei doctrina unice salutaris ab innumeris hostibus ineffabili artium, fraudum et violentiarum varietate ubivis terrarum non tam in singulis doctrinis, quam in radice et origine impetatur. Non agitur de singulis aedificii partibus, sed de ipsis fundamentis aedificii destruendis : non aliquis dogmatum numerus, sed omnis ordo supernaturalis, omnis religio, ipsius Dei existentia et animae substantia immortalitasque per late grassantem materialismum et indifferentismum negatur vel etiam contemnitur. Quodsi itaque potissima cura ecclesiae in eo posita sit oportet, ut fides confirmetur, et ubi iacet erigatur : procul dubio apta malo eligenda est medicina. Revera

Concilia oecumenica grassantibus erroribus semper respectivas doctrinas fidei opposuerunt. — Officium dogmaticum futuri Concilii in eo consistere videtur, ut in solemni fidei confessione et expositione illas potissimum eloquatur doctrinas, quae religionem in genere, ordinem supernaturalem salutis, auctoritatem Ecclesiae tuentur. In respectivis capitibus, quorum materia per plures theses *Syllabi* indigitatur, commemoratio et confutatio errorum, qui hodiedum late sparguntur et periculosiores sunt, sua sponte continetur. — In defensione *Ecclesiae* simul omnes doctrinae, quae eius *iura*, *distinctionem et independentiam a Civili Gubernio*, *legislationem*, *animarum regimen et auctoritatem* concernunt, etiam per partes exponi possunt. In istis vero rebus tractandis summi momenti et vere necessarium esse existimamus, *rectum servare modum et iustos limites*. Quod ad *modum* attinet, omnino imitandum esse videtur *SS. Concilium Tridentinum*, quod in decretis suis scientificas formulas, quantum fieri potuit, declinavit, doctrinam catholicam verbis exponendo a terminologia philosophica plurimum remotis et sensui communi perspicuis. — Sed et *limites* iustos servare necessarium est. Sicut caritati christianae non leges modo sed et consilia offeruntur, in quibus libero voluntatis motu versetur, ita et fides non ad omnia adstringatur per declarata et definita dogmata. Fidei est, etiam catholicis doctrinis adhaerere, quin sint canonibus circumscriptae. Ergo non solum ea, *quae ad scholas theologicas pertinent, scholis relinquantur*, sed etiam *doctrinae, quae a fidelibus pie tenentur et coluntur, sine gravi causa in codicem dogmaticum ne inserantur*. In specie *ne Concilium declaret vel definiat infallib. Summi Pont., a doctissimis et prudentissimis fidelibus S. Sedi intime addictis vehementer optatur. Gravia enim mala exinde oritura timent tum fidelibus, tum infidelibus. Fideles enim, qui primatum magisterii et iurisdictionis in Summo Pontifice ultro agnoscunt, quorum pietas et obedientia erga S. Sedem nullo certe tempore maior fuit, corde turbarentur magis quam erigerentur, acsi nunc demum fundamentum ecclesiae et verae doctrinae stabiliendum sit; infideles vero novarum calumniarum et derisionum materiam lucrarentur. Neque desunt, qui eiusmodi definitionem*

logice impossibilem reddat, et ad ipsam ecclesiam provocant, quae adiustar solis splendorem lucis suae monstrat quidem sed non definit. Iure denique quaeritur, cui usui ista definitio foret, de cuius sensu, modo et ambitu ampla inter theologos controversia est. Similiter nulla ratio poscere videtur, ut *de Assumtione BMV. quoad corpus*, de statu purae naturae etc. — ulterior definitio fiat praeter ea, quae iam a Conciliis, praesertim Tridentino declarata sunt, ceteris ad theologiam remissis. Quod denique ad libros falsos et perniciosos attinet, quorum diiudicatio et damnatio necessario ad magisterium Ecclesiae et S. Sedis pertinent, modus procedendi secundum ingentem molem librorum, qui hodie in lucem eduntur, ita adaptandus videtur, *ut Congregatio Indicis emendatam instructionem accipiat, et saltem ante iudicium de periculositate alicuius libri sententia Episcoporum, in quorum regionibus editur et diffunditur, prius exquiratur.* — II. *In rebus disciplinae.* A. Gravissima de *matrimoniis* legislatio ante omnia sollicitudinem Patrum Concilii efflagitabit. Dubio caret, *Ecclesiae doctrinam ab Apostolis et ipso Iesu Christo acceptam de indissolubili coniugii vinculo, de potestate Ecclesiae circa impedimenta, et de iudiciis ecclesiasticis illibatam esse servandam.* Difficilius autem svadentur, quae in praesentibus rerum adiunctis, intuitu praesertim alienae vel inimicae civilis legislationis, in disciplina Ecclesiae sint statuenda, vel etiam mutanda. 1. In quaestione de matrimonii impedimento *clandestinitatis* a Tridentina Synodo inducto diversae apud nos sunt opiniones. Alii hoc impedimentum etiam in futuro retineri optant, imo in genere ad totum orbem catholicum extendi, ne singulares exceptiones legem infirment, et ut *impiis civilibus matrimoniis* obex ubivis idem obiiciatur. Alii contra salubrius fore existimant, si propter magna detrimenta et tristissimas sequelas, quae ex mere civili atque invalido coniugio oriuntur, ad valorem matrimonii praesentia non ipsius proprii parochi, sed trium saltem in genere testium necessaria declaretur, qua lege matrimonia stricte clandestina satis arcerentur, et matrimonium in foro externo probari posset. Severissimam ceterum legem praeceptivam addendam volunt, ut matrimonium in hoc ecclesiae contrahatur, ita, ut

siae formam aliquam definitam ac determinatam; sed affirmatur, pro rerum adiunctis formam fuisse Ecclesiae ab Apostolis primum inditam, eamque liberis deinceps conventionibus explicatam esse; *negatur* 2. *per Christum auctorem Ecclesiam esse societatem in se omnino perfectam;* et adeo *negatur* 3. *Ecclesiam esse societatem ab humanis societatibus plane diversam ac independentem;* sed affirmatur, illam esse humanae reipublicae veluti partem sive membrum, atque regimen eiusdem vel a regimine reipublicae dependere, vel cum eodem confundi; *negatur* 4. *Ecclesiam a Christo institutam fuisse uti societatem a synagoga distinctam;* sed affirmatur eandem ab originibus fuisse cum Iudaeorum coetu commixtam ac confusam. In oppositione ad tales errores in prima tertii Capitis parte iuxta catholicam doctrinam declarantur Ecclesiae uti verae societatis totidem proprietates. In altera vero parte, ad quam transitio fit per verba „supra eas tamen quam maxime evehatur", proprius character et discrimen specificum exponitur, quo eadem fidelium societas ab humanis non tantum distingvitur, sed super eas exaltatur. Id autem repetitur secundum SS. Literas tum a principio, a quo societas haec proficiscitur, tum a principio, per quod eadem iugiter continetur ac vivit; tum a causa finali. Ex quibus infertur, Ecclesiam esse societatem spiritualem et supernaturalem. Sed ne quis voce „spiritualis societas" abuti possit affirmando cum Ecclesiae hostibus, Ecclesiam esse societatem spirituum, eamque spiritibus sive animis tantum imperare, civile vero imperium corporibus, vel potestatem Ecclesiae principem suum effectum sortiri demum in coelis: per propositionem causalem „Quum autem" determinatur sensus, quo Ecclesia dicitur et est vere spiritualis societas.

Cap. 10. De Ecclesiae potestate. Christi Ecclesia non est societas aequalium, ac si omnes in ea fideles eadem iura haberent; verum est *societas inaequalis*, et hoc non ideo tantum, quia fidelium alii *clerici* sunt, alii *laici*, sed propterea maxime, quod in Ecclesia est *potestas divinitus instituta, qua alii ad sanctificandum, docendum et regendum praediti*

sunt, alii destituuntur. Cum vero *Ecclesiae potestas* al sit et dicatur ordinis, alia *iurisdictionis:* de hac altera sp ciatim docemus, *eam non solum esse fori interni et sacr mentalis, sed etiam fori externi ac publici, absolutam a que omnino plenam, nimirum legiferam, iudiciariam, coërcitivam.* Potestatis autem huiusmodi subiectum sunt P stores et Doctores a Christo dati, qui eam *libere et a quav seculari dominatione independenter* exercent, adeoque *cu omni imperio regunt* Ecclesiam Dei tum necessariis et co scientiam quoque obligantibus legibus, tum decretoriis iudicii tum denique salutaribus poenis in sontes etiam invitos; n solum in iis, quae fidem et mores, cultum et sanctificationer sed in iis etiam, quae externam Ecclesiae disciplinam et a ministrationem respiciunt. Unde *Ecclesia Christi perfecta s cietas* credenda est. Haec autem vera et tam felix Chris Ecclesia alia non est praeter *unam sanctam catholicam apostolicam Romanam.*

Adnotationes ad Cap. 10. — Potestas ad sanctif candum, docendum, ac regendum. His continetur general quaedam ecclesiasticae potestatis descriptio. Huic in alia Sche matis forma addita fuerat, quae deinceps utpote non necessari omissa est, sequens declaratio: docemus eam (potestatem) su premam esse, et illi soli obnoxiam, qui ipsam tribuit Matth 28, 18 dicens: *Data est mihi omnis potestas* etc. eandemqu esse universalem ac nullis circumscriptam limitibus, nisi quo finis salutaris ordinis exigit, cum omnium Dominus talem il lam contulerit, ut (Matth. 18.) quaecunque per eam ligat aut soluta fuerint super terram, ligata et soluta sint in coelo et hanc potestatem esse plane necessariam, adeo, ut ei subsin omnes, qui semel per baptismum Ecclesiae adscripti fuerunt Si enim (Matth. 18, 17.) Ecclesiam non audierit, sit tibi si cut ethnicus et publicanus. Quibus tria inprimis circa Eccle siae potestatem docentur: nimirum eam esse ita in suo ordin *supremam*, ut nulli alii in terris potestati, sed soli Deo sub sit; eandem esse *universalem*, ita, ut coaequet universum sa lutis ordinem; eamque sic esse *necessariam*, ut citra saluti discrimen nemo baptisatus semet ei subducere possit, verun statuta omnibus lex sit, semet eidem in triplici suo ordin

subiiciendi. *Haec autem a Novatoribus plerisque omnibus negantur. Negatur* 1. *potestatem, quae Ecclesiae inest, ita esse summam, ut soli Deo subsit*, a *Grotio* scribente: imperium (Principum secularium) non ad profana tantum sed ad sacra quoque extendi. Itaque *negatur Ecclesiae potestatem supremam esse, dum eadem a civili potestate dependens asseritur:* et hoc asseritur ab illorum (novatorum) aliis ob summae potestatis secularis ius in collegia, ab aliis ob eiusdem ius in territorium, ab aliis ob ius maiestatis, et ab aliis ob alias rationes. — Scilicet Ecclesiae potestatem in suo ordine suoque officio exercendo dependentem faciunt a potestate sesulari. Ad hanc impietatem haereticam respexit in Ep. ad Michaelem Imp. a. 865. *Nicolaus I* scribens: „Vos autem, quaesumus, nolite praeiudicium Dei Ecclesiae irrogare: illa quippe nullum imperio vestro praeiudicium infert, cum magis pro stabilitate ipsius aeternam divinitatem exoret et pro incolumitate vestra et perpetua salute iugi devotione precetur. Nolite quae sua sunt usurpare; nolite quae ipsi soli commissa sunt velle surripere, scientes quia tanto nimirum a sacris debet omnis mundanarum rerum administrator esse remotus, quanto quemlibet ex catalogo clericorum et militantium Deo nullis convenit negotiis secularibus implicari. Denique hi, quibus tantum humanis rebus et non divinis praeesse permissum est etc. (ut in nostris *Monum. Cath. pro indep. Eccl.* I. 63.) — *Negatur* 2. *potestatem Ecclesiae divinitus collatam esse universalem*, ita, ut ad omnia semet extendat, quae spectant ad salutis ordinem; *coarctatur* enim *ad res mere internas.* — *Negatur* ab illis *Ecclesiae ut societati visibili exterior omnis potestas, quae tota Principibus asseritur.* Sed adversatur doctrina eiusmodi tum superius allatis revelationis divinae authenticis declarationibus, tum iis quas deinceps subiiciemus, atque his, quae continentur epistola encyclica *Gregorii XVI* a. 1835 data ad Eppos, Capitula, parochos ceterumque clerum Helvetiae *de articulis Badensis conventus.* (Vid. *Monum. Cath.* II. 378.) — Quod attinet ad alteram potestatis eccl. speciem, quae *iurisdictione* continetur, haec quinque declarantur: 1. generatim illius partitio, qua eadem ad duplex forum, internum et externum, refertur; tum

nominatim 2. eius, quae est fori externi, vis ac perfectio huius porro 3. subiectum; 4. eius effectus; et 5. eiusdem ob iectum. Haec enim omnia ab Ecclesiae inimicis multiplicit negantur, maxime vero postrema quatuor capita. 1. *Negat a novatoribus omnis utriusque fori potestas.* Sane negan isti veram ac propriam interni fori sive conscientiae potest tem. Sed contra talem haeresim statutus fuit in Conc. Tri Sess. 14. de Poenit. canon IX, ita, ut praeter declaratam fo interni potestatem iurisdictionis nihil ulterius addendum visu fuerit. Multo autem magis ab illis Ecclesiae detrahitur omn *potestas iurisdictionis publicae* sive *fori externi;* quod quu sit eo gravioris momenti, quod etiam a pseudopoliticis passim ut ex publicis actis scriptisque notum omnibus est, univers Ecclesiae externa iurisdictionis potestas denegetur, de hac iu risdictionis parte nominatim ac diligenter statuitur. 2. *Negat Ecclesiae* ab illis *potestas iurisdictionis exterior*, quae cuiv societati perfectae debet inesse, quaeque si *plena* sit, legifer iudiciaria, et coercitiva vocatur et est. Si vero illi aliquan huius potestatis speciem vel umbram tribuere Ecclesiae vi dentur, hanc eidem citra conditiones ac vincula non permi tunt. (Citantur *Boehmeri* et *Grotii* sententiae pro eo, quo Ecclesia potestatem fori externi et imperium non habeat.) — His doctrinis haereticis opponitur diserta in Constitution Schemate declaratio: *Ecclesiae iurisdictionem, quae est fo publici, absolutam atque plenam esse.* — 3. Quod ad plena huius absolutaeque potestatis *subiectum* attinet, id nunc acc pitur generatim de eorum ordine quibus ex ordinatione Chris Domini ipsa potestas communicatur ad regendam ipsius Ec clesiam; eoque declaratio spectat, *ne quis*, ut docet *C. Tric* Sess. 23 de Sacr. Ord. c. 4. *omnes Christianos pari inter s potestate spirituali praeditos affirmet; aut, quod non minu detestabile est, ne quis eandem eccles. iurisdictionis potesta tem seculari principatui tributam dicat.* Quo facit *Henricu VIII,* qui subditis omnibus ita praecepit iurare: — „quo Maiestas Regia unicus est supremus gubernator tam in om nibus spiritualibus sive ecclesiasticis rebus aut causis, quar in temporalibus; et quod nullus extraneus princeps, persona praelatus — habet ullam iurisdictionem vel auctoritatem ec

es. seu spiritualem intra hoc regnum.“ Porro idem potesta-
m faciens Eppis invisendi dioecesim, voluit eosdem persvasos
se, „omnem iurisdictionem ecclesiasticam iuxta ac secularem
Regia potestate profluere tamquam ex principe fonte cu-
svis auctoritatis in singulis regnis; Eppos nonnisi ut Regis
carios suas dioeceses invisere, potestatem omnem regiminis
Eppos ex rege ipso refundi, a quo proinde possit sicut re-
ringi, ita etiam, si e re esse iudicaverit, prorsus revocari.“
- Reliquorum Novatorum plerique sequebantur *Marsilium*
atavinum, in defensorio pacis statuentem: subiectum su-
emae potestatis in quavis societate eum esse populum, quo
cietas constat; unde in Ecclesia quoque coetui fidelium vere
oprieque competere summum imperium. Ita *Lutherus*, *Iu-*
eu Calvinianus, *Richerius*, *Launoius*, *Du Pin*, ex *Ianse-*
iana factione 40 *Advocati* a. 1730 etc. — 4. *Negatur a*
ovatoribus insuper *Eppalis iurisdictionis propria vis,* quae
octore *Gersonio* est *potestas dicendi ius in alterum etiam*
vitum; itemque negantur qui *proprii sunt eppalis iurisdi-*
tionis actus et effectus, ut auctore *Petavio* Eppi et *iubere*
ossint ac leges eccles. ferre, et *delinquentes coercere*, ac
oenis eccles. subiicere etiam invitos ac reluctantes. —
ed illa potestate privare Ecclesiae praesides damnatum fuit
Marsilio Patavino a *Ioanne XXII.* — Porro idem in secta
utherana damnavit C. Tridentinum Sess. 7 de Bapt. can. 8.
-- Praeformaverat hanc Lutheranorum haeresim *I. Huss*,
amnatus a Conc. Constantiensi et Martino V. Protestantium
rrorem expressit *M. Ant. de Dominis*, cuius sententiam Pa-
isiensis Sorbona confixit 1617. Eundem adoptabant *Gallicani*
Regalistae, quorum doctrina continetur opusculo *P. La Borde:*
Principes sur l' essence, la distinction et les limites des deux
uissances:“ quod univ. Inquis. decreto 1753 fuit damnatum.
Iaereticam eius doctrinam *Ianseniani* retinebant, et *Pisto-*
ienses sanciebant, a Pio VI per Const. „Auctorem fidei“ a.
794 damnati. — 5. *Negatur ab iisdem haereticis, regali-*
tis ac pseudo-politicis extensio obiecti, ad quod eadem ec-
lcsiastica iurisdictionis externae potestas se porrigit. Hanc
nim ab exteriorum rerum administratione excludunt, et omnem
irca easdem res potestatem seculari imperio adscribunt. Ita

Grotius, *Pufendorf*, *Böhmer*, aliique Protestantium iuris tores. Similiter *Regalistae Gallicani* etc. —

Cap. 13. De concordia inter Ecclesiam ac societ civilem. Perfecta haec civitas, quam Sacrae Literae *regnum* appellant, superna quidem est, si, unde orta sit et quo dat, cogitatur, descendens quasi Christi sponsa de coelo et tr tura in coelestem illam, quae sursum est, Ierusalem consum torum, cum Christus tradiderit regnum Deo et Patri, u Deus omnia in omnibus. (cf. Hebr. 12, 22. 23. — 1 Cor 24. 28.) Nunc vero Ecclesia usque ad finem seculorum in ris atque inter terrenas civitates adhuc militans, ex divini datoris sui omniumque redemtoris mandato in sinum s maternum colligit omnes gentes, quae sicut indole ac mor inter se diversae, ita etiam multiplici et varia civilis soci tis forma sunt constitutae. Qui enim homines ad sui con vationem et congruam rationi felicitatem temporalem na duce et Dei creatoris ordinatione in civilem societatem c runt, iidem ut aeternum salventur, in sanctam illam soci tem, quae est Ecclesia, gratia Dei Salvatoris vocantur. C igitur *utriusque societatis, licet modo diverso pro div earum ordine ac fine, Deus infinite sanctus et sapiens auctor: ex ipsa rerum natura inter Ecclesiam et societa civilem, vel inter Potestates, quibus utraque regitur, non s pugna est aut oppositio.* Quinimo *Ecclesia Rempubli maximo munimento firmat ac tuetur, eiusque securitati p spicit.* Illa enim instituta ad sanctificandos homines, ipsa tute ac pietate christiana *bonos* etiam *cives facit;* qui si t sint, quales esse praecipit doctrina catholica, sine dubio ma erunt salus reipublicae. (*Aug.* ad Marcellin. ep. 158. n. Praeterea cum terrena potestas in temporali utilitate et p narum metu suam observandarum legum sanctionem posi habeat; *vera religio, cuius et custos et magistra est Eccl Catholica, auctoritatem imperantium validius doctrina gibusque divinis confirmat.* Praecipit enim religio catho sua auctoritate divina, ut homines legitimae potestati sub sint non solum propter iram sed etiam propter conscienti

tem. 13, 5.) Quodsi Ecclesia monet ac iubet subditos secun-
um mandatum divinitus acceptum obedire regibus, non mi-
us reges quoque docet prospicere populis, ut intelligant et
udiantur, qui iudicant terram, non ad dominandi cupiditatem,
d ad officium providendi sibi datam esse a Domino potesta-
m et virtutem ab Altissimo, ut tamquam ministri regni
us recte iudicent, et custodiant legem iustitiae; quoniam
sillum et magnum ipse fecit, et aequaliter cura est illi de
anibus. (Sap. 6, 4—8.) *Ecclesia* igitur *Catholica regum*
populorum atque in his singulorum omnis conditionis
minum religione divina tum iura tuetur tum officia docet
praecipit, atque ita legibus humanis sanctius fundamen-
m ponit et fideliorem conciliat obedientiam. Quare cum
aec civitas Dei tantum conferat ad securitatem et felicitatem
vitatis terrenae: vel ex hoc uno omnes intelligant, quanta
pientia ac bonitate Deus auctor naturae et gratiae atque
riusque civitatis ordinator potestates sacerdotii et imperii
n inimicas sed vinculo pacis coniungendas disposuerit. *Haec*
utem utriusque civitatis coniunctio, ex qua in ipsam civi-
m societatem tanta bona promanant, non liberae hominum
tioni permissa sed Dei lege praecepta est. Quoniam enim
n solum singuli privatim homines sed etiam omnes in vita
ublica ipsaque societas ad veram religionem erga Deum te-
antur, religionisque legibus obstringuntur, hinc ipsa *publica*
ocietas, cuius cives simul fideles sunt, magnis et necessa-
iis officiis obligatur erga Dei Ecclesiam, quae verae reli-
ionis doctrinam et leges et iura ex divino mandato custo-
it ac tuetur. Quapropter *nemo dicere praesumat, non posse*
uctoritatem et iura Ecclesiae cum secularis potestatis iuri-
us et auctoritate consistere, atque ideo ad optimam societa-
s publicae rationem *necessariam esse civilis reipublicae ab*
Ecclesia separationem, ita ut imperio negetur ius et officium
ercendi sancitis poenis violatores catholicae religionis, nisi
atenus pax publica postulat; vel omnino ita, ut humana so-
etas constituatur et gubernetur nullo habito ad religionem
spectu, acsi ea non existeret, vel saltem nullo facto veram
ter falsasque religiones discrimine. Quod inter sacerdotium
imperium dissidia orta sunt et in dies oriuntur, id nemo

audeat asserere ex ipsa indole ac natura potestatis eccles. p
venire. *Pax vera inter utramque potestatem et concor*
quam Ecclesia semper optat et humili supplicatione postu
a Deo, *servari numquam potest, si libertas Sponsae J*
Christi opprimitur, et violantur iura, quae Ecclesia ex
cere atque integra servare non solum potest sed etiam
bet, quia simul cum officiis cohaerent quae ipsi a divino
fundatore iniuncta sunt ad salutem animarum. Huiusmodi b
iniquissima, qui volunt esse Ecclesiae filii, numquam inferr
si imperantium et populorum mentibus constanter obversa
tur veritas a Christo Domino severissimis verbis inculca
nihil prodesse homini mundum universum lucrari, si anir
suae detrimentum patiatur, (Matth. 16, 26.) atque adeo su
illam felicitatem vitae humanae, ad quam civilis potestas
se ordinatur, esse finem sublimiorem et unice necessarium b
titudinis aeternae, ad quam homines per Ecclesiam sunt
ducendi; ideoque habita vel sola ratione finis, qui utri
praestituitur, *reipublicae civili Ecclesiam I. C. tantum pr*
cellere, quantum huius vitae commoda ac bona supe
salus animarum, non auro vel argento sed pretioso sangv
Christi redemtarum, et vitae aeternae felicitas. Quamvis igi
civilis societatis dispositio per se et directe non ad super
turalem felicitatem, sed ad temporale communitatis bon
pertineat, *christianis* tamen *hominibus* non in hoc solumm
sistendum est, sed postulatur ab eis, ut *temporali bono pr*
ferant sempiternum, atque ideo non minus in publicis reb
quam in privatis negotiis finem inferiorem non ita respicia
ut finem hominis ultimum et necessarium ab oculis dimitta
unde si quando videantur utilia regno temporali, quae bo
sublimioribus Ecclesiae et aeternae saluti repugnent, ea nu
quam habebunt pro veris bonis, sed sincere consequi stu
bunt, quod aiebat magnus ille *Gregorius,* ut terrestre regn
coelesti regno famuletur.

Adnotationes ad Cap. 13. — Multiplices nostrae ae
tis errores et cum erroribus cohaerentes violationes iurium I
clesiae necessariam reddere videntur expositionem catholi
doctrinae tum de relatione divinitus constituta inter Ecclesi
et societatem civilem, tum de iure et usu ipsius potesta

civilis, tum denique de Ecclesiae in relatione ad societatem civilem iuribus specialibus illis, quorum violatio hoc tempore latius grassatur. De his igitur tribus capitibus in postrema hac parte Schematis agitur. In primo Capite (13) docetur et declaratur: ex ipsa utriusque civitatis, terrenae et coelestis, reipublicae nimirum politicae et Ecclesiae intima natura divinitus constituta, atque adeo ex Dei lege inter utramque societatem et inter potestates, quibus utraque regitur, concordiam esse servandam; simulque docetur, quomodo ea servanda sit et quae sit eius necessaria conditio. Continet ergo totum caput duas partes praecipuas. I. Inter Ecclesiam et rempublicam civilem, inter sacerdotium et imperium concordia necessaria declaratur ex triplici principio: *ex origine* utriusque civitatis ab uno Deo infinite sancto et sapiente; *ex fundamento firmissimo pro officiis et iuribus reipublicae posito in vera religione; ex obligatione ipsius societatis ad veram religionem.* 1. Quoad primum illud principium origo utriusque societatis consideratur sub ea solum ratione, ex qua doctrina declaranda de mutua earum relatione consequitur. Hinc *non solum originis unitas illa, quod societas utraque a Deo est, sed non minus diversitas spectetur oportet, quod altera sit societas ordinis naturalis a Deo creatore, altera supernaturalis a Deo salvatore.* Idcirco proprietates Ecclesiae, quae in antecedentibus capitibus expositae et definitae sunt, hic resumuntur memoratione brevissima, quatenus relationem habent ad ipsam societatem civilem. — *Advertendum est ad formam diversam, qua in Schemate enunciatur origo societatis civilis et institutio Ecclesiae.* Modus videlicet, quo Deus sit auctor societatis civilis, non determinatur in sua ultima specie aut in individuo; ad solum dicitur, homines convenisse in civilem societatem natura duce et Dei creatoris ordinatione; adeoque *verbis schematis absurda quidem et impia sententia excluditur, qua homines ductu et instinctu naturae dicuntur esse silvestres; sed diversae inter theologos catholicos opiniones de modo, quo Deus sit ordinator societatis civilis,* ad quam homines ex perfectione et imperfectione suae naturae a Deo conditae inclinantur, *omnino relinquuntur intactae.* Imo forma ipsa obliquae enunciationis (qui enim homines — in

societatem civilem coierunt) satis demonstrat, non esse intentionis Concilii, de illo modo institutionis societatis civilis quidquam distinctius docere et directe definire. 2. Principium alterum, quod *Ecclesia magistra verae religionis firmissimum fundamentum ponit officiis et iuribus propriis societatis civilis*, declaratur dupliciter. Nam a) generatim dum Ecclesia religione divina bonos facit christianos, hoc ipso bonos cives facit *); tum b) speciatim officia et iura tam subditorum quam imperantium doctrina ac lege divina confirmat et sancit. Unde iterum concluditur, *utriusque civitatis ordinatorem Deum potestates sacerdotii et imperii non inimicas sed vinculo pacis coniungendas disposuisse.* 3. Ex ipsius societatis publicae obligatione ad veram religionem eadem societas officiis necessariis a Deo impositis obstringitur erga Ecclesiam, quae verae religionis doctrinam et leges et iura custodit. Unde *publicae potestatis et societatis relatio ad Ecclesiam non oritur tamquam ex ratione praecipua multoque minus unica ex commodis politicis,* quae coniunctionem et concordiam reipublicae cum Ecclesia comitantur, *sed fundatur in lege Dei supremi Domini, auctoris naturae et gratiae ac ordinatoris utriusque societatis et potestatis, adeoque coniunctio et concordia non liberae optionis est, sed necessariae obligationis.* Ex his denique omnibus praestitutis colligitur, damnabilem esse errorem, qui in Schemate enunciatur, prout a SSmo D. N. in literis apostolicis „Quanta cura“ 8 Dec. 1864 iam proscriptus est. Indicatur autem inprimis ipsum principium erroris, quo dicitur non posse utriusque potestatis iura simul consistere; tum designatur consecutio, quam ex principio deducunt: ideo quia ambae potestates non possunt simul consistere,

*) „Qui doctrinam Christi adversam dicunt esse reipublicae, dent exercitum talem, quales doctrina Christi esse milites iussit, dent tales provinciales, tales maritos, tales coniuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales servos, tales reges, tales iudices, tales denique debitorum ipsius fisci redditores et exactores, quales esse praecipit doctrina christiana, et audeant eam dicere adversam esse reipublicae, imo vero non dubitent eam confiteri magnam, si obtemperetur, salutem esse reipublicae.“ S. Aug. ad Marcellin. ep. 158. n. 15.

ad optimam societatis publicae rationem esse necessariam separationem civilis reipublicae ab Ecclesia; postremo errorem distinctius designando declaratur, qualem homines impii vel obcoecati intelligant separationem, quam postulant, reipublicae ab Ecclesia. Ex ipso autem modo enunciationis clarum est, *hic agi de ipso generali principio atque de ipsa thesi, qua ex rerum natura et in se necessaria dicitur huiusmodi reipublicae ab Ecclesia separatio; non autem sermonem esse de speciali aliqua hypothesi, in qua factum separationis tamquam minus malum tolerari vel etiam approbari debeat. At haec hypothesis locum habere non potest in republica, cuius cives simul fideles christiani sint,* ut in Schemate dicitur; certissime vero haec non potest censeri conditio ad optimam societatis publicae rationem. *Ipsum principium, ex quo hanc separationem dicunt necessariam, in Canone adhuc distinctius determinatur et tamquam haereticum proscribitur:* quoniam in eo potestas et ipsum ius Ecclesiae, prout a Christo fundatore institutum est, aperte negatur. II. In altera parte huius capitis declaratur modus et necessaria conditio ad concordiam inter sacerdotium et imperium conservandam. Quoniam secularis potestatis administratores eorumque assentatores causam dissidiorum plerumque ad ipsos sacros pastores reiicere solent, ideo 1. dicitur: *Ecclesiam semper quidem optare pacem, sed eam quae sit pax vera. Haec autem in oppressione et violatione iurium Ecclesiae consistere numquam potest.* Quae enim Ecclesiae iura divinitus collata sunt, cohaerent cum necessariis officiis; adeoque Ecclesiae ipsi integrum non est huiusmodi iuribus cedere, sive permittere, ut impune conculcentur, sed tenetur ea modis quibus potest tueri ac defendere. *Necessaria* ergo *conditio ad veram pacem servandam ea est, ut libertas Ecclesiae eiusque iura ab administratoribus civilis potestatis sancta habeantur et serventur.* 2. Ut qui rempublicam administrant sua erga Ecclesiam necessaria officia intelligant et exequi studeant, admonentur iidem duplicis finis, quorum unus inferior alteri superiori subordinatur. Sicut enim in negotiis privatis ita transeundum est per bona temporalia, ut non amittantur aeterna: pari modo etiam in rebus et negotiis publicis felicitatem temporalem, quam societas civilis

societatisqne administratio per se et directe tamquam finem propositum habet, non ita quaerere fas est, ut finis homini ultimus ab oculis dimittatur. *Distingvi* nimirum *debet civili potestatis finis proprius et directus, ac deinde finis, ac quem huius naturalis potestatis usus a principe christiano dirigi potest ac debet.* Finis potestatis civilis per se et directe est politica felicitas communitatis; ac propterea illa ad res spirituales per se non extenditur. At potest et debet usus potestatis a principibus fidelibus dirigi ad subditorum bonum etiam spirituale et aeternum, idque semper saltem negative, ut suis legibus hoc bonum altius non impediant, tum vero etiam positive, ubi necessitas vel praeceptum speciale ita postulat. —

Cap. 14. De iure et usu potestatis civilis secundum Ecclesiae Catholicae doctrinam. Spreta Ecclesiae Cathol. doctrina et auctoritate, eiusque circa humanam societatem iuribus conculcatis, *subintroierunt nostris temporibus magistri mendaces*, qui non solum Ecclesiae sed etiam omnis humani consortii hostes, dominationem contemnunt, (2. Pet. 2, 10.) ita ut nulla lege, nisi quam ipsi sponte susceperint, obligari se posse dicant, omnemque sublimiorem potestatem ab ipsis independentem pro iniusto dominatu habeant, quam pro lubitu abiicere atque evertere liceat: imo etiam *contra manifestam Dei legem affirmant, omnes homines ex lege naturae itc aequales iuribus esse, ut tum privata possessionum proprietas tum alia quaevis unius prae reliquis praerogativa iniusta censeri et abrogari debeat.* Alii autem falsam civilis societatis speciem ac formam animo suo effingentes, *statum politicum quem vocant, constituunt fontem omnis inter homines auctoritatis omnisque iuris*, ita, ut ab eodem statu politico eiusque lege tum ius proprietatis privatae unice derivari, tum societatem domesticam seu familiam suae existentiae totam rationem mutuari, omniaque parentum in filios iura dimanare ac pendere affirment, tum in eius lege vel in maioris numeri civium placitis, et in publica ut dicunt opinione positam esse velint supremam normam conscientiae et officiorum pro publi-

cis et socialibus sive imperantium sive subditorum actionibus. Quin et *eousque non paucos progressos esse videmus, ut fortunatis eventibus vim iuris tribuentes, audeant dicere, id quod ex lege morali esset iniustum, si felicem habeat exitum, eo ipso in publicis rebus ac negotiis ex lege politica iustum evadere et honestum*, quasivero lex moralis ad sociales et politicos actus non aeque ac ad privatos sese porrigeret. At *haec humanae superbiae figmenta non alio tendunt, quam ut incommutabilis sanctitas et iustitia aeterni Dei auferatur a recordatione filiorum hominum*, in eorum animis sensus extingvatur iusti et iniusti, et inficiatur terra ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutaverunt ius, dissipaverunt foedus sempiternum. (Is. 24, 5.)

Contra huiusmodi errores, qui etiam inter catholicos populos serpere coeperunt, omnibus in mentem revocandam statuimus doctrinam catholicam, ut ea integra ac inviolata custodiatur. *Docemus* igitur, quod ab Apostolo traditum semper docuit Ecclesia, *omnem legitimam potestatem, ideoque etiam civilem, Deum habere auctorem.* Omnis anima, scribit Apostolus, potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi a Deo, quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt; (Rom. 13, 1.) et ex eiusdem Apostoli sententia qui hanc potestatem tenet, Dei minister est sive bonum facientibus in bonum, sive malum agentibus vindex in iram, (Rom. 13, 3. 4.) atque ideo subditorum obedientiam iure suo postulat. *Nemo itaque docere audeat, licitum esse huic legitimae potestati vi resistere, aut per detestandum facinus eam coniurationibus ac rebellione evertere;* qui enim resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. (Rom. 13, 2.) Pari vero ratione docemus, *imperantibus in suae potestatis usu eandem normam divinae legis esse sequendam.* Lex enim moralis sive lumine rationis sive per supernaturalem revelationem manifestata sicut pro hominibus actionibusque privatis, ita non minus pro iis qui praesunt, et pro publicorum munerum administratione actibusque socialibus ac politicis posita est. *Norma* itaque *agendi non in utilitate, aut in multitudinis opinione ac voluntate constitui potest, quando ad illicita ac Dei legi repugnantia*

impellunt; sed necessaria morum regula sicut pro subditis ita pro imperantibus etiam in ipsorum muneribus administrandis est lex Dei iubentis aut vetantis, secundum quam omnes in supremo iudicio communi Domino aut stabunt aut cadent. *De ipsa autem agendi norma iudicium, quatenus de morum honestate, de licito vel illicito statuendum est, pro civili etiam societate publicisque negotiis ad supremum Ecclesiae magisterium pertinet.* Sane in via salutis aeternae omnibus tam subditis quam principibus Ecclesia a Deo constituta est dux et magistra. Neque de imperantibus minus verum est: qui Ecclesiam matrem non habet, Deum patrem habere non potest. Ut igitur Regem Regum patrem ac propitium habere possint, *Ecclesiam se matrem habere re et opere comprobare studeant; neque licere sibi existiment, sive in privatis sive in publicis negotiis ob politicas rationes Dei et S. Matris Ecclesiae leges ac iura violare.*

Adnotationes ad Cap. 14. Alterum hoc caput, quod est de iure et usu potestatis civilis, duas iterum continet partes, expositionem nempe simulque proscriptionem principalium errorum, et declarationem catholicae doctrinae iis oppositae. I. *Error dominatur sub duplici forma contraria: vel enim iura propria sublimioris potestatis negantur, vel tribuuntur ei iura, quae ipsi competere nullo modo possunt.* Quoad 1. *indicantur principia, quibus hac nostra aetate ius seditionum constituunt totiusque ordinis socialis continuam subversionem moliuntur.* Aiunt nimirum, publicam auctoritatem et potestatem non esse nec posse esse aliud, quam summam iurium singulis civibus competentium. Unde inferunt, subiectum omnis potestatis civilis essentialiter esse et semper necessario permanere penes ipsam multitudinem, ita, ut princeps nullus esse queat nisi merus populi minister, in suo officio exercendo et retinendo iugiter pendens a voluntate populi. (*L' Encyclique du 8 Dec. 1864 et la liberte, Adresse aux Eveques.*) Hinc concludunt, populum uti iure suo, dum pro lubitu principes destituit et alios adsciscit, aut formam regiminis permutat, non secus ac herus suos famulos libere dimittit absque ullius iuris violatione. Ex quibus consequitur, populum contra quamvis regiminis formam et contra quosvis principes rebel-

landō, si illi sponte voluntati populari obsequi et muneri sibi demandato cedere nolint, semper uti iure suo, atque adeo rebelliones populi semper esse legitimas, quamvis in iis possit violari aequitas, si ob causas non sufficientes moveantur. *Hoc principium falsae libertatis nostris temporibus extendunt ad principium aequalitatis omnium hominum in omnibus suis iuribus, seu ad principium Communismi* quem vocant; quia absque ampliori declaratione doctrinae in re adeo manifesta et absque speciali canone sufficere videbatur huiusmodi monstrum per modum detestationis condemnasse, ideo in ipsa erroris expositione dicitur: „imo etiam contra manifestam Dei legem audent affirmare etc.“ 2. *Iuxta alteram formam erroris primum enunciatur in Schemate generale principium, quo statum politicum constituunt fontem omnis iuris inter homines omnisque auctoritatis.* Deinde spectando idem principium secundum suam extensionem *indicatur consequens ex illo doctrina Socialismi*, ut appellant, tum quoad ius proprietatis tum quoad auctoritatem paternam et quoad familiam. In posteriori hac parte comprehenditur etiam doctrina theoretica et practica eius applicatio aliorum, qui licet ab integro Socialismo abhorrentes potestatem status politici in familiam ita extendunt, ut iura secundum Dei legem parentibus propria manifesto violentur. (Citantur Encyclicae Pontif. „Quanta cura“ de 8 Dec. 1864 plura verba.) Animadvertendum vero est, de ipso familiae fundamento, *de matrimonio, hic ideo non agi distinctius, quia propter singularem rei gravitatem de eo seorsum alio loco tractandum videbatur.* Altero loco *exponitur ipsius impii principii vis veluti intensiva*, quod in lege status politici vel in multitudinis placitis vel in ipsis politicis factis et fortunatis eventibus constituitur pro publicis rebus et actionibus socialibus norma conscientiae independens a lege morali, qua solummodo privatas hominum actiones dirigendas esse dicunt. II. Sequitur *declaratio doctrinae catholicae, quae memoratae utrique errorum classi opponitur.* Quamvis enim civilis potestas sit ordinis naturalis, de eius tamen tum iuribus tum officiis doctrina continetur etiam in revelatione supernaturali. Itaque 1. verbis Apostoli docetur, *hanc potestatem, quae ad constituendam et conservandam*

societatem civilem necessaria est, origine esse ab auctore Deo, in suo exercitio legitimo esse ministerium Dei; propterea ex sua praerogativa et intrinseca natura deberi eidem subditorum obedientiam et subiectionem, nec proinde fas esse contra eam vi resistere aut rebellionem movere. Quoad modum expositionis animadvertendum est, nonnulla esse solum generice dicta, quae non videntur a S. Concilio distinctius determinanda. Nam a) quando dicitur potestas civilis esse ab auctore Deo, ex ipsa quidem re, de qua agitur, et ex iis, quae declarata sunt in capite praecedenti, intelligitur esse a Deo ut auctore naturae; sed modus, quo a Deo derivatur, distinctius non definitur; adeoque liberae omnino manent diversae sententiae, quae de hac re inter catholicos doctores feruntur. Nimirum ipsa potestas in se dicitur a Deo esse, quod ex verbis Apostoli clarum est; sed modus, quo subiectum potestatis legitime designetur, non definitur. Eadem ratione b) quando sermo est de potestate legitima, non determinantur conditiones, quibus sit aut fiat legitima. c) Quando dicitur non licere potestati resistere, id declaratur duplici apposito: non esse licitum *legitimae* potestati *vi* resistere. Nam si absolute loquendo possit esse talis abusus potestatis, ut etiam vi resistere non esset illicitum, ea vel in se vel saltem in suo exercitio certe non esset potestas legitima. Porro quia possunt esse et sunt variae hypotheses et formae regiminis, in quibus resistentia simpliciter dicta non potest censeri illicita, ideo strictius determinatur resistentia illicita per alterum appositum: *non licere vi resistere.* In utroque hoc casu manifestum est, non esse eam potestatem et eam resistentiam, de qua *Paulus* ait: *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit;* sed aeque manifestum est, *sub hac apostolica sententia comprehendi omnem resistentiam violentam adversus potestatem legitimam.* Haec quidem prior pars expositionis doctrinae dirigitur contra errores, quibus iura legitimae potestatis subvertuntur. 2. Sequitur doctrina adversus alteram classem errorum, quibus Status politicus constituitur independens ab omni lege, et fons omnium iurium, atque in eius lege vel in multitudinis voluntate collocatur suprema norma conscientiae pro publicis actibus. Huic impietati opponuntur tria principia: a) *Lex mora-*

lis non solum pro hominibus et negotiis privatis, sed aeque valet pro publicorum munerum administratione actibusque socialibus et politicis. Unde b) *dicitur negative, in quo norma agendi in publicis negotiis non sit posita*, nec in utilitate nec in multitudinis voluntate, quando haec Dei legi repugnant, nec in mero arbitrio imperantium, quibus non omnia iura sive singulorum subditorum sive familiarum subiecta sunt, sed dantur tum singulorum tum familiarum iura divina et humana, quae eis evertere sibique usurpare non licet. *Positive* deinde *docetur norma conscientiae etiam pro publicis rebus constituta in lege Dei iubentis aut vetantis.* c) Denique *magistra et interpres normae agendi etiam pro civili societate publicisque negotiis est Ecclesia*, non quidem quatenus spectantur commoda vel incommoda mere temporalia et civilia aut rationes politicae, sed quatenus de morum honestate, de licito vel illicito statuendum est.

Cap. 15. De specialibus quibusdam Ecclesiae iuribus in relatione ad societatem civilem. Inter *sanctissimorum iurium violationes*, quae nostra aetate ad nationes erroribus inficiendas corrumpendosque in eis mores christianos perpetrantur, *illa est vel maxime perniciosa, qua fraudulenti homines contendunt, scholas omnes directioni ac arbitrio solius potestatis laicae subiiciendas esse, ita, ut auctoritas Ecclesiae ad providendum religiosae institutioni et educationi iuventutis christianae omnino impediatur.* Quin eousque progressi sunt, ut ipsam catholicam religionem a publica educatione arcere, atque universim scholas nullius professionis religiosae, sed literarias tantummodo esse debere dicant. Contra huiusmodi sanae doctrinae morumque corruptelas ex ipso fine *Ecclesiae* a Christo Salvatore fundatae, ut homines per salutarem fidem ac disciplinam docendo regendoque ad vitam aeternam adducat, *ab omnibus agnoscendum est ius et officium, quo ipsa pervigilat, ut iuventus catholica inprimis vera fide et sanctis moribus rite instituatur.* Hanc iniquitatem cumularunt alia usurpatione. *Ipsam* enim *Clericorum educationem ac institutionem in disciplinis ecclesiasticis tum*

in aliis publicis scholis tum in ipsis Seminariis efficac directioni ac vigilantiae Ecclesiae subducere et potestat laicae mancipare praesumunt contra ius proprium Ecclesiae quo maxime in suis ministris sanitati cath. doctrinae et sanc ctitati vitae ecclesiasticae providere debet. Quin etiam eo ipsos, qui in sortem Domini vocantur, a sancta sua vocation per vim avellere et *iniquissima lege subiicere militiae secu lari* alicubi *veriti non sunt*, atque ita, quantum in ipsis est Ecclesiam necessariis ad docendum regendum et sanctificandun populum Dei ministris privare conantur. Quare *declaramu et docemus, iura praedicta atque officia ad Ecclesiam per tinere, et esse cum eius magisterio divinitus instituto, cun ipsius constitutione ac fine intime coniuncta, adeoque hu manis legibus non posse auferri.*

Alia gravis iniuria S. Ecclesiae infertur ab illis, *qu professionem perfectionis evangelicae in Ordinibus institu tisque Religiosis ab eadem Ecclesia approbatis iniqua op pugnatione persequuntur*, atque affirmare audent, professionem religiosam iuribus naturae libertatisque humanae contrariam ex regnis et civitatibus nostrae aetatis eliminandam esse, quod illa profectui ac felicitati populorum opponatur; eoque magis dolendum, quod inter ipsos legumlatores, qui se catholicos profitentur, non desint, qui in hac re Ecclesiae ius conculcare et iniquis legibus, quantum valent, irritum reddere non vereantur. Quoniam vero sponsa Iesu Christi ipsam divini Sponsi sui vitam et exemplum in se suisque membris exprimere, atque iugiter sanctitatis praerogativa fulgere debet, idem *D. N. I. C. non solum sancta dedit mandata omnibus*, si volunt ad vitam ingredi, necessario servanda; *sed etiam pro Ecclesia praemonstravit in suo Evangelio statum perfectionis*, quo ii, qui Deo vocante capiunt verbum istud, relictis omnibus ut thesaurum habeant in coelis, ipsum Iesum Christum propinquiori imitatione sequantur. (Matth. 19, 11. 12. 17—29.) Consilia haec Jesu Christi ad Ecclesiam sponsam ac reginam ornandam varietatibus (Ps. 44, 10—16.) non potuerunt manere irrita; unde operante divina gratia omnibus Ecclesiae aetatibus plurimi utriusque sexus crucis Christi sectatores in hac via ipsum Dominum ducem ac magistrum secuti

sunt. Ut sic vocatis evangelicam perfectionem consectandi media non deessent, providentissima mater Ecclesia semper sedulo curavit. Leges enim pro summa auctoritate vel ipsa tulit vel a ss. viris propositas probavit, quibus religiosa vita et professio firma ac tuta consisteret, et ad sanctum suum finem dirigeretur. *Quamvis* igitur *non omnes vocati sint ad hanc vitae rationem in consiliis evangelicis voluntariae ac perpetuae paupertatis, continentiae et obedientiae sequendam: attamen ex constanti Ecclesiae declaratione atque usu omnibus necesse est aestimare, eam apostolicae doctrinae consentaneam esse et ad christianam perfectionem conducere.* Ii vero, quibus datum est a Patre, Christum vocantem audire et sequi, ultra praeceptorum observationem consilia quoque evangelica in institutis religiosis non solum activae sed etiam contemplativae vitae, secundum modum ab Ecclesia approbatum pie et laudabiliter amplectuntur, ac divina gratia opitulante possunt et tenentur quae voverunt reddere Domino Deo. Quare *tum haec Ecclesiae et fidelium iura, tum suscepta votis religiosis officia in supernaturali Dei lege ac ordinatione fundantur*, qua Christus sapientia aeterna in sancta Ecclesia sua viam perfectionis evangelicae monstravit ac disposuit; *nec illa politicis legibus sive dirigi sive deleri possunt. Damnamus igitur tum doctrinam, qua professio religiosa illicita vel vero profectui populorum noxia ac propterea eliminanda esse dicitur; tum impios hominum conatus, qui commemorata Ecclesiae ac fidelium iura invadunt, et tantam ipsi Deo ac sanctae religioni catholicae irrogant iniuriam.*

Hic porro aliam *sacrilegam iniustitiam,* quae contra matrem Ecclesiam crudeliter et in dies latius grassatur, iterum *damnare,* et *perniciosissimas fallacias, quibus homines mendaces illam obvelare student, proscribere necesse nobis est. Dicunt nimirum, ius Ecclesiae acquirendi et possidendi bona temporalia esse subiectum arbitrio Status politici, et ab eius libera concessione iugiter pendere,* ita, ut potestas politica vi suae supremae auctoritatis possit illud ius abolere, latisque legibus sibi vindicare velut bona domino vacua, quae legitimo proprietatis titulo sunt in possessione Ecclesiae; aut

affirmant, dispositionem ac distributionem bonorum eccle
non secus ac eorum quae publica sunt totius nationis, per
tinere ad nativum ius supremae potestatis politicae. Hu
iusmodi autem perversis doctrinis impugnantur iura Ecclesia
certissima, quae ex ipsa eius divinitus data constitutione pro
manant. *Ecclesia* namque cum sit *perfecta societas divin*
iure constituta, supernaturalis quidem, sed eadem *societas vi*
sibilis ex hominibus et ad hominum salutem in terris con
sistens, propterea rebus etiam visibilibus et externis, atqu
inter haec bonis quoque temporalibus utitur et iuvatur tam
quam mediis ad divinam suam missionem adimplendam et a
finem sibi a Christo Salvatore propositum assequendum. A
hanc enim suam missionem *Ecclesia visibilis ex natura suc*
et ex divina institutione ministros proprios habet ex homi
nibus assumtos et pro hominibus constitutos, qui non pote
stati seculari subordinati, sed ab ea independentes sacri
muneribus fungantur; atque ideo *iure suo Ecclesia eis pro*
spicit, ut iuxta ordinationem Domini, qui evangelium annun
ciant, de evangelio vivant; (1 Cor. 9, 14.) eiusdemque Eccle
siae sicut officium ita proprium ius est, providendi tum de
cori externi cultus divini, tum multiplicibus indigentium
membrorum Christi necessitatibus, tum aliis, quae oppor
tuna iudicaverit, christianae caritatis et pietatis operibus.
His vero muneribus Ecclesiae atque officiis exequendis cum
secundum ordinem divinae providentiae bona temporalia sub
serviant, sane illudius acquirendi ac possidendi titulo pro
prietatis, quod mere humanis societatibus legitime con
stitutis competere potest, in Ecclesia non deficit, sed in ea
ut societate divinitus et ad altiorem finem instituta et ab im
periis mundanis independente etiam sanctius est ac superioris
ordinis, quia bona huiusmodi mystico corpori Christi, et per
hoc ipsi Christo Deo specialius dicata sunt. Quare docemus,
Ecclesiae ut societati visibili a Deo inter homines consti
tutae ius esse, bona temporalia acquirendi et possidendi,
neque hoc iure eam a quavis potestate seculari privari
posse; ac propterea *praedictos errores damnamus, et leges,*
quibus status politicus tamquam ex supremo iure sibi in-

haerente bona ecclesiastica usurpat, iniustas spoliationes esse declaramus.

Adnotationes ad Cap. 15. Postquam ordo ac habitus inter societatem civilem et Ecclesiam generatim declaratus est, hoc in capite exponuntur et vindicantur *iura* quaedam specialia *Ecclesiae* in relatione ad societatem civilem. Illa autem proponuntur *tria:* circa *catholicae iuventutis institutionem in scholis*, circa *professionem perfectionis evangelicae in religiosis ordinibus,* circa *possessiones ecclesiasticas;* quae hoc tempore vehementius impugnata et gravius violata tueri ac vindicare ad sanctificationem et salutem animarum omnino Ecclesiae necesse est. *Omnia tria fundantur generatim in ipsa constitutione Ecclesiae, quatenus est societas perfecta, independens et supernaturalis*; speciatim deinde ius, quod primo loco declaratur, cohaeret cum Ecclesiae magisterio divinitus instituto. Primo itaque *vindicatur ius Ecclesiae providendi religiosae institutioni et educationi iuventutis catholicae in scholis.* Iniquitas vero temporum necessariam reddere videtur declarationem distinctam quoad institutionem et educationem in scholis generatim, quoad ecclesiasticam institutionem et educationem clericorum speciatim. Quoad scholas generatim error theoreticus et practicus duplicis formae designatur: quod a) scholas omnes directioni ac arbitrio solius potestatis laicae subiectas volunt, tum videlicet theoretice docendo id ita fieri debere, tum practice et facto ipso haec principia exequendo. Sub qua vero ratione et ex quo catholico principio haec exclusio auctoritatis Ecclesiae proscribatur, clare indicatur per additam determinationem: „ita, ut auctoritas Ecclesiae ad providendum religiosae institutioni omnino impediatur." (Citatur Breve Pii IX ad AEppum Friburgensem de 14 Iul. 1864. in nostris *Monum. Cathol.* T. 8. vulgatum.) Hac porro forma verborum, quibus error denotatur, comprehenduntur sane etiam illi, qui totam auctoritatem in directione institutionis et educationis uni potestati laicae vindicant, licet ipsa laica potestas directrix deinde sacerdotem aliquem constituat, qui statutis horis doctrinam religionis explicat. *Nisi* enim *eccles. potestas auctoritate sua, non vero solis inefficacibus consiliis et supplicationibus invigilare possit,*

ne fides et mores catholicae iuventutis sive ex libris sive magistris aliquid detrimenti capiat, semper verum erit, a ctoritatem Ecclesiae ad providendum religiosae institutio et educationi iuventutis christianae omnino impediri. Forma altera *erroris recentis* est *monstri* instar, *quum sch las ab Ecclesia separandas esse dicunt, ita, ut in illis r ligionis ratio nulla habeatur.* Post expositionem errorum s quitur respondens declaratio veritatis: ab omnibus agnoscendu esse ius et officium, quo Ecclesia pervigilat, ut iuventus c tholica inprimis vera fide et sanctis moribus rite instituatu Hoc autem ius tamquam particulare in universali continet in ipso fine et in missione Ecclesiae, ut homines per salut rem fidem et disciplinam ad vitam aeternam adducat. Igit tum in expositione errorum tum in affirmatione veritatis *non negatur ius potestatis laicae providendi institutioni literis ac scientiis ad suum legitimum finem, et ad bonu sociale*, ac proinde etiam *non negatur eidem potestati laic ius ad directionem scholarum, quantum legitimus ille fin postulat.* 2. Non asseritur potestati eccl. velut ex divina co stitutione consequens auctoritas ad positivam directionem sch larum, quatenus in iis literae et scientiae naturales traduntu Sed 3. *vindicatur Ecclesiae auctoritas ad directionem sch larum, quantum ipse finis Ecclesiae postulat*, adeoque asse ritur ius et officium prospiciendi fidei et christianis moribu iuventutis catholicae, hocque ipso cavendi, ne pretiosa hae bona per ipsam institutionem in scholis corrumpantur. 4. *Ho ius Ecclesiae in se spectatum non minus ad superiore quam ad inferiores scholas extenditur*; unde hic, ubi de ge nerali principio agitur, non videbatur distinctione opus ess inter diversas scholas. Ceterum per se clarum est, exercitiu huius iuris in applicatione ad diversos terminos necessario de bere esse diversum. Omnia, quae in Schemate hac de re di cuntur, desumta sunt ex *Syllabi* propos. 47. coll. cum 45. 48 Pars altera huius §, ubi agitur de violatione manifestissim iuris Ecclesiae circa vocationem et educationem ministrorun sacrorum, nulla ulteriori indiget explicatione. (Cf. propos. Syl 33 et 46.)

Quoad *consilia evangelica* eorumque publicam profes

sionem in Religiosis institutis ab Ecclesia approbatis indicatur primum tum error theoreticus sub duplici sua forma, quo professio religiosa vel absolute et in se illicita, vel nostra aetate publico societatis bono contraria esse dicitur, tum practica iuris Ecclesiae violatio per leges iniquas. Errori opponitur doctrina catholica. 1. Considerando *statum perfectionis* in observatione consiliorum evangelicorum per se et secundum substantiam, *is est iuris divini.* Non sane quod haec observatio consiliorum singulis praecepta sit, sic enim iam necessaria mandata essent, non vero consilia: sed quod *Christus ipse pro Ecclesia praemonstravit in suio evangelio hunc statum perfectionis.* Unde observatio consiliorum a Divino Fundatore commendata suae Ecclesiae tamquam pretiosum cymelion ad ipsam sponsam ac reginam ornandam varietatibus, si in se et secundum substantiam spectetur, pertinet ad praerogativam sanctitatis, qua Ecclesia iugiter fulgere debet; atque adeo status perfectionis in consiliis evangelicis sequendis ex sua natura et essentia est res Ecclesiae corporis mystici. 2. Hinc si status idem perfectionis spectetur secundum suam formam in religiosis institutis, *leges constituentes et normae dirigentes potestati et iurisdictioni solius Ecclesiae subsunt;* leges summa auctoritate vel ipsa tulit, vel a sanctissimis viris propositas probavit. Ex his 3. consequitur ab omnibus tenendum esse, *hanc vitae rationem in consiliorum observatione apostolicae doctrinae consentaneam esse et ad perfectionem christianam conducere;* eos vero, qui vocati sunt, laudabiliter sequi vitam regularem in approbatis institutis, et teneri observare quae voverunt. 4. Denique concluditur, *iura et obligationes*, de quibus in contextu sermo est, *fundari in supernaturali Dei lege et ordinatione.* Quibus verbis non dicitur, ipsa instituta religiosa, seu ipsam hanc determinatam formam vitae regularis esse immediate iuris divini; sed quoniam ordines religiosi non sunt nisi ab Ecclesia approbata applicatio iuris divini de observatione consiliorum evangelicorum et de sequenda perfectione christiana; profecto ipsa *vita regularis generatim spectata fundatur in supernaturali iure divino.* Unde ex ipsa natura rei constat, *statum religiosum tum secundum substantiam tum secundum media particularia et*

directionem ad suum finem spiritualem nonnisi eccl. pot stati et iurisdictioni subiici, eo ipso, quod iura et obligati nes circa hanc materiam fundantur in supernaturali Dei le et ordinatione. Quod quidem de votis et obligationibus p vota susceptis per se clarum est. Condemnatio subnexa duplic erroris theoretici et iniquitatis practicae videbatur ponenda si determinatione gradus, quamvis prima pars, *quatenus dicit professio religiosa illicita*, sit *haeresis manifesta*. Si ha censuram placeret exprimere, potius specialis Canon inserendi esset; id vero in re adeo manifesta non videbatur nece sarium.

In postrema § *ius Ecclesiae possidendi bona tempo ralia* declaratur et vindicatur adversus falsa principia et s cundum ea perpetratas spoliationes recentiori aetate inval scentes. Principia, quibus usurpationes et latrocinia condecc rare solent, exponuntur duo generalia, publice ab ipsis legis latoribus in suis comitiis non semel proclamata. Et sane a alterutrum ex his duobus necessario pertinent *praetextu* omnes, *qui legalibus spoliationibus* obducantur: *vel ut iu possidendi, quamvis Ecclesiae non simpliciter negetur, di catur tamen iugiter pendere a suprema potestate politica vel ut ipsum ius proprietatis negando bona eccles. dicantu bona communia, seu quod aiunt bona nationalia.* Ratione vero ad haec ipsa principia coloranda iterum confinguntur du plicis speciei. Vel enim ex eo, quod Ecclesia societas est spi ritualis, deducunt, nullum ei ius esse posse in bonis tempora libus*); vel negantes Ecclesiae independentiam eamque in rebu

*) Recentiores sub impia quadam hypocrisi vel ludifica tione haec dicunt; fuit autem istud proprium principium er roris in sectis fanaticis medii aevi, tum etiam *Wicleffitarum* In Conc. Constantiensi a Martino V damnati sunt Wicleffi ar ticuli 10, 32, 36, 39, 44: in quibus dicitur Ecclesiasticis illi cita et contra regulam Christi possessio bonorum tempora lium. Inter articulos, de quibus in eadem bulla „Inter cun ctas" iubentur interrogari suspecti haereseos, est 34: utrun credat, quod licet personis ecclesiasticis absque peccato huiu mundi habere possessiones et bona temporalia? (Hard. Col Conc. VIII. 910. ss.)

externis et socialibus subiicientes potestati politicae, etiam bona ecclesiastica considerant tamquam bona nationis sub libera dispositione supremae potestatis civilis.*) Contra hanc non modo doctrinae catholicae de Ecclesia sed etiam notionum iusti ac recti perversionem opponuntur in schemate *tria principia de Ecclesia societate visibili, perfecta, ac supernaturali*, quatenus cum his ius possidendi cohaeret. 1. Quoniam Ecclesia est societas visibilis ex hominibus inter homines constituta, utitur ad suam missionem et ad suum finem etiam bonis externis. Possessionum Ecclesiae finis proximus est triplex, qui etiam in iure positivo bonis eccles. assignatur, ad ministrorum nempe sustentationem, ad cultum Dei externum promovendum, ad opera caritatis ac pietatis. Quoniam vero ius est Ecclesiae imo et officium ad finem a Christo sibi propositum consequendum, eo ipso etiam ei ius est ad media per se connexa cum hoc fine. 2. Hoc ius eo manifestius in ipsa Ecclesiae constitutione fundatur, quod ea a Christo instituta est sicut visibilis societas ita non minus societas perfecta, et in suo ordine a potestate politica independens. Inde enim necessario consequitur, ei ius esse ex sese et ex suis facultatibus provi-

---

*) Hoc est principium pseudopoliticorum nostrae aetatis, eo modo, ut in Schemate exhibetur, tum in Comitiis Subalpinis tum passim alibi propugnatum. Idem defenderunt *Marsilius Patavinus* et *Ioannes Iandunensis*, quorum articuli V haeretici et erronei damnati sunt a *Ioanne XXII* in Bulla „Licet iuxta." Primus articulus inter damnatos is est, quo aiebant: Christum solvendo tributum Caesari, (Matth. 17, 27) hoc fecisse non condescensive et liberalitate suae pietatis sed necessitate coactum. Ex hoc vero errore, quem Pontifex ibi condemnat, porro illi concludebant, eccl. possessiones omnes esse in potestate Imperatoris. Subdit enim Pontifex: „ex praedicto autem dicto suo nituntur concludere praefati viri reprobi, quod omnia temporalia Ecclesiae subsunt imperatori et ea potest accipere velut sua." Nostra aetate a SS. D. N. Encyclica „Quanta cura" damnatus est error, quo dicitur: „conforme esse s. theologiae iurisque publici principiis, bonorum proprietatem, quae ab Ecclesiis, a familiis religiosis, aliisque locis piis possidentur, civili gubernio asserere et vindicare." In Syllabo damnatur prop. 26: „Ecclesia non habet nativum ac legitimum ius acquirendi ac possidendi."

dendi tum cultui divino tum ministris suis tum operibus sit ex sua natura et ex suo fine propriis. 3. Denique ex eo, quo Ecclesia societas est supernaturalis, (suppositis iis, quae iam dicta sunt) consequitur, *bona* ipsa *ecclesiastica induere character sacrum, cum sint ad finem supernaturalem specialius Deo dicata, eoque sanctius esse ius Ecclesiae in suis bonis possidendis.* Hinc inter errores in Encyclica „Quanta cura“ a Summo Pontifice (Pio IX) damnatos etiam is est, qui dicitur: „excommunicationem a Conc. Trid. et a Rom. Pontificibus latam in eos, qui iura possessionesque Ecclesiae invadunt et usurpant, niti confusione ordinis spiritualis ordinisque civilis ac politici ad mundanum duntaxat bonum prosequendum.“ Suspecti haereseos *Wicleffi* et *Hussi* ex bulla Martini V „Inter cunctas“ et „In eminenti“ interrogandi erant art. 35. 36 „utrum credant, quod laicis ipsa (bona temporalia) ab eis (personis eccl.) auferre propria potestate non liceat; imo quos sic auferentes, tollentes et invadentes bona ipsa ecclesiastica sint tamquam sacrilegi puniendi, etiamsi male viverent personae ecclesiasticae bona huiusmodi possidentes.“ Item: „utrum credant, quod huiusmodi ablatio et invasio cuicunque sacerdoti etiam male viventi temere vel violenter facta vel illata inducat sacrilegium?“

Conclusio. Haec sunt, quae generatim visum nobis est Christifideles circa Ecclesiam Christi docere; his autem contraria certis et propriis *Canonibus* in hunc, qui sequitur, modum damnare, ut omnes, adiuvante Christo, fidei regula utentes catholicam veritatem facilius agnoscere et tenere possint.

Canon 1. Si quis dixerit, *religionem in nulla peculiari societate ab ipso Christo fundata extantem et expressam esse, sed a singulis seorsum, non habita ratione ad ullam societatem, quae vera ipsius Ecclesia sit, rite observari et excoli posse*, anathema sit.

Adnotatio ad Can. 1. Canon 1 statuitur contra novatorum hominum, et nominatim *independentium* quos vocant, haereticam doctrinam, qui facto discrimine inter *religionem christianam* et inter *christianam societatem*, negant a Christo

stitutam fuisse peculiarem quamdam societatem, in qua ipsius ligio excoleretur et expressa veluti extaret; sed contendunt, hristi religionem posse a singulis seorsum extra omnem so- etatem, quae Christi Ecclesia dicatur, rite observari. Fuerunt tem, qui priorem hanc Canonis partem ita expressam vel- nt: „Si quis dixerit, nullam a Christo Domino fundatam esse eculiarem societatem, in qua tantum divina ipsius religio xtaret atque expressa esset, adeo, ut christiana religio a sin- ulis seorsum etc.

Canon 2. Si quis dixerit, *Ecclesiam a Christo Domino ullam certam ac immutabilem constitutionis formam acce- isse, sed aeque ac reliquas hominum societates pro tem- orum diversitate vicissitudinibus et transformationibus sub- ectam fuissse aut subiici posse*, anathema sit.

Adnotatio ad Can. 2. Canon 2 statuitur contra nova- ores vetustiores et contra recentiores, qui ab illis descende- unt, *totius christiani ordinis perturbatores*, negantes: Chri- tum Dominum dedisse Ecclesiae determinatam ac immuta- ilem constitutionis formam; tum affirmantes: Ecclesiam Chri- ti obnoxiam esse communi societatum sorti, qua eaedem una um rebus humanis subsunt temporum vicissitudinibus et con- inuis transformationibus. Quae quidem aeque ac superioris anonis doctrina claris disertisque Scripturarum testimoniis pponitur, iuxta quae divinus Ecclesiae auctor omnem eccle- iastici regiminis potestatem uni contulit, eique plane definito ominum ordini, qui illam iugi successione ad finem usque eculorum in Ecclesia Dei teneret atque exerceret.

Canon 3. Si quis dixerit, *divinarum promissionum Ec- lesiam non esse societatem externam ac conspicuam, sed otam internam ac invisibilem*, anathema sit.

Canon 4. Si quis dixerit, *veram Ecclesiam non esse unum in se corpus, sed ex variis dissitisque christiani no- minis societatibus constare, per easque diffusam esse; aut varias societates ab invicem fidei professione dissidentes at-*

que communione seiunctas tamquam membra vel parti unam et universalem constituere Christi Ecclesiam, ana thema sit.

Adnot. ad Can. 3. et 4. Canon 3 statuitur contra nc vatorum sectas, a quibus Christi Ecclesia, cui factae sur promissiones, invisibilis asseritur ac latens. *Canon 4* contr eos directus est, qui evertunt visibilem Ecclesiae unitatem Quare *haeresis* damnatur 1. *Latitudinariorum* quos vocan iuxta quos ad Christi Ecclesiam pertinent omnes, qui in varii christiani nominis communionibus existentes conveniunt in ar ticulis quibusdam, quos fundamentales appellant, et propter dicunt, veram ac universalem Christi Ecclesiam per omne christiani nominis societates esse diffusam, neque pendere Ec clesiam Christifidelium ab externis quibusdam societatis for mis, sed illam constitui ex universis fidelibus in Christum ver credentibus, qui existunt in omnibus christiani nominis socie tatibus, licet hae per externas quasdam formas ab invicem dissideant. 2. *Anglicanorum* affirmantium, unam ac univer salem Christi Ecclesiam neque invisibilem esse, neque ubiqu per christianas sectas diffusam, neque etiam certa constituti onis forma destitutam, sed constare tribus definitis societati bus ceu totidem membris sive partibus, nimirum *Societat Anglicana*, *societate Graeco-schismatica*, et *societate Ro mano-catholica*, licet eaedem societates separatae ab invicem sint sive fidei professione, sive communione corporis, ita, ut contendant, societates alias ab huius, i. e. Ecclesiae verae cor poris communione seiunctas vel a plena professionis fidei uni tate dissentientes membra esse aut partes Ecclesiae Iesu Christi. At vero dogma fidei est, visibilem Ecclesiae univer salis unitatem constare apprime unitate tum professionis fidei tum communionis.

Canon 5. Si quis dixerit, *Ecclesiam Christi non esse societatem ad aeternam salutem consequendam omnino ne cessariam, aut homines per cuiusvis religionis cultum sal vari posse*, anathema sit.

Canon 6. Si quis dixerit, *intolerantiam illam, qua Ec-*

clesia Catholica omnes religiosas sectas a sua communione separatas proscribit et damnat, divino iure non praecipi; aut de veritate religionis opiniones tantum non autem certitudinem haberi posse, ideoque omnes sectas religiosas ab Ecclesia tolerandas esse, anathema sit.

Adnot. ad Can. 5. et 6. Canon 5 est contra haereticam *indifferentismi* sententiam, quasi Christi Ecclesia non sit ad salutem consequendam necessaria. Hoc autem contrarium esse verbo divinitus revelato in capite doctrinae declaratur. *Canon 6* statuitur 1. contra vetustos .et recentes Ecclesiae accusatores, condemnantes eam Ecclesiae intolerantiam, qua ipsa separatas a sua communione sectas damnat, itemque negantes id divino iure praecipi; quod est aperte contra divinam revelationem in capite doctrinae propositam; 2. contra vulgarem incredulorum impietatem, qui religionis christianae veritatem ad subiectivas hominum opiniones revocant, ita, ut circa illam obiectiva certitudo haberi nequeat; ideoque omnes religiones sectasque ab Ecclesia tolerandas esse praecipiunt. Sed hoc pariter revelatae doctrinae adversari, cap. 6 et 7 declaratur.

Canon 7. Si quis dixerit, *eandem Christi Ecclesiam posse offundi tenebris, aut infici malis, quibus a salutari fidei morumque veritate aberret, ab originali sua institutione deviet, aut depravata et corrupta tandem desinat esse*, anathema sit.

Adnot. ad Can. 7. Canone 7 eorum damnatur sententia, qui contendunt 1. Ecclesiam Christi iis paulatim tenebris offundi posse, ut eadem ab originali sua institutione circa fidem et mores aberret; 2. ita eam posse corrumpi, ut tandem penitus desinat esse. Hanc fuisse antiquorum haereticorum sententiam enarrat *Dion. Petavius* de Poenit. publ. l. 1. c. 3. itemque eandem fuisse *Lutheri* et *Calvini* vocem, dicentium se Papismi corruptionem deserere et antiquam puritatem repetere. Eiusdem rei testis est *Cassander*, qui (uti legitur in Bibl. Belg. t. 1. apud *Zaccariae* Antifebr. t. 1.) dum in haereticorum scriptis curiosius indagandis ac legendis versatur, haereseos notam vix effugit. Et dum in componendis religionis

dissidiis se ponit sequestrum atque arbitrum, a recta fidei semita nimium quantum exorbitasse visus est. Docebat enim nullam haeresim sic errare, ut a salute abducat, quamdiu in Christum creditur, vel apostolicum symbolum tenetur; Ecclesiam item catholicam non disciplinae solum et morum integritate sed et in doctrinae sinceritate defecisse, licitumque esse homini christiano in articulis fidei orthodoxae dubitare quod impium est et temerarium. Eadem erat, quod ad mores attinet, sententia *Arnaldi,* qui apud *Petavium* ita loquitur Ecclesiam corrumpi posse in moribus in plerisque suis membris, et degeneraturam paulatim a prima puritate, prout progredietur versus finem mundi; se describere corruptionem Ecclesiae, et deplorare misericordia commotum morum et disciplinae prolapsionem, ut Ecclesia restituatur in pristinum statum. Sed apertior et generalior est de obscuratione veritatum in Ecclesia *Pistoriensium* a Pio VI per Constit. „Auctorem fidei" damnata propositio, quae asserit: „postremis hisce seculis sparsam esse generalem obscurationem super veritates gravioris momenti, spectantes ad religionem, et quae sunt basis fidei et moralis doctrinae Jesu Christi," ut haeretica. Et haeretica profecto est etiam sententia, ita Ecclesiam posse corrumpi, ut a vera sua constitutione deficiat, et vera Ecclesia esse desinat. Ita haeretici novatores, et ita apud *Petavium Arnaldus*, inquiens: „Veram Ecclesiam non esse coetum constantem Papa, Eppis, presbyteris, doctoribus monachis et plebe, qualem eam videmus; nec eiusmodi corpus posse censeri Ecclesiam alio sensu, nisi quia successit verae Ecclesiae; quemadmodum si aquae lutulentae et corruptae, quae impleret alveum fluvii, cuius aqua fuisset olim limpida, viva ac salubris, nomen imponeretur eiusdem fluvii, quamvis mutati corruptione, quae successit; nec sane posse Ecclesiam vocari, nisi eam, quae 600 postremos annos antecessit." Quibus significatur, sic esse Ecclesiam posterioribus seculis depravatam, ut vera Christi Ecclesia esse desierit. Eodem pertinent ex iis nonnulli, qui nunc maxime impugnant Romani Pontificis praerogativas.

Canon 8. Si quis dixerit, *praesentem Christi Ecclesiam non esse ultimam ac supremam consequendae salutis oecono-*

miam, sed expectandam esse aliam, per novam vel pleniorem divini Spiritus effusionem, anathema sit.

Canon 9. Si quis dixerit, *Ecclesiae infallibilitatem ad ea tantum restringi, quae divina revelatione continentur, nec ad alias etiam veritates extendi quae necessario requiruntur, ut revelationis depositum integrum custodiatur*, anathema sit.

Adnot. ad Can. 8 *et* 9. Canone 8 damnantur *fanaticorum* sectae, quae inde a primis Ecclesiae seculis continua prope serie semet exceperunt, praetendentes, praesentem Christi Ecclesiam non esse ultimam et supremam consequendae salutis oeconomiam, sed aliam, quae futura sit perfectior, expectandam esse, eamque fore Ecclesiam vere spiritualem vel Ecclesiam Spiritus S. Docent ergo damnatam superius haeresim, institutam a Christo Ecclesiam ad finem usque seculorum non esse duraturam. *Canon 9*, qui circa Ecclesiae infallibilitatem versatur, unum manifesto supponit, alterum clare ac perspicue adsignificat seu indirecte docet, et tertium directe exprimit et sancit. Supponit uti fidei dogma veritatem, qua Ecclesia dicitur infallibilis; adsignificat aperte, proprium immediatumque infallibilitatis obiectum credi oportere revelatum Dei verbum, sive quidquid revelatione divina continetur; significat autem, proprii quidem sed mediati sui obiecti ambitum non finiri, nisi necessariis ad ipsum Dei verbum custodiendum praesidiis ac conditionibus. —

Canon 10. Si quis dixerit, *Ecclesiam non esse societatem perfectam sed collegium, aut ita in civili societate seu in Statu esse, ut seculari dominationi subiiciatur*, anathema sit.

Canon 11. Si quis dixerit, *Ecclesiam institutam divinitus esse tamquam societatem aequalium; ab Eppis vero haberi quidem officium et ministerium, non autem propriam regiminis potestatem, quae ipsis divina ordinatione competat, quaeque ab iisdem sit libere exercenda*, anathema sit.

Canon 12. Si quis dixerit, *a Christo Domino et Salvatore nostro Ecclesiae suae collatam tantum fuisse potes-*

tatem dirigendi per consilia et svasiones, non vero etiam iubendi per leges, ac devios contumacesque exteriori iudicio ac salubribus poenis coercendi atque cogendi, anathema sit.

Adnot. ad Can. 10—12. Hi tres Canones pertinent ad Ecclesiae constitutionem. Et Canone quidem 10 tres condemnantur haereses: 1. eorum, qui generatim negant Ecclesiam esse societatem perfectam; 2. eorum, qui speciatim affirmant, Ecclesiam non esse nisi collegium; 3. eorum, qui contendunt, Ecclesiam, ut quae in Statu sit, seculari dominationi esse subiectam. Tria autem illa a novatoribus, ab eorum iurisconsultis, et sequentibus illos pseudopoliticis negari liquet ex superius dictis; eadem divinae revelationi immediate opponi, ibidem exponitur. Eodem spectant haec SS. D. N. in Alloc. habita die 9 Jun. 1862, quibus eorum reiicit sententiam, qui haud erubescunt asserere, philosophicarum rerum morumque scientiam, itemque civiles leges posse et debere a divina revelatione et Ecclesiae auctoritate declinare, et Ecclesiam non esse veram perfectamque societatem plane liberam, nec pollere suis propriis et constantibus Juribus sibi a divino suo fundatore collatis, sed civilis potestatis esse, definire quae sint Ecclesiae iura et limites, iutra quos eadem iura exercere queat. *Canone 11 et 12* specialia damnantur consectaria, quae cum generali haereticorum thesi superius condemnata cohaerent: scilicet 1. in Ecclesia omnium iura esse aequalia; 2. Eppos non habere proprie dictam potestatem iurisdictionis, sed tantum ministerium; 3. in exercenda potestate, quae iisdem Eppis concessa fuit, non esse eos liberos, sed seculari imperio obnoxios; de qua perversitate cf. super. adnotationes, quibus pariter illa impietatis placita ut fidei contraria ostenduntur. „Sane veritas catholica est, scribit *Suarez*, (def. fid. cath. l. 3. c. 6.) dari in Ecclesia spiritualem potestatem verae et propriae iurisdictionis, per quam possit christianus populus in ordine ad salutem animae convenienter gubernari. Haec assertio de fide certa est, ut communi consensu catholici docent, et probatur apertissimis Scripturae testimoniis.“ Et in literis ad Card. Rupefucaldiensem scribit *Pius VI:* „Perlegantur assertiones Conc. Senonensis inchoati anno 1527 contra *Lutheranorum* haereses,

tud profecto quod basis est et fundamentum decreti matri-onialis, de quo agitur, expers esse ab haeresis nota videri on potest. Sic enim se explicavit Concilium: — *Marsilius 'atavinus* hostiliter Ecclesiam insectatus et terrenis Princi-ibus impie applaudens, omnem Praelatis adimit exteriorem irisdictionem, ea duntaxat excepta, quam secularis largitus ierit magistratus. Omnes etiam sacerdotes, sive simplex sa-erdos fuerit, sive Eppus, AEppus, aut etiam Papa, aequalis x Christi institutione asseruit esse auctoritatis, quodque alius lus alio auctoritate praestet, id ex gratuita laici principis oncessione vult provenire, quod pro sua voluntate possit re-ocare. Verum ex SS. Literis coercitus est delirantis huius hae-etici immanis furor, quibus palam ostenditur, non ex princi-um arbitrio dependere eccles. potestatem, sed ex iure divino, uo Ecclesiae conceditur leges ad salutem condere fidelium, t in rebelles legitima censura animadvertere; iisdem quoque iteris aperte monstratur, Ecclesiae potestatem longe alia qua-is laica potestate non modo superiorem esse, sed et digniorem. eterum hic Marsilius et ceteri praenominati haeretici adver-us Ecclesiam impie debacchati certatim eius aliqua ex parte ituntur diminuere auctoritatem.“ *Canone 12* damnatur eorum aeresis, qui nominatim triplicem potestatem, legiferam, iudi-iariam et coercitivam Ecclesiae denegant. — *Pius VI* Pisto-iensium propositionem, qua Ecclesiae iurisdictio ad meram vasionis potestatem revocatur, damnavit uti haereticam.

Canon 13. Si quis dixerit, *veram Christi Ecclesiam, extra quam nemo salvus esse potest, aliam esse praeter unam sanctam catholicam et apostolicam Romanam*, ana-hema sit.

Adnot. ad Can. 13. Canone 13 tres profligantur errores, nimirum duo expressis verbis, tertius actu, ut aiunt, exercito. 1. Expressis verbis et directe condemnatur haereticorum sen-entia, qua negant Ecclesiam veram esse unam etc. 2. Verbis quidem expressis sed indirecte ac propositione incidente, ne-minem extra illam posse salvari; 3. actu ipso exercito, Eccle-

siam non habere potestatem, illa duo dogmata definiendi, q
est doctrina *Fr. Vigil*, vulgata in opere: *Defense de*
auctoritade de los Gobernios etc. a SS. D. N. literis ap
10 Iun. 1851 condemnato, ut quod propositiones contin
scandalosas, falsas, temerarias, impias et haereticas.

(Canones XIV—XVI de Primatu Romani Pontificis
nant, hic proin exmittuntur.)

Canon 17. Si quis dixerit, *potestatem ecclesiastic*
independentem, quam Ecclesia Catholica sibi a Christo t
butam esse docet, supremamque potestatem civilem non po
simul consistere, ita, ut iura utriusque salva sint, a
thema sit.

Adnot. ad Can. 17. Canone 17 directe damnatur im
eorum doctrina, qui negant inter duas supremas potestat
ecclesiasticam et civilem, unionem et concordiam posse co
sistere, in qua utriusque iura salva sint. Eiusmodi autem se
tentiam adversari verbo divinitus revelato, cap. 11 Schema
declaratur. Indirecte autem per appositum „independentem"
per propositionem incidentem „quam Ecclesia cath. sibi
Christo tributam esse docet," eorum haeresis condemnatur, q
concordiam inter utramque potestatem ex dependentia potest
tis ecclesiasticae a civili repetunt. — Quae quam sint divin
per Christum institutioni contraria, in Cap. 11 docetur. A
utriusque autem societatis potestatisque habitum declarandu
iuxta doctrinam catholicam spectant tum *Gregorii XVI* E
cyclica de 18 Kal. Sept. 1832 circa *Lamennaisii* doctrinam
tum quae scripsit super principiis Constitutionis Cleri ad Car
Rupefucaldium a. 1791 *Pius VI.* (Textus non describimu
cum in nostris *Monum. Cath.* iam occurrant.)

Canon 18. Si quis dixerit, *potestatem, quae ad regendam civilem societatem necessaria est, non esse a Deo, aut eidem ex ipsa Dei lege subiectionem non deberi, aut eam naturali hominis libertati repugnare*, anathema sit.

Adnot. ad Can. 18. Canone 18 tria, quae immediate opponuntur revelationi divinae, tamquam haeretica damnantur. Ad quae faciunt, quae in *Pii VI* Alloc. habita in Cons. secr. d. 29 Mart. 1790 continentur, (Contra decreta Conventus Nat. Gallicani in nostris *Monum. Cath.* vulgata.) item in literis ad Card. Rupefucaldium a. 1791. (ibid.)

Canon 19. Si quis dixerit, *omnia inter homines iura derivari a Statu politico, aut nullam nisi ab ipso communicatam dari auctoritatem*, anathema sit.

Adnot. ad Can. 19. Canone 19 condemnatur monstrum doctrinae de *Statu*, quem vocant *omnipotentem*, a quo omnia iura inter homines dimanent, et cuius sit omnis inter homines auctoritas.

Canon 20. Si quis dixerit, *in lege Status politici vel in publica hominum opinione constitutam esse pro publicis ac socialibus actionibus supremam conscientiae normam; aut ad easdem non extendi Ecclesiae iudicia, quibus ea de licito et illicito pronunciat; aut vi iuris civilis fieri licitum, quod iure divino vel ecclesiastico est illicitum*, anathema sit.

Adnot. ad Can. 20. Canon 20 statuitur contra eiusdem superioris monstri consectarium, quo contenditur 1. in publicis rebus ac socialibus legitimam conscientiae normam sitam esse in lege Status, qui sit omnis iuris fons et norma, aut in publica quam dicunt hominum opinione; 2. iudicia vero Ecclesiae circa licitum vel illicitum ad huiusmodi publicas et sociales actiones et res non pertinere. Postremo hoc commento aperte negatur, quod circa Ecclesiae magisterium eiusque obiectum sancitum est uti de fide tenendum; priori autem illo

negatur, supremam ac necessariam conscientiae omniumque humanarum actionum normam esse in Dei lege sitam, ut in Cap. 12 declaratur.

Canon 21. Si quis dixerit, *leges Ecclesiae vim obligandi non habere, nisi quatenus civilis potestatis sanctione firmantur; aut eidem civili potestati vi suae supremae auctoritatis competere, in causis religionis iudicare et decernere,* anathema sit.

Adnot. ad Can. 21. Canone 21 damnantur eorumdem pseudopoliticorum doctrinae, de quibus superius dictum est, quique praetendunt, Ecclesiae leges nullam vim obligandi habere, nisi potestatis civilis sanctione firmentur, aut eandem civilem potestatem posse vi supremae suae auctoritatis de causis religiosis iudicare ac statuere. — Sed „veritas catholica est, ait *Suarez*, (contra Reg. Angl. de Prim. S. P.) reges temporales, ut tales sunt, seu ratione suae iurisdictionis supremae in principatu politico, nullam habere in Ecclesia spiritualem potestatem.“ (Citatur rursum *Pius VI* in literis ad ad Card. Rupef. 1791. et Alloc. *Pii IX* de 9. Iun. 1862.) —

2030.

Ex **Schemate** Constitutionis de **Episcopis.** 1869.

Cap. I. — Dum autem debitum obsequium et obedientiam erga seculi Potestates populis praedicant (Eppi), *Ecclesiae huiusque Apost. Sedis iura et Eppalis ministerii libertatem* omnes unanimes atque idipsum invicem sentientes, collatis inter se consiliis, coniunctisque studiis et viribus strenue tueantur, ut bonus communis causae exitus communi sit tutela ac defensione tutior. Nihil vero admittant, quod dignitatis suae decorem et gravitatem dedeceat, et Tridentinae Synodi hac de re monita ob oculos habeant. (Sess. 25. c. 17. de ref.) *Principes* demum *et Magistratus paterne requirimus, ut sacros Ecclesiae Antistites ac ministros, eorumque optimam operam valido suo patrocinio et praesidio tegere ac tueri studeant*, quo ab omnibus ecclesiasticae auctoritati et dignitati debitus exhibeatur honor, observantia, et obedientia; *scientes, Eppos, cum Ecclesiae causam tum eorum Regni agere et salutis*, ut provinciarum suarum quieto iure potiantur, (Leo M. ep. 43. al. 34.) ab iisque pro pastorali munere illorum potissimum hominum improbitatem esse cohibendam, et coercendam audaciam, qui mentes pervertere, moresque corrumpere nefarie commoliuntur.

In *Adnotationibus* haec habentur: — Ad tramites Conc. Trid. Sess. 25. c. 17 de ref. actum est de convenientia et necessitate, ut Eppi una cum gravitate vitae dignitatem etiam suam sustineant, eique numquam *per abiectam erga seculi Potestates servilitatem* dedecus inferant. Sufficere visum est denuo inculcare perspicua et gravia hac de re Trid. Concilii verba. — Spectata funesta horum temporum ad depri-

mendam et vilipendendam auctoritatem ecclesiasticam et Pra latorum dignitatem dispositione, *omnino esse necessariu videtur, ut a futuro Concilio Principes et populi ad ven randos sacros Pastores, iisque obediendum et obsequiu praestandum excitentur.*

2031.

Epistola **Cardinalis a Secretis Status** ad Nur tium Apostolicum Parisiensem dd. 19 Marti 1870: in qua obiectiones **Ministri Gallici** con tra discussiones Concilii **de Ecclesia, Roman Pontifice, huiusve infallibilitate** propositae el duntur. (ex Gall.)

D. Marchio *de Banneville*, Legatus Suae Mattis postre mis his diebus mihi legendam communicavit notam, eidem d 20 Februarii elapsi a D. Comite *Daru*, Ministro externorur negotiorum in materia Concilii scriptam. In hac communica tione, cuius paria idem D. Legatus mihi omisit, praelaudatu Minister in memoriam revocando *resolutionem Gubernii Gal liae, vi cuius in deliberationibus Concilii generalis parter capere haud optat*, eodem tempore, quo plenam et absolutar libertatem Concilii sartam tectamque esse vult, declarat *huiusmodi resolutionem ortam esse ex suppositione, han venerandam Congregationem se unice sacris negotiis fide occupaturam, et a pertractandis quaestionibus pure politic ordinis abstenturam.* Ast, cum *in augustanis ephemeridibu vulgati Canones, ad proiectum Constitutionis de Ecclesia e de Romano Pontifice pertinentes*, demonstraverint, isthic d decisione agi, *num potestas Ecclesiae et Capitis eiusdem a totum complexum politicorum iurium extendatur;* hinc Gu bernium, semper constans in proposito suo, deliberationibu augusti conventus in hoc quoque puncto integram libertate omittendi, virtute Concordati sibi competente iure, Concilio su

per quaestionibus huiusmodi mentem suam adaperiendi, uti intendit. Examini porro subiiciendo suprafatos Canones, e tenoribus eorundem sequentes duas propositiones deducit, scilicet: *infallibilitas Ecclesiae non extendit se solummodo ad depositum fidei, sed etiam ad omnia, quae ad conservationem istius depositi necessaria sunt;* et secundo: *Ecclesia est societas divina, et perfecta, cuius potestas ad duplex forum, internum quippe, et externum se extendit, absolutaque est in ordine legislativo, iudiciario, coercitivo, atque ab eadem plena libertate, et independentia a quacunque civili auctoritate exercetur.* Hinc, adinstar corollarii utriusque huius propositionis, concludit: infallibilitatem ad omnia, quae pro defensione veritatum revelatarum necessaria censentur, extendi, atque ideo ad facta quoque sive historica, sive philosophica, sive scientifica, revelationi extranea; porro, supremae auctoritati Ecclesiae absolute subordinari fundamentalia principia societatum civilium; iura et officia guberniorum; iura et officia politica sive electoralia, sive municipalia civium; omnia, quae ad ordinem iudiciarium ac legislativum, tum in respectu personarum, tum in respectu rerum pertinent; regulas publicae administrationis; iura et officia consociationum, denique omnia, in genere, iura status, non exclusis etiam iuribus acquisitionis, pacis et belli. Post ista digreditur D. Minister ad indicandam profundam impressionem, quam sola enuntiatio similium doctrinarum in universo mundo producere debebit; et eodem tempore quaestionem ponit: *quomodo sit possibile, ut Eppi consentiant ad renuntiandum suae auctoritati Episcopali, concentrando illam in manibus unius; et quomodo potuerit cogitari, Principes summam potestatem suam suprematiae aulae Romanae submissuros esse?* Demum ex his omnibus expositis concludendo, *in Concilio politica et neutiquam religiosa negotia pertractari,* D. Comes *Daru* postulat, *ut Gubernia audiantur, vel saltem admittantur ad praestandum testimonium de charactere et conformatione spiritus populorum, quos repraesentant;* et speciatim, — *cum Gallia propter peculiarem protectionem statuum Pontificiorum, quam a 20 annis exercuit, prorsus singularia officia adimplenda habeat, — concedatur Gu-*

bernio huius nationis exercitium sui iuris, vi cuius proiect Politicam concernentia eum eodem communicentur, atqu necessarium tempus, quo idem suas observationes Concil exhibere possit, priusquam illud quidpiam hoc in punc decideret. Iste est extractus notae, per D. Marchionem d Banville mecum communicatae, quam ad notitiam Illmae a Rssmae DVrae perferre opportunum censui, eo etiam scop ut eidem nonnullas breves reflexiones, ad clarificanda puncta per D. Ministrum attacta, necessarias communicem, et ad de ductiones ipsius in materia argumentorum, deliberationi conci lii substratorum, respondeam.

Et primo quidem non possum praetermittere, quin mani festarem Illmae ac Rssmae DVrae solatium, quo SSmus Pate declarationem, in exordio notae D. Comitis *Daru* expressam ac successive repetitam, suscepit, in sensu cuius nempe *Gu bernium Galliae sibi firmiter proposuit, se suspicere, et i omni casu suspicere velle plenam libertatem Concilii*, tum in discussione Constitutionis, de qua isthic agitur, tum in di scussione quarumvis aliarum, quae deliberationi venerabili istius conventus subiiciendae erunt. Haec declaratio, quae Gu bernio catholicae nationis summo honori cedit, a sancta Sed instar naturalis sequelae illius protectionis consideratur, quam Gallia in respectu eiusdem a viginti et amplius annis exercet protectionis — inquam — quae Summum Pontificem saepius ad palam contestandam suam gratitudinem permovit, qui ple nam eiusdem significationem omni quidem tempore, sed ma xime in praesentibus circumstantiis non agnoscere ac summi facere non potest.

Verum propius accedendo ad obiectum notae D. Comitis *Daru*, ingenue mihi dicendum est, *me comprehendere non posse: quomodo potuerint declarationes, in proiecto Consti tutionis de Ecclesia, et in eo pertinentibus canonibus, per Augustanas ephemerides, violato secreto pontificio, publica tis, contentae in animum Cabineti Galliae tam gravem et profundam impressionem exercere, ut illud ad mutandam agendi rationem, quam sibi in respectu deliberationum Con cilii Vaticani praefixerat, permoveat.* Argumenta, quae in isto proiecto Constitutionis et in eo pertinentibus Canonibus

pertractantur, — quascunque demum mutationes subire possint iudicio et decisione Epporum — nihil aliud exhibent, quam *expositionem fundamentalium axiomatum et principiorum Ecclesiae*, quae principia in actis praecedentium Conciliorum generalium saepius iam repetita, in quibusdam constitutionibus pontificiis, in omnibus catholicis statibus promulgatis, evoluta fuere, signanter vero in celebribus dogmaticis Bullis, quae incipiunt: *Unigenitus* et *Auctorem Fidei*, ubi omnes praelaudatae doctrinae confirmatae et sanctione donatae reperiuntur; principia tandem, quae constanter basim institutionis omni epocha ecclesiae, atque in omnibus catholicis scholis constituerunt, cum concursu innumerabilis legionis ecclesiasticorum scriptorum, quorum opera in publicis Lycaeis, etiam gubernialibus praeleguntur, absque ulla contradictione civilis auctoritatis, imo haud infrequenter cum expressa eiusdem approbatione et stimulatione. Multo minus possibile mihi foret admittere characterem et extensionem, quae per D. Ministrum doctrinis, in praefatis canonibus contentis, attribuuntur. Nam virtute eorundem *nec Ecclesiae, nec Romano Pontifici vindicatur directa et absoluta potestas in totum complexum politicorum iurium*, de qua in nota sermo fit; neque subordinatio potestatis civilis sub religiosam intelligenda est in sensu ibidem exposito, sed in longe alio, ac ab illo prorsus discrepante rerum ordine. Et reipsa, Ecclesia nunquam intendebat, neque intendit ullam directam et absolutam potestatem in iura politica Status exercere. Eadem, obtenta a Deo sublimi missione, homines, sive individualiter, sive in societate constitutos ad supernaturalem finem dirigendi, per id ipsum auctoritatem et obligationem habet, iudicandi de moralitate et iustitia omnium actuum, sive internorum, sive externorum, in respectu conformitatis eorundem cum legibus naturalibus atque divinis. Et cum nulla actio, sive a suprema potestate praecepta, sive ab individuo libere posita, hoc charactere moralitatis et iustitiae exempta esse queat, hinc factum est: quod iudicium Ecclesiae, quamvis directe dumtaxat circa moralitatem actionum versetur, indirecte ad omnes res, cum eadem coniunctas extendatur. Attamen istud nequaquam significat, se directe politicis negotiis immiscere, quae secundum

praestitutum a Deo ordinem, et secundum institutionem ipsius Ecclesiae ad temporalem potestatem pertinent, citra dependentiam ab omni quacunque alia auctoritate. *Subordinatio* porro *potestatis civilis sub potestatem religiosam intelligenda est in sensu praecellentiae Sacerdotii supra Imperium, e ratione superioritatis finis unius, prae fine alterius; propterea auctoritas Imperii dependet ab illa sacerdotii, quemadmodum res humanae a divinis, temporales a spiritualibus.* Et si temporalis felicitas, quae finem civilis potestatis constituit, subordinata sit aeternae beatitudini, quae est spiritualis finis sacerdotii, hinc consequitur: ad obtinendum scopum, ad quem easdem Deus destinavit, unam potestatem subordinatam esse alteri, cum facultates earumdem eodem modo sibi subordinatae sint, quemadmodum subordinati sunt fines versus quos eaedem diriguntur.

Ex istis principiis sequitur: quod, si *infallibilitas* (non iam in sensu, per notam gallicam indicato) ad omnia illa quoque extendatur, quae ad intactum conservandum depositum fidei necessaria sunt, exhinc *nullum praeiudicium derivetur in scientias, neque in historiam et Politicam.* Praerogativa infallibilitatis nequaquam est factum catholico mundo ignotum; supremum Magisterium Ecclesiae omni tempore dictavit regulas fidei, quin propterea internus ordo statuum perturbatus fuisset, aut Principes inde inquieti reddi debuissent; quinimo isti, sapienter aestimando influxum, quem huiusmodi regulae ad rectam coordinationem civilis societatis exercuerunt, sua sponte vindices et defensores definitarum doctrinarum se fecerunt, earumque plenam et obsequiosam observantiam medio concursus regiae potestatis promoverunt. Hinc sequitur etiam, quod, si Ecclesia a Divino suo Fundatore tamquam vera et perfecta societas, a civili potestate distincta, et ab eadem independens, cum plena auctoritate in triplici ordine: legislativo, iudiciario et coercitivo, instituta fuerit, hinc prorsus nulla confusio oriatur in ordine humanae societatis, et in exercitio iurium utriusque potestatis. Cum competentia unius et alterius clare distincta, determinataque sit, pro ratione scopi, ad quem ambae diriguntur, hinc Ecclesia non exercet virtute suae auctoritatis directum, absolutum influxum in constitutiva prin-

cipia guberniorum super formis civilium regiminum, super politicis iuribus civium, super obligationibus status et super aliis punctis, in Nota D. Ministri indicatis. Ast *cum nulla civilis societas subsistere queat sine supremo directivo principio moralitatis suorum actuum, suarumque legum, Ecclesiae ab ipso Deo collata est haec sublimis missio, quae ad felicitatem populorum tendit, quin in exercitio istius ministerii, liberam et expeditam actionem guberniorum quoquonodo impediret.* Reipsa eadem, inculcando principium: *reddere Deo, quod est Dei, et Caesari, quod est Caesaris,* eodem tempore filiis suis obligationem imponit, auctoritati Principum in conscientia obtemperandi. Verumtamen isti recognoscere quoque debent, quod, *si quaepiam lex cum principiis aeternae iustitiae collideret, exhibitio obedientiae neutiquam significaret reddere Caesari, quod est Caesaris; sed tollere Deo, quod est Dei.*

Transeo nunc ad quaepiam dicenda *de profunda impressione*, quam, secundum praevisionem D. Ministri, simplex enuntiatio principiorum, in proiecto Constitutionis, materiam Notae eiusdem formantis, evolutorum, in universo mundo producere deberet. Re vera persuasu difficile est, quomodo possint doctrinae, in hoc proiecto contentae et supra indicato sensu intellectae profundam impressionem, de qua D. Minister loquitur, producere; nisi indoles et character earum pervertatur, aut de talibus loqui intendatur, qui principiis, ab illis, quae catholica Ecclesia profitetur, diversis adhaerendo, approbare neutiquam possunt: ut talia principia novitus inculcentur et sanctione donentur. Dixi novitus: nam doctrinae, hoc documento comprehensae, — quemadmodum iam declaravi tantum abest, ut novae et inauditae sint, ut potius in suo complexu nihil aliud sint, nisi *reproductio catholicae doctrinae, quae omnibus epochis et in omnibus Ecclesiis tradita fuit;* quemadmodum hac de re solemne testimonium perhibebunt omnes Patres Catholicitatis, qui a supremo Hierarcha vocati sunt, ut in sinu Concilii de fide et traditionibus universalis Ecclesiae authentico modo testentur. Sperandum potius est, catholicam doctrinam, solemni actu Patrum Concilii Vaticani confirmatam per fidelem populum quasi iridem pacis et quasi auroram lae-

tioris rerum status suscipiendam fore ; siquidem *non alius s scopus confirmationis harum doctrinarum, nisi ut modern societatibus axiomata iusti et honesti in memoriam revocen tur, mundoque hac ratione illa pax et prosperitas restituc tur, quae in sola perfecta observantia Divinarum legu reperitur.* Haec est firma spes omnium bonorum, qui cu gaudio salutarunt annuntiationem Concilii; haec est convict Patrum Ecclesiae, qui ad vocem summi Hierarchae tam al criter, tantoque numero accurrerunt ; hae sunt preces, qua Vicarius Iesu Christi in medio dolorosarum difficultatum Por tificatum eiusdem circumdantium, continuo ad Deum emitti

Ceterum *non comprehenditur, cur deberent Eppi, i sequelam definitionis infallibilitatis pontificiae, suae episc pali auctoritati renuntiare. Haec praerogativa non solu tam antiqua est, quam ipsa Ecclesia, sed etiam in Eccle sia Romana semper exercebatur, quin propterea divina au ctoritas, iuraque Pastoribus Ecclesiae a Deo collata v minimum alterata fuissent.* Definitio eiusdem itaque nulla tenus immutabit relationes inter Eppos et Caput eorum in tercedentes. Iura illorum, et praerogativae istius rite definiun tur in divina Constitutione Ecclesiae, et confirmatio suprema auctoritatis et magisterii Romani Pontificis non tantum no praeiudicabit iuribus Epporum, quinimo auctoritati et magis terio horum novum fulcrum suppeditabit : nam *tantum forti tudinis et vigoris recipiunt membra, quantum iisdem Capite provenit.* Pari ratione consolidata, per solemner confirmationem infallibilitatis pontificiae, Pastorum Ecclesia auctoritate, non minus *consolidabitur auctoritas Principum signanter catholicorum.* Cum prosperitas Ecclesiae, et tran quillitas status a stricta, intimaque unione duarum suprema rum potestatum dependeat, quis non videat, *auctoritati Prin cipum e suprematia pontificia non tantum nullum impen dere detrimentum, quinimo illam in hac validissimum mu nimen reperturam ? Qua filii Ecclesiae,* (Principes) *obedien tiam, respectum et protectionem exhibere tenentur auctoritati a Deo his in terris institutae, ut principes et populos ac ultimum finem aeternae salutis dirigat;* etenim ignorar nequeunt, potestatem regiam ipsis etiam ad defensionem, e

in praesidium christianae societatis concessam fuisse. Verumtamen recte per hoc, consolidato in Ecclesia et in Capite eiusdem principio auctoritatis, necessario novum impulsum accipit suprema potestas; quae communem habendo a Deo originem, communia quoque habet (cum Ecclesia) commoda; ita, ut, si malitia temporum, separando unam ab altera, utramque cum ingenti praeiudicio humanae societatis ad difficilem et afflictum situm posuerit, magis arctae relationes utramque indissolubili vinculo uniturae sint ad defensionem magnorum commodorum religionis et societatis, et ipsis viam praeparaturae ad laetiorem, prosperioremque statum.

Cum ex hactenus dictis clare resultet: Concilium non esse convocatum ad discutiendas causas politicas, quemadmodum innuere videtur Nota D. Comitis *Daru*, hinc lubenter credimus: gubernium gallicum, non habendo amplius sufficientem causam, cur a linea agendi rationis, sibi in respectu Concilii praefixa, recedat, non esse inhaesurum petitioni quoad communicationem decretorum, quae examini et discussioni venerabilis conventus Epporum subiicientur. Qua de re iuvabit animadvertere; invocatum hac in parte per D. Ministrum, in basi Concordati, inter S. Sedem et Galliam vigentis, ius mea opinione in hoc actu (in Concordato) nullum prorsus praesidium habere; partim quia in articulis istius Conventionis huius rei nulla mentio occurrit; partim quia, regulatis per eandem (Conventionem) relationibus inter Ecclesiam et statum, quoad puncta mixtae competentiae, decisiones, a Concilio Vaticano in huiusmodi materiis ferendae, nullatenus immutabunt speciales stipulationes, quas S. Sedes sive cum Gallia, sive cum aliis Guberniis iniit, quotiescunque ab istis nulla obstacula posita fuerint plenae observationi rerum conventarum. Insuper opportunum censeo adiicere: *quod, si S. Sedes haud expedire credat, ut catholici Principes ad Concilium invitentur, quemadmodum alias fieri suevit, quisquis facile comprehendere poterit: id praecipue mutatis temporum adiunctis attribuendum esse, quae alterando statum relationum inter Eccl. et civilia gubernia, longe difficiliorem reddiderunt mutuam actionem in coordinatione rerum religionis.* Quapropter sperare volo, *Gubernium Suae Mattis Imperatoris*, plene con-

tentum redditum explicationibus, quas nomine S. Sedis, ad varia puncta Notae D. Comitis *Daru*, praestiti, simulque recognoscendo difficilem situm, ad quem S. Pater poneretur, *non esse inhaesurum porro petitioni suae, quoad praeviam communicationem proiectorum constitutionum, a Patribus Concilii pertractandarum; partim quia isthic ageretur de re, ad impediendam liberam actionem Concilii tendente; partim, quia Ecclesia intra limites, a Divino suo Fundatore sibi praefixos, permanente, Gubernio Suae Mattis nihil prorsus timendum est circa decisiones in conventu Epporum ferendas;* partim denique quia Gubernium Gallicum hac ratione facto novum documentum dabit benevolae illius dispositionis animi, quam in respectu plenae libertatis deliberationum Concilii manifestavit, illiusque fiduciae, quam in sapientia et providentia Apostolicae Sedis se collocare declarat. Velit Illma ac Rma DVra hanc notam meam D. Comiti *Daru* praelegere, eique paria eiusdem omittere, interea vero suscipiat etc. Iac. Card. Antonelli.

2032.

Epistola **Cardinalis a Secretis Status** ad Nuntium Apostolicum Viennensem dd. 20 Aprilis 1870 in obiecto Concilii, reflexe ad Notam officiosam **Ministri externorum Austriaci.**

D. Comes *Trauttmansdorff*, Legatus Suae C. et R. A. Mattis mihi fiducialiter communicavit *Notam*, eidem per D. Comitem *Beust*, Cancellarium Imperii, quoad Concilium dd. 10. elapsi Februarii scriptam. *In hac nota D. Comes* — posteaquam in memoriam revocasset, C. et R. Gubernium paratum esse, Ecclesiae catholicae maximam independentiam permittere ad regulanda interna sua negotia, sperando, eandem vicissim evitaturam esse in suis decretis quaestiones, circa quas competentia eiusdem in dubium pertrahi posset, — *ve-*

des Religionsedictes, welcher mithin für Verkündigung von Dogmen der kath. Kirche doch wahrlich nicht eine unzweifelhaft zu Recht bestehende gesetzliche Norm genannt werden kann. Wer es daher wagen würde, die bayerischen Bischöfe einer Verletzung der Verfassung anzuklagen, weil sie das Placet in rein dogmatischen Sachen nicht anerkennen können, der müsste folgerichtig dieselbe Klage über die bayerische Regierung und über die Krone erheben, auf deren Worte sich die Bischöfe stützen. Wohl haben Ew. E. bei der Beantwortung der bekannten Interpellation in der Kammer das Königswort von Tegernsee als etwas an sich werthloses darzustellen gesucht. Allein die Pietät gegen meinen König verbietet mir, Ew. E. hierin beizustimmen, und ein Blick auf die Lage macht es mir zur Pflicht, gerade dieses Königswort als von unberechenbarem Werthe für unser Vaterland hoch in Ehren zu halten. Am Vorabende des *Concordates* waren die Verhältnisse gespannt, wie sie es heute sind, der Staat war misstrauisch, die Kirche herausgefordert, die Gemüther ängstlich, der Friede bedroht. Da erhob Bayerns erster König seine Stimme, beschwichtigte die Besorgnisse, beruhigte die Gemüther, hielt den Sturm nieder und schuf Frieden zwischen Staat und Kirche auf ein halbes Jahrhundert. Das that das Edict von Tegernsee. Glauben Ew. E. dass der Friede von 50 Jahren nicht etwas sehr werthvolles sei? Wollen Sie wirklich der That von Tegernsee die Macht nehmen, diesen Frieden auch für die Zukunft zu erhalten? *Ew. E. meinen, das Königswort von Tegernsee sei nicht sehr werthvoll, weil es keine authentische Interpretation des Religionsedictes sein könne. Vielleicht ist es so. Aber wenn es kein Gesetz ist, kann es nicht mehr noch als ein Gesetz, kann es nicht ein Princip sein? Wenn es keine Interpretation ist, könnte es nicht eine Regel für die Interpretation sein? Wenn es die Kammer nicht bindet, kann es nicht eine Verpflichtung für die Krone sein, niemals eine Interpretation zuzulassen, welche diesem Königsworte widerspricht?* Es war ohne Zweifel im Sinne dieses Königswortes, als das Ministerium unter dem 8 April 1852 im Namen des höchstsel. Königs die Versicherung gab: „Bei Auslegung und Anwendung mehrdeutiger und zweifel-

hafter Stellen der II Verf. Beilage ist jene Interpretation anzunehmen, welche mit den Bestimmungen des Concordates übereinstimmend ist, oder sich denselben annähert.“ Ew. E. werden gewiss die Begeisterung anerkennen, welche die beiden höchstsel. Könige Maximilian I und II für Gott und Bayern immer bewiesen haben. Warum verläugnen Sie aber dann die Entschliessung des Einen von 1852 und nennen das Edict des Andern ein Document von nicht grossem Werthe? Ew. E. glauben, diesem Edicte den Werth entziehen zu müssen, weil es nicht die Zustimmung der Kammer für sich aufzuweisen habe. Allein gerade die Kammer von 1819 kam im Sinne des Edicts von Tegernsee zu Stande. Ew. E. werden sich erinnern, dass die geistlichen Mitglieder in die zweite Kammer nur mit dem Eide eintraten, der durch Zusätze bedingt war, wie sie das Edict von Tegernsee später erst sanctionirte, wie auch Ew. E. die wahrhaft apostolische Erklärung bekannt sein wird, welche damals mein Vorfahrer, Fürstbischof Joseph von Stubenberg, an den Präsidenten der ersten Kammer abgab. Trotz der vielfachsten Bemühungen konnte diesem greisen Kirchenfürsten kein Eid auf die Verfassung abgerungen werden, als mit jenen Klauseln, welche sodann beinahe wörtlich in das Edict von Tegernsee aufgenommen wurden. In den Kammern also wurde den Bestimmungen des Edicts zuerst Geltung verschafft und die Erklärung aus Tegernsee ist nichts als die königliche Sanction dessen, was in den beiden Kammern zu Tage getreten war. Seither gibt es keinen Verfassungseid für einen Katholiken mehr, der nicht dieses Edict zur Voraussetzung hätte; davon weiss die Krone, das wissen die Ministerien, die Kammern, das weiss das Volk. Tausende von Eidschwüren für Erhaltung der Verfassung stützten sich auf dieses Edict: *wie mochten Ew. E. doch sagen, dieses Edict sei etwas nicht sehr Werthvolles? Am Worte eines Königs deuteln, an den heiligsten Eidschwüren rütteln, die Grundlagen des Friedens in Zweifel stellen, — das*, Excellenz! *dürfte wohl staatsgefährlicher sein, als die Lehre der kathol. Kirche über das unfehlbare Lehramt des Nachfolgers des heil. Petrus.*

Excellenz ! wir leben jetzt in ähnlichen Zuständen wie vor dem Concordate. Da gilt es nicht Friedensbasis eines halben Jahrhunderts zu erschüttern, sondern dieselbe zu benützen, um den bereits gefährdeten Frieden auf dem Wege zu erhalten, auf dem das erhabene, wahrhaft königliche Beispiel von 1821 ihn uns geschenkt hat. Fürchten Ew. Exc. keine Friedensstörung von einem Glaubenssatze, welcher nur die Verdammung jener Irrthümer ist, welche Frankreich in den letzten Jahrhunderten tief beunruhigt, die Gewissen verwirrt, gefährliche politische Parteien geschaffen, und in letzter Consequenz zur Revolution geführt haben. Fürchten Sie nichts von dem katholischen Volke, das sich dem Ausspruche seiner Kirche unterwirft; denn mit demselben Glauben, mit welchem es diesen Ausspruch hinnimmt, bekennt es sich auch zu dem Ausspruche unseres Erlösers: „Gebet dem Kaiser, was des Kaisers ist.“ Dieser Glaube ist die lebendige Bürgschaft für Thron und Vaterland; ein *Placet* wird nie im Stande sein, die Kraft dieser Bürgschaft zu ersetzen. — Eichstätt den 30 Oct. 1871. Fr. Leopold Freiherr von Leonrod, Bischof.

ACTA NONNULLA EX HUNGARIA. 1870—1873.

2048.

Primas Hungariae ad Regiam Maiestatem contra **Placetum Regium**, ex incidenti definitae in S. Conc. Vaticano infallibilitatis R. P. revectum. 1870. (ex hung.)

Minister R. H. Cultus et publicae institutionis *L. Baro Iosephus Eötvös*, dimissis ad me dd. 1-ae Augusti a. c. literis, mihi significavit: *reg. Ministerium Hung. ex incidenti decretorum Concilii Vaticani* (infallibilitatem pontificiam concernentium) *scopo praemuniendorum Status iurium, et pacificae compositionis obversantium difficilium adiunctorum necessarium existimare: ut in respectu Regni Hungariae Matti Vrae resuscitationem exercitii* „iuris placeti regii“ *suadeat;* simulque mecum communicavit motiva, quibus aequitatem et necessitatem propositae novae altissimae Resolutionis se demonstrare posse sperat.

Priusquam tamen super hac inexpectata communicatione cum sociis meis Eppis consilia fovere, et mentem meam adaperire potuissem, ad me, et ad omnes Archi-Eppos et Eppos Dioecesanos Regni Hungariae perlatum est officiosum rescriptum Praesidis Ministerii R. Hung. C. Iulii Andrássy dd. 10 Augusti a. c. No 1411/praes. significans: quod *„in sequelam nonnullorum decretorum 8-a Decembris a. el. convocati Con-*

cilii Romani, per quae Mattis Vestrae qua Regni Hungariae apostolici Regis iura (ut asseritur) *coarctarentur, sacratissima Caesar. et Reg. apostolica Mattas Vra, ope altissimae Resolutionis dd. 9 Augusti exercitium* „iuris placeti regii“ *clementer disponere dignata sit; et quod in nexu altmae huius resolutionis deinceps in patria nostra nulla decreta aut constitutiones Concilii Romani, aut Suae Sanctitatis Summi Pontificis promulgari, aut per regnum dimitti possint, nisi prius gubernio exhibeantur, et promulgatio, aut dimissio eorum per Mattem Vram via eiusdem Gubernii decretaliter permittatur.*“

Multum honoratus D. Praeses Ministerii in hoc rescripto, ad singula membra Eppatus Hungariae dimisso, simul eam convictionem suam exprimit: Eppatum adinstar patrioticae suae obligationis reputaturum esse, huic altissimae resolutioni Mattis Vrae in Dioecesibus suo gubernio concreditis effectum procurare.

Hanc honorificam provocationem ad fidele implementum patrioticae suae obligationis totus chorus Epporum cum gratitudine, sed etiam cum conscientia iusti ad eandem tituli suscepit; nam quemadmodum hactenus fideliter adlaboravit, suas obligationes tam erga Regem et patriam, quam erga Ecclesiam adimplere, sic et in posterum nihil unquam praetermittet, ut penes inconcussam fidelitatem, et promptissimam submissionem erga Mattem Vram et erga patriam, pacificae correlationes inter Statum et Ecclesiam, prosperitatem populorum provehentes, foveantur; aliis quoque exemplo praeeundo in illibata observantia civilium legum, et regiorum mandatorum, *usque ad illum terminum, quem cuivis Eppo iureiurando firmata officia erga Ecclesiae et exercitii cultus fidelium catholicorum libertatem praesignant.*

Ad hunc propemodum terminum redactum se sentit chorus Epporum Hungariae per Rescriptum illud Praesidis Ministerii, quo eidem altissima Resolutio Mattis Vrae quoad exercitium *iuris placeti regii* intimatur, et in respectu cuius unanimi suffragio Confratrum meorum Epporum mihi oblata est difficilis provincia: *ut vi obligationis primo quidem erga catholicam Ecclesiam, tum vero etiam erga luculentum spi-*

ritum constitutionis patriae nostrae, in merito placeti regii iustam anxietatem catholicae Ecclesiae exponam, et humillimas observationes nostras ad pedes Caes. et Reg. apostolicae Maiestatis Vrae cum homagiali submissione, et legali sinceritate substernam.

Repraesentatio ministerialis, quae exercitium iuris placeti regii vigori restitui cupit, opportunitatem et necessitatem huiusce consilii e decreto Concilii Vaticani infallibilitatem pontificiam concernente deducit, asserendo: „principium infallibilitatis Papae, ea forma, sub qua proponitur, cum principiis, basim recentioris organismi Statuum efficientibus in contradictione constitutum esse; et practicam effectuationem huius principii inter potestatem Status et catholicam Ecclesiam necessario tales collisiones producere, quarum sequelae tum Statui, tum Ecclesiae plurimum obesse queunt," et repraesentatio ministerialis has sequelas nonnisi per placetum vigori restituendum removeri posse existimat.

Nota est Matti Vrae firma agendi ratio, quam chorus Epporum Hungariae in Concilio Vaticano quoad quaestionem infallibilitatis pontificiae, occasione disquisitionum finalem decisionem praecedentium, inprimis respectu convenientiae et opportunitatis huius quaestionis praesetulit; non possumus ergo in suspicionem trahi, quasi nos, dum in respectu placeti a ministeriali propositione abludentem persuasionem enuntiare officio nobis ducimus, romanae nostrae agendi rationi oppositam opinionem propugnare vellemus.

Chorus Epp. Hung. opinionem suam seu circa indaginem, seu circa pertractationem aut definitionem principii *infallib. pontificiae* neutiquam mutavit, et inter similes circumstantias certo certius iisdem argumentis novitus pro priori opinione sua vindicanda pugnaret; verumtamen cum hoc principium nunc iam etiam sine nobis per immensam maioritatem Concilii pro dogmate declaratum sit, et *cum nemo sit catholicorum Epporum, qui, dogmati huic, in Concilio definito et solemniter declarato, assensum et obsequium suum subtrahere praesumeret: hinc inutilis foret, et libertati ac constitutionali independentiae Ecclesiae adversaretur omnis conatus, qui per exercitium placeti, et per impedimenta ecclesiasticae promul-*

gationi ponenda vim obligantem huius dogmatis labefactare niteretur.

Ast secus etiam *demonstrari nequit haec hypothesis, quasi dogma de infallibilitate pontificia „cum principiis recentioris organismi Statuum" in conflictu versaretur.*

Inter argumenta, quibus Eppi e liberalibus et potissimum constitutionalibus regnis, utpote e patria nostra, e Germania, Septemtrionali America etc. oriundi contra definitionem dogmatis de infallibilitate Romae pugnarunt, huiusmodi obiectio nuspiam occurrit; ubi tamen, si talis hypothesis, aut anxietas vel minimum fundamentum habuisset, haec circumstantia mentem et attentionem tantorum, constitutionalibus sensibus animatorum Epporum effugere non potuisset; quinimo vocibus eorum novum pondus adiecisset. Eppis Romae congregatis omnino notum fuit: in campo proelii adversus dogma infallibilitatis inter alias obiectiones, eam quoque emersisse: quod memoratum dogma cum moderna constitutione Statuum componi nequeat; ast hanc obiectionem chorus Epporum, tamquam vanam exprobrationem, omnique fundamento carens assertum, quod concretis argumentis et factis hucdum nemo demonstrando erat, repudiavit.

Erronea est ea quoque suppositio: quasi definitio infallibilitatis pontificiae immutare posset correlationes, quae hactenus inter Ecclesiam et Statum intercesserunt. Infallibilis Pontifex nec causam, nec vires habet, ut in respectu Statuum alias, maioresque praetensiones formet, ac illae sunt, ad quas infallibilis Ecclesia hactenus ius habuit.

Conatus infallibilis Ecclesiae quoque semper eo tendebant, et hodiedum tendunt: ne fundamentalia principia organismi christianorum Statuum, a Deo in perpetuum praestituto ordini morali et christianis veritatibus adversentur; nam non est illi Statui durabilitas, non civibus eiusdem pax et prosperitas, cuius organismus his fundamentalibus principiis opponitur.

Cum conceptus infallibilitatis ad limites duntaxat fidei, morumque restrictus sit, nec infallibilis Papa potest aliam occupare positionem in respectu Status, nisi quam universalis Ecclesia tenuit; atque ideo nulla suppetit causa metuendi, ne Caput Romanae Ecclesiae (qui virtute a Deo acceptae suae

missionis, non tantum exaltationi, sed etiam securitati Ecclesiae, non tantum saluti, sed etiam terrenae tranquillitati suorum fidelium intendere debet; qui praeter onus responsionis coram Deo et hominibus, et praeter conscientiam suam, etiam communibus legibus Ecclesiae, a Spiritu S. directae stringitur, et cuius moralis potestas, per novum dogma adaucta, nonnisi intra limites Ecclesiae influxum sperare potest,) ultra iustam defensionem articulorum christianae fidei et morum, ad civilia quoque et politica negotia statuum se ingerat; et non tantum aequitati, sed etiam naturae rei adversatur hypothesis, quasi Romanus Pontifex, qui in paganis statibus quoque patrioticam fidelitatem et obedientiam erga leges et superiores praedicat, in nexu infallibilitatis suae in rebus fidei, internae tranquillitati, pacique christianorum Statuum periculosus esse vellet, aut esse posset.

Praeterea vix cogitari posset maior anachronismus, quam hodie quoad hanc quaestionem ad medium aevum provocare, et ex historia eiusdem argumenta metus in respectu Papae desumere, aut adhibendarum cautelarum necessitatem demonstrare. Historia testatur: influxum illum, quem Pontificatus medio aevo exercuit, per indigentias praesidio destitutorum populorum, et per adiuncta Statuum, nequaquam vero per dogmata catholicae fidei provocatum fuisse.

Perspectu itaque difficile est; qualem ad secularia negotia Statuum influxum posset procurare summis Pontificibus dogma de infallibilitate? Profecto aequitas deposcit: ut prius effectus imaginarii huius influxus adexpectetur, et ne e nudis suppositionibus praeventiva media communem libertatem constringentia adhibeantur.

Ecclesia catholica applicandis tam anxiis mediis nullam occasionem dedit. Cum missio catholicae Ecclesiae non in realisatione theoriarum Status, sed in propagatione aeternarum legum religionis et publicae moralitatis consistat, eadem, teste experientia, semper et ubique cum omni politica constitutione componi potuit.

Catholica Ecclesia nunquam timuit eam libertatem, quae moralem ordinem reveretur, quaeve se intra limites sobrietatis et historicae evolutionis continere novit. Libertas est conditio

ipsius faustae efflorescentiae christianae religionis, et recte Ecclesia sic educavit populos, ut capaces sint libertatis; et sub hoc obtutu *catholica Ecclesia merito gloriosissimis monumentis salutaris suae activitatis accenset antiquissimam in Europa christianam constitutionem, avitam quippe, liberamque constitutionem Regni Hungariae, cuius fundamentalia principia S. Protorex noster e spiritu catholicae Ecclesiae hauserat, quamve nonnisi ope Romani Pontificis et catholicae Ecclesiae suffultus, stabiliter introducere, et pro munimine nationalis existentiae nostrae uberius evolvendam posteris adinstar hereditatis relinquere potuit.*

Libertas et constitutio nostra per secula cum catholica Ecclesia conglutinata robur nacta est, et in historia patriae nostrae nullum occurrit momentum, quo catholica Ecclesia constitutionalem libertatem nationis, et independentiam regni neglexisset, aut catholicus clerus in avita sua fidelitate erga thronum et patriam titubasset, aut quispiam Romanorum Pontificum politica iura et libertatem s. coronae hungaricae, constitutionemque ac independentiam patriae nostrae oppugnasset.

Imo paginae historiae et codicis legum Hungariae splendidum testimonium praestant magnanimae sollicitudini, et ad ferenda sacrificia promptitudini, qua Romani Pontifices Hungariae inter angustias, quas a Turcis inde a temporibus Ioannis Hunyady, per tria fere secula sustinere debuit, tum aere, tum milite generose succurrerunt, dum natio hungara et Reges eiusdem in Europa unicum fere a proprio commodo alienum confoederatum et amicum in S. Sede apostolica habuerunt.

Salutarem hunc influxum Ecclesiae ad fovendum sensum sobriae libertatis civium non abrumpit, neque merita sua circa evolutionem et conservationem constitutionalis libertatis nostrae acquisitae alterat dogma de infallibilitate pontificia, quod exclusive ad obiecta fidei pertinet; et cum infundatus sit metus, quasi hoc attributum capitis Ecclesiae, quod perhibentibus Synodis in Hungaria celebratis nec antea quidem in dubium vocatum erat, nunc autem (quamvis opinione nostra inopportune) dogmatice definitum est, sanis principiis constitutionalis

organismi repugnare posset: hinc causa quoque suapte disparet, cui supra attacta ministerialis repraesentatio motiva et adursionem resuscitandi iuris placeti regii superstruit.

Quemadmodum iam supra commemoravi, in deliberationibus Concilii Vaticani haec quoque facies quaestionis saepius obversabatur; verumtamen hoc in obiecto ea fuit unanimis persuasio: dogma istud correlationes inter Ecclesiam et Statum vigentes nullatenus attingere, et ad immutationem harum correlationum nullum prorsus influxum exercere posse.

In contextu ministerialis repraesentationis crebro occurrit assertio: in sequelam dogmatis de infallibilitate exercitium placeti regii in patria nostra ex obtutu commodi ipsius catholicae Ecclesiae Hungariae optandum esse. Huic opinioni tamen chorus Epporum Hungariae adstipulari neutiquam potest.

Nos longe magis honoramus singulum membrum regii Ministerii hungarici, et longe profundius persuasi sumus de rectis et rite expensis patrioticis eiusdem conatibus, quam ut in dubium vocemus: illud in hac quaestione quoque consilia sua purissima intentione stabilivisse, et ea, quae ad catholicam Ecclesiam pertinent, serio expendisse.

Non obstante tamen politica illa indagine, quam progrediens aevum principio aequalitatis et reciprocitatis confessionum in moderno organismo Statuum attribuit, non possumus nobis imaginari virum Status, cuiuscunque demum religionis sit, qui recte hoc aevo principii maioritatis, immemor esset illius attentionis et respectus, qui maioritati in sphaera religionis quoque in quocunque regno competit; qui non expenderet utilissimam conservativam et unientem vim, ad quam exercendam in monarchia austriaco-hungarica ingens maioritas asseclarum catholicae religionis, ipsius principii conservationis gratia, vocata est; — quive demum in trutinam non assumeret hanc excelsam missionem, quam catholica Ecclesia in patria nostra, praeter religioso-moralem scopum suum, pro munimine nationalis existentiae et spiritus hungarae gentis, et ideo quoque a Providentia accepit: ut adinstar sacri vinculi sit, quod catholicas nationes aliorum labiorum indissolubili modo charae patriae nostrae devinciat, et politicae unitati monarchiae hungaricae instar firmissimi fulcri deserviat.

Propterea catholica Ecclesia, fidelesque eiusdem abs dubio omni occasione cum gratitudine suscipient patrioticam Gubernii promptitudinem ad tuenda religiosa sua negotia, et conservandam internam tranquillitatem; ast ex altera parte *certum est, propositum per Gubernium in praesenti quaestione sive Status, sive Ecclesiae gratia medium, exercitium quippe iuris placeti regii, nec scopo conforme, nec opportunum, neque constitutioni et legibus, aut legali libertati conscientiae, et catholicae Ecclesiae consentaneum censeri posse.*

Ius placeti in ultima sua consequentia nihil aliud est, nisi restrictio constitutionalis libertatis et organicae activitatis catholicae Ecclesiae.

Homines, qui ad indifferentismum propendent, quive aut erga omnem positivam religionem, vel saltem erga catholicam Ecclesiam inimico affectu ducuntur, non tantum cum applausu suscipiunt, sed etiam urgere parati sunt placetum, et omnem aliam legem ac dispositionem, quae ad oppressionem nostrae Ecclesiae tendit, impiisque moliminibus ipsorum latiorem campum aperit. Verumtamen, — cum secundum ipsam etiam repraesentationem ministerialem, — molimina contra positivam religionem et contra catholicismum directa, simul contra Statum, ordinemque societatis dirigantur, hinc ipsius Status emolumentum suadet: ne sphaera activitatis istorum perversa consilia foventium hominum amplietur, libertas catholicae Ecclesiae eorumdem odio immoletur, iniustisque sollicitationibus eorum deferatur.

Gubernium agnoscere cogitur: quod exercitium placeti nec conspiratoribus adversus religionem et catholicismum obviaret, nec periculi plenas machinationes eorum abrumperet, nec iniustas praetensiones obmutescere faceret.

Erronea est etiam illa suppositio: ac si introductio placeti impedire posset, ne „male contenti politici, et inimici catholicismi in „exercitum communis oppositionis coalescant.“

Haec coalitio secus etiam ex ipsa rei natura profluit. Quemadmodum in parlamentis aliorum regnorum, sic apud nos quoque (teste experientia) evenit: inimicos catholicae Ecclesiae in quaestionibus religionis cum malecontentis politicis unitis

viribus suffragia emisisse. Huic malo per exercitium placeti non occurretur, quotiescunque emerserint eiusmodi quaestiones, quoad quas conformitas principiorum et commodorum malecontentos politicos et religiosos coniungit.

Iuxta repraesentationem ministerialem, tantum per placetum anteverti potest, ne defensionem causae Status, per definitionem infallibilitatis, ut asseritur, periculo expositam, in utraque parte Monarchiae legislatio praesuscipiat, ubi postea commoda Ecclesiae, quae Gubernium tuta praestare voluit, inprimis quod ad Hungariae regnum attinet, in nullam prorsus considerationem sumerentur; et reg. Ministerium, e spiritu actu regnante concludendo, cum summa certitudine credit; quaestionem Concilii, nisi eidem per placetum occurratur, in Comitiis regni pertractationem *de bonis ecclesiasticis* et alia plura statuta, summi momenti commodis Ecclesiae opposita, producturam esse.

De huiusmodi evenire queuntibus casibus, ut verum dicamus, *dubitandi causa non suppetit; attamen ex alia parte nullum praesto est vadimonium pro eo, quasi placetum eosdem removere posset.*

Nam si illa elementa, quae ad subversionem tendunt, et securissimam viam ad hunc scopum obtinendum in expoliatione et oppressione catholicae Ecclesiae recte reponunt, si haec inquam elementa sperando sint, se ope destructivi preli, et socialis concitationis ad metam pertingere posse; tunc profecto neque per placetum se sisti permittent, ne catholicam Ecclesiam persequi continuent, et quaestionem bonorum ecclesiasticorum in medium proferant.

Quemadmodum autem *catholica Ecclesia sua sponte nunquam consentire potest, ut salvatio materialium emolumentorum pretio libertatis religionis et independentiae suae attentetur, aut redimatur; sic nullum quoque dubium superest, illos, qui bonis ecclesiasticis inhiant, hanc praedam nunquam pro placeto daturos esse.*

Praeoccupati homines nunquam discunt e Historia. Hungarus passim proprio damno eruditur. Inimicus Ecclesiae invida cupiditate arripit lubricum exemplum, quod hac in parte revolutionaria molimina aliorum regnorum suppeditant; et in

ignobili suo gaudio, quod eidem direpta bona Ecclesiastica procurarunt, obliviscitur: *in rapina benedictionem non esse; eam per occasionem prodigalitatis absque vestigio disparere, et propter dissipata bona ecclesiastica postremo insontem populum ingenti onere tributorum luere debere.*

Cum tamen generosum Ministerium hung. pro patriotico affectu, et sublimiori diplomatico intellectu suo ius proprietatis Ecclesiae defendere paratum sit; eidem hoc scopo etiam citra introductionem placeti efficacissima media, armaque suppetunt in virili tuitione prudentis nationalis politicae et regio inaugurali iuramento munitarum fundamentalium legum.

Profecto his armis uteretur Gubernium, si maioritas Diaetae autonomiam et bona protestantium illegali modo aggrederetur; quid igitur posset determinare Gubernium, ut in tuendis catholicae Ecclesiae iuribus minorem energiam evolvat, et religiosa commoda ingentis maioritatis regni civium, quae a prosperitate patriae separari nequeunt, illegitimis ausibus immolet?

Quod vero attinet ad metum, in ministeriali repraesentatione expositum, ac si in casu non adhibendi iuris placeti ipse concitatus populus quaestionem infallibilitatis arriperet: Mattem Vram fideli affectu tutam praestare possum, *coetum catholicorum incolarum patriae nostrae in fide ac religione longe firmiorem esse, et summo Capiti ac Antistitibus Ecclesiae suae longe maiori fiducia adhaerere, quam ut pronus sit, quodcunque conciliariter acceptatum fidei dogma cavillanti iudicio subiicere, et ex hoc incidenti praeceptis Ecclesiae resistere.*

Introductio placeti itaque nec hac suppositione legitimari potest.

Verum quidem est, discussionem principii infallibilitatis in patria nostra quoque motus animorum excitasse, praesertim in illis classibus, quae ephemerides legunt. Ast hi motus nequaquam orti sunt e spiritualibus dubiis hominum sapienter cogitantium et in fide firmorum; neque — ut asseritur — „ob assertionem principii, quod universae convictioni moderni aevi adversatur“; sed potius ex hac non interrupta vehementi

concitatione, quam pars preli, abs dubio haud in succolationem puritatis principiorum et firmitatis catholicae Ecclesiae exercuit.

In conspectu huius perturbationis *repraesentatio ministerialis impossibile existimat, passivum silentium observare; sed potius instar obligationis suae reputat, displicentiam suam manifestare,* cum — ut asseritur — indifferens esse nequeat; *et istud per applicationem placeti duntaxat obtineri posse arbitratur*, cuius medii opportunitatem repraesentatio ea thesi quoque demonstrare nititur: quod sequelae huiusmodi perturbationis populi optime evitari possint, si Gubernium „directioni *publicae opinionis* se accommodaverit."

Si verum etiam esset, in regno notabilem animorum perturbationem existere, et catholicum populum Hungariae in respectu istius quaestionis ad duo, aequali attentione digna castra divisum esse; nos nec tunc quidem pro acceptabili iudicaremus consilium: ut in quaestione, ad solam religionem et conscientiam pertinente, Status quoque positionem partis assumat, et cuicunque parti se associet.

Singularia individua, ad quae pertinet, ipsa conscientia permovere potest, ad manifestandam suam complacentiam vel displicentiam; ast *civili potestati, statui, et parlamentari Gubernio non potest attribui ius, ut semet ad theologicas quaestiones ingerat, aut sibi in internis negotiis, et dogmatibus fidei cuiuscunque demum confessionis iudiciariam, aut definientem potestatem arroget.*

In negotiis fidei, praesertim in Statu mixtae religionis, Gubernium omnino neutralis positio decet. Atqui neutiquam neutralis positio dici posset, si Status per exercitium placeti illis succurreret, qui decisiones Concilii Vaticani damnant.

Praecipuum obiectum aggressivarum concitationum inimici preli hactenus quoque semper catholica Ecclesia fuit; prelum hoc applicationem placeti adinstar triumphi suorum moliminum, et adinstar concessionis, per Gubernium principiis eiusdem factae, consideraret, quod tantum destructivam eiusdem activitatem, et sphaeram inimicorum catholicismi ampliaret, dum ab opposito ecclesiam in iusta sui defensione coarctaret ac impediret.

Ecclesia nonnisi in casu plenae oppressionis suae cessaret esse obiectum hostilis persecutionis, dum nempe passiones revolutionares in ruderibus eiusdem apertam viam reperirent, qua ad ulteriora obiecta subversionis sine obstaculo progredi possint.

Ecclesia catholica, ut cum inimicis suis in campo idearum congredi valeat, in praesentibus adiunctis nullum prorsus exceptionalem situm, nullamque tutelam postulat; eadem satis tutam se existimat, si constitutionali libertate sua, et impartiali munimine communium legum intra iustos limites frui possit.

At *repraesentatio ministerialis chorum Epporum Hungariae ad summam perplexitatem et confusionem deducit, dum consilium inducendi placeti eo motivo fulcit: ne videlicet Gubernium cum synodalibus suffragiis Epporum Hungariae ad oppositionem veniat, et ut chorus Epporum pro eo casu, si Papa publicationem decretorum concilii postularet, in respectu Romae passive se gerere, et inobedientiam suam per placetum et vetitum potestatis Status excusare et contegere possit.*

Verumtamen *hanc sollicitudinem et subsequam sui defensionem*, — quamquam abs dubio optima intentione oblatam, — *chorus Epporum Hungariae acceptare neutiquam potest.*

Circa hoc punctum error subversari videtur.

Decisiva agendi ratio, quam chorus Epporum Hungariae Romae praesetulit, e pura, intimaque persuasione orta est, quapropter idem in conspectu Concilii diserte exposuit causas et considerationes, ob quas definitionem dogmatis de infallibilitate pontificia suadere non potuit.

Choro Epporum Hungariae non parum quidem consolationis praebuit aequa recognitio, quam eiusdem agendi ratio romana in patria nostra sortita est; ast idem quoad passus suos in sphaera ecclesiastica domi faciendos ulteriorem directionem, aut protectionem a parte Gubernii Status acceptare nequit. — Decreto, de quo hic agitur, Romae restitit; ast cum Concilium dogma, etiam contra sensum Eppatus Hungariae, et sine illo, manifesta, ingentique plu-

ralitate suffragiorum definiverit, et ibidem, observatis legitimis formis promulgaverit: hinc omne obiectum, omnisque valor ulterioris oppositionis Eppatus Hungariae cessavit.

Catholicus Eppus erga Ecclesiam passive se gerere, aut contra receptum per Concilium articulum fidei prohibitione civilis potestatis se munire nequit; et posteaquam hoc fidei dogma exclusive ad Ecclesiam, ad doctrinam religionis et ad forum catholicae conscientiae pertinet: placetum adversus illud nullius plane vigoris est, neque ullum Eppum a iuramento et obligatione sua absolvere potest.

Repraesentatio ministerialis quidem contra quaestionatam definitionem Concilii Vaticani exceptionem formari posse existimat; eo, quod illa nequaquam unanimibus suffragiis lata fuerit. Fieri quidem potest, hanc quaestionem disputationem haud excludere; ast decisio eiusdem pariter ad sphaeram iurisdictionis Concilii pertinet; neque existimo, opinionem civilis potestatis in hac quaestione pro competente agnoscendam fore.

Inprimis a parte parlamentaris Status res periculi plena esset, theoriam maioritatis parlametaris oppugnare.

A scopo nimium abducens et supervacaneum existimo, me ad discussionem et refutationem *historicarum deductionum* immittere, quibus repraesentatio, scopo probandae necessitatis *placeti*, pridem iam obsoletam illam accusationem resuscitat: quod potestas ecclesiastica omnem civilem potestatem a se dependentem esse velit; quod Curia Romana huic conatui renuntiare nunquam possit; quodve propterea necessarium sit, ut Gubernium de talibus sibi prospiciat mediis, quibus Curiam ad concessiones emolumento Status indispensabiles adstringere queat; atque ad hunc scopum conducens mitissimum medium exercitium placeti esse existimat.

Noscendo regnantes ideas aevi nostri, statum mundi et politicam situationem pontificatus, nemo sane hodie imaginarias civiles aspirationes romanae Curiae expavescet. Differentiam inter praesens ac medium aevum iam supra indicare praesumpsi. Ab opposito vero *graviter erraret, qui existimaret: quod catholica Ecclesia, vel visibile Caput eiusdem, summus Pontifex, per placetum, aut alia etiamsi severissima media se*

cogi sineret ad faciendas concessiones ultra illos limites, ubi ruina Ecclesiae, subversio catholicae fidei et periculum salutis animarum incipit.

In quaestionibus, ubi istud periculum non imminet, nulla adest ratio, timendi, mutuam consensionem inter Papam et civilem potestatem, etiam absque placeto, non successuram; praesertim cum nullum cogitari queat verum, sanumque emolumentum Status, quod cum doctrina fidei catholicae Ecclesiae componi non posset.

Ceterum *non possum cohibere profundum dolorem meum super ea suppositione repraesentationis ministerialis, iuxta quam „pro triumpho principii infallibilitatis non propter ipsum principium fuissent exantlati tanti labores; sed ideo, ut inde serius omnes consequentiae deduci possint, quae ad stabiliendam absolutam potestatem pontificatus requiruntur.“* Et instar medii, ad antevertendas praedicti absolutismi sequelas necessarii, saepefata repraesentatio applicationem placeti sistit.

Mattas Via non potest dubitare de inconcussa fidelitate, et sinceritate legalium, constitutionaliumque sensorum chori Epporum Hungariae. Quodsi *chorus Epporum* vel minimam causam metuendi haberet, ne patrioticae obligationes eiusdem cum decretis concilii quoquo modo ad collisionem veniant, idem profecto sua sponte placetum postularet; sed etiam absque placeto *semper ea audacia, eoque patriotismo polleret, ut protestetur contra quemlibet nisum, aut conatum, sive intra, sive extra regnum se manifestantem, cuius implementum apostolico-regiis iuribus Mattis Vrae vel minimum detrahere, et vitales conditiones regni, libertatem, honoremque eiusdem periculo exponere posset.*

Chorus Epporum Hungariae, qui suas ecclesiasticas obligationes cum officiis civium erga patriam omni tempore componere novit, ius habet huiusmodi fiduciam a parte Status praestolandi.

Porro *repraesentatio ministerialis necessitatem inducendi placeti Politica, circa negotia religionis in austriaca parte Monarchiae hoc tempore vigente, demonstrare nititur.* Repraesentatio supponit: „vi regnantis in Austria publicae

opinionis, in nexu decretorum Concilii ipsum concordatum supprimendum esse, (prout ab eo tempore re vera suppressum est) quae agendi ratio Ecclesiae inimica appareret, nisi Gubernium hungaricum, scopo manutenendae — ut asseritur — independentiae potestatis Status, austriacae procedurae conformem agendi normam adoptaret; — ast cum Concordatum in respectu patriae nostrae vigorem habere non censeatur, et ideo nec de suppressione eiusdem sermo esse possit: hinc ad manifestandam consensionem principiorum — secundum repraesentationem — haud aliud superest medium, quam e respectu vigentis nunc Viennae in religiosis negotiis Politicae, cis Alutham, placeti exercitium suadere.“

Impossibile est, ut attentionem Ministerii hungarici effugiat: Politicam, quam in nexu concitationis anti-catholici preli Ministerium austriacum Viennae in quaestionibus religionis sequitur, in longe praevalente catholico populo Austriae ubique summam perturbationem et malecontentum animum produxisse, atque ideo suppressionem Concordati nequaquam propter publicam opinionem catholici populi, decretis Concilii infensam, necessariam redditam fuisse; nam, prouti declarationes populi, et recentissimae electiones deputatorum in magna parte provinciarum Austriae testantur, Politica, quam Gubernium Viennense tum in respectu catholicae Ecclesiae generatim, tum in respectu Romae et Concilii speciatim sequitur, per omnes fere classes catholici populi aperte et decretorie reprobatur.

Perspectu igitur difficile est, quaenam causa posset Gubernium hungaricum stimulare, ut in quaestionibus religionis vigentem trans Alutham ab aliquot annis Politicam imitetur?

Quodsi in aliquo, certe in hoc merito instar cynosurae prae oculis habenda esset haec cardinalis lex patriae nostrae „Ne Regnum Hungariae ad normam aliarum provinciarum gubernetur.“

Ceterum non obstante omni accommodationis studio, quod Ministerium hungaricum hoc in casu Gubernio Viennensi testari festinat, credi vix potest, hoc posterius, seu Ministerium

Viennense, medium, per Gubernium hungaricum selectum, videlicet placeti adoptationem approbaturum esse.

Nam actualis Cultus Minister Viennensis Stremayer, in sua repraesentatione dd. 25 Iulii a. c. qua Matti Vrae abolitionem Concordati suadet, loco huius applicationem praeventivi medii, quale est ius placeti regii, non tantum non commendat, imo ab opposito „placetum tamquam fundamentalibus principiis constitutionalis vitae Imperii, libertati civili, individuali, religiosae, preli et commercii epistolaris repugnans, sanctitatem et dignitatem religionis laedens, Ecclesiam propria sibi libertate ac autonomia privans, et ad sortem instituti Status deprimens medium, ac privilegium odiosum declarat et reprobat, executionemque illius eo magis aspernatur, quod tutelaris huiusmodi agendi norma congruere potuerit quidem politiali systemati Statuum elapsorum seculorum, in modernis iuridicis Statibus tamen admitti nequaquam possit; et cum singularis prorsus anomalia foret, hanc restrictivam normam recte contra Catholicam Ecclesiam statuere, ad quam praeponderans pars subditorum Mattis Vrae pertinet, dum ceteris Confessionibus liberum ius actionis et communicationis porro quoque omitteretur."

Recte etiam animadvertit Minister Cultus Viennensis: placetum in respectu decretorum Concilii vanum et inefficax medium esse, siquidem vis cuiuscunque dogmatis, conscientias obligans, non dependeat a determinata quadam formula promulgationis, nam hoc in obiecto pro directione deservit istud principium „utprimum innotuerit."

Sic locutus est officiose Minister Cultus transaluthanus 25. Julii a. c. de placeto, et in conspectu istius facti Ministerium Cultus reg. hungaricum 1-a Augusti a. c. scopo succollandae Politicae Viennensis in negotio religionis directe oppositum medium, placeti videlicet adoptationem urget.

Aevo nostro quisquis illuminatus, constitutionalium sensorum et iustitiae amans vir Status quoad Placetum mentem et iudicium Ministri cultus transaluthani sequi cogitur, et aegre ferre quaecunque opposita consilia.

Etenim si iura summi Principis et commoda Status in Austria citra placetum quoque in respectu Romae et catholicae

Ecclesiae sarta tectaque esse possunt; tunc evoluta in repraesentatione Gubernii hungarici contraria argumentatio fundamento destituitur et sua sponte ruit. Nam parlamentarismus et organismus Statuum moderni aevi e diametro sibi oppositis principiis et doctrinis insistere nequit.

Ceterum negari non potest, quod in quantum commendatio placeti ad succollandam antiecclesiasticam Politicam Viennensem tetenderat, hic scopus per placetum omnino obtinendus esset; nam Cultus Minister trans-aluthanus fundate consolari posset male contentos catholicos ea declaratione: catholicam ecclesiam in Hungaria adhuc magis, ac in Austria oppressam esse.

Nec felicior est repraesentatio ministerialis, dum scopo demonstrandae legalitatis et necessitatis placeti, leges, usum ac historiam allegat.

Repraesentatio claram disertamque legem adducere nequeundo, defectum hunc singularibus historicis factis et documentis supplere nititur, et primo quidem *decretum Sigismundi Regis a. 1404* adfert, quo clero sub poena laesae Maiestatis vetatur, decreta Romani Pontificis, aut Legatorum eiusdem, acceptare. *Verum,* ut vulgo constat, *factum istud nequaquam ecclesiasticae, sed politicae naturae fuit*, quatenus videlicet Bonifacius IX eo tempore Papa contra Sigismundum Regem origine Lützelburgensem, domui Árpádianae et Andegavensi propinquiorem Ladislaum Neapolitanum ad thronum evehere cupivisset. Disparente tamen hoc politico incidenti, decreti istius vis et memoria quoque evanuit, neque ullum eiusdem in legibus nostris vestigium recurrit.

Praeterea repraesentatio ministerialis ad historicam legitimationem placeti, adducit: nonnulla puncta Concilii Tridentini, uti sunt: nominatio Praelatorum, collatio beneficiorum ecclesiasticorum, appellationes etc in Hungaria recepta non fuisse.

Interim quoad ista animadvertendum est: *regnum Hungariae ius exemptionis a quibusdam decretis Concilii Tridentini neutiquam a placeto regio, sed ab illo privilegio repetere, quod S. Proto-Rex noster cum apostolica corona a*

Sylvestro II impetravit, quodve apostolici Reges nostri abhinc continuo et imperturbate exercuerunt.

Ex hoc facto historico in respectu placeti recte contraria logica consequentia fluit, ac illa est, ad quam repraesentatio ministerialis devenit.

Nam quamvis apostolicus Rex Hungariae in sphaera iuris ecclesiastici personales habuerit immunitates, quae cum generalibus decretis Concilii Tridentini non cohaerebant, Regiminі tamen nequaquam incidit publicationem decretorum Synodi impedire, et adversus ea placetum adhibere.

Vix conclusum fuit mense Decembri 1563 Concilium Tridentinum, dum iam 1-a Ianuarii 1564 Nicolaus Olahus Archi-Eppus Strigoniensis provincialem Synodum Tyrnaviam convocasset scopo solemniter publicandorum decretorum, quod postea Lózsy, Forgách, Pázmannus et Lippay Archi-Eppi Strigonienses ibidem, anno 1579 vero Cardinalis Draskovich Sabariae in convocatis per eosdem Synodis iterato praestiterunt.

Promulgatio Decretorum Concilii Tridentini adeo non fuit contraria apostolico Regi, ut Draskovichius typis procusis actis Synodi Iaurinensis, decreta istius Concilii pertractantibus, eadem immediate Rudolpho I Regi nostro dedicaverit.

Eo tempore religiosa natio nostra non tantum diffidentia non ferebatur erga sphaeram activitatis et decreta Concilii; quinimo, perhibente 13 Articulo 1548 ipsa legislatio rogavit summum terrae Principem: ut is apud Suam Sanctitatem Papam ocyorem continuationem anno 1545 occepti, sed postea interrupti Concilii Tridentini adurgeat; — Art. vero 16 a. 1550 decisionem obversantium ecclesiasticarum quaestionum diserte Concilio Tridentino declarat committendam, plene et religiose confidens: Concilium secundum divinam inspirationem omnia optime compositurum esse.

Gubernium igitur in respectu Concilii Trid. non tantum placeto non utebatur, imo ab opposito, abinde idem Gubernium in negotiis ecclesiasticis (demptis privilegiis Regis Apostolici) decreta istius Concilii pro cynosura suae agendi rationis adhibuit, et regnum tamquam valida reverebatur iudicia, quae per sacras Sedes nostras, fundamento decretorum Tridentinorum lata fuerunt; ipsis regni comitiis diserta lege

statuentibus: ut controversa negotia ecclesiastica secundum ius canonicum, et in sensu ecclesiasticarum legum dirimantur.

Duplex illa notissima declaratio, quam repraesentatio Ministerialis adducit, quave decus et fulcrum catholicae Ecclesiae in Hungariae immortalis Cardinalis-Primas Petrus Pazmannus apostolica iura Regum Hungariae quoad electionem Epporum dioecesanorum et Praelatorum, nominationem Epporum in partibus, et collationem beneficiorum ecclesiasticorum contra emergentes in nexu decretorum Concilii Tridentini difficultates tam fortiter propugnat, iterum contrarium perhibent testimonium: ad defensionem iurium regni et coronae in patria nostra placeto opus neutiquam esse; catholicum Clerum Hungariae officia sua erga patriam omni tempore novisse, et adimplevisse, neque meruisse, ut testata fidelitas, et legalia sensa eiusdem restrictione libertatis, et diffidentiam spirante placeto rependantur.

Nullum existit vestigium regnicolaris legis, quae ius placeti regii unquam stabilivisset; notumque est, primam disertam dispositionem quoad placetum 9 Aprilis 1781 (quamvis tunc quoque mitiori forma ac nunc) *per Iosephum II Imperatorem editam esse; attamen chorus Epporum Hungariae nec tunc neglexit in nexu huius adversus avitam, legitimamque libertatem catholicae Ecclesiae tendentis regii mandati, mox apud thronum medelam quaerere.*

Ex illis animadversionibus, quas p. m. Praedecessor meus *Card. Primas Batthyány* in nexu placeti facere necessarium existimavit, non possum praetermittere, quin in praesenti casu quoque sequens punctum iterem:

„Potest igitur hoc pacto esse aliquis actus, lege ecclesiastica praeceptus vel permissus, qui tamen decreto principis sit irritus ea de causa, quod ad legem ecclesiasticam placitum non accesserit principis. Hoc profecto non aliud est, quam valorem actus, lege ecclesiastica praecepti vel permissi in consensu principis fundare; constitutionem et obligationem legis ecclesiasticae repetere ab acceptatione principis, atque adeo potestatem quoque legislativam ecclesiae subordinare potestati politicae.“

Et re ipsa verum est: per placetum tum creationem, tum obligantem vim legum ecclesiasticarum a politica civili potestate dependentem fieri; quam coarctationem, opinione mea, vix quaecunque alia confessio in Hungaria absque decretoria oppositione acceptaret.

Verum quidem est, glor. mem. Regem nostrum Franciscum I, quoad placetum Avunculi sui Iosephi II vestigia premere coepisse, et anno 1797 promulgationem bullae pontificiae „Auctorem fidei," qua decreta Synodi Pistoriensis in magno ducatu Hetruriae damnantur, prohibuisse. — Ast hoc factum abunde explicari potest ex intimo nexu, qui inter Hetruriam et Austriam intercessit. Ceterum haec prohibitio non impedivit, quominus dispositio eiusdem Bullae anno 1854 articulo X Concordati Austriaci pro cynosura assumeretur; imo, quod plus est, memorata bulla pontificia, non obstante quocunque vetito, quemadmodum alibi, sic in patria nostra quoque in sphaera Ecclesiae semper vigorem habuit.

Interim durante regimine praevenerati Francisci I Politica aevi Iosephini erga Ecclesiam continuo mitior et aequior facta est; iustitiae amans Princeps circumstantias innaturales sensim lenire studuit, et quae consummare non potuit, eorum compositionem curis Principis Metternich concredidit, in epistola, eidem e lecto mortuali scripta, Principi impensius commendando: ut controversias ecclesiasticas cum S. Sede Romana in basi principiorum ecclesiasticorum quantocyus componere satagat, preces suas ea declaratione terminando: „se requiem suam in sepulchro manibus eiusdem concredere."

Maiestati Vrae, Clementissime Domine! obtigit gloria, hanc postremam, magnanimam voluntatem immortalis memoriae sui avi Francisci I Imperatoris et Regis exequendi, dum ope Altmi patentis Decreti dd. 18 Aprilis 1850 catholicam Ecclesiam in tota monarchia Austriaco-Hungarica iuxta principia S. Ecclesiae plenitudini iurium suorum restituere dignabatur.

Primus §. huius altmae Resolutionis sic sonat:

„Tum Eppis, tum curae ipsorum concreditis fidelibus liberum sit, ad Papam recurrere, et decreta, aut constitutiones

summi Pontificis recipere, quin hoc scopo praevio consensu civilis potestatis opus haberent".

Haec, tum quoad libertatem principiorum, tum quoad iustitiam aeternum memorabilis regia Resolutio, quae quinque annis ante conclusum Concordatum Austriacum emanavit, tunc pro Regno Hungariae quoque vigorem habuit et placetum aevi Josephini hic quoque abrogavit.

Abolitio Concordati trans Alutham elapsis mensibus enuntiata, b. Resolutionem 1850-i et per eandem creatam liberam constitutionem Ecclesiae intactam reliquit, et per id catholici Austriae pro amissa charta Conventionis haud exiguam compensationem acceperunt.

Ast quid peccavit Ecclesia catholica in Hungaria, ut hic in locum legalis et constitutionalis libertatis restrictiva norma placeti succedat, et nos hungari privemur beneficio sapientissimae administrationis iustitiae, quod Mattas Vra qua magnanimus et iustus catholicus Monarcha omnibus populis suis destinavit?

Porro *repraesentatio ministerialis, ad probandam legitimitatem placeti, praeter alia, etiam testimonium unius e celeberrimis iuris peritis nostris, et indubie catholico sensu animati Comitis Antonii Cziráky allegat*, qui in opere suo de avito iure communi hungarico eam depromit opinionem: exercitium iuris placeti semper plus Ecclesiae profuisse, ac obfuisse, et scopo conforme esse, ut illud ad tutanda apostolica iura retineatur.

Ast repraesentatio ministerialis praetermittit commemorare observationem Czirákyi: de placeto opiniones variare.

„Usum placeti — inquit Cziráky — nonnulli Religionis catholicae libertati obesse praetendunt, dum alii, hoc dimisso, independentiae civilis gubernationis, civiumque tranquillitati qualia nescio pericula, quae fulmina vaticana imminere clamitant."

Repraesentatio ministerialis e posteriori visus puncto egreditur: ego tamen alteri opinioni adstipulor. Postrema secula non exhibent exemplum, quasi Roma, aut catholica Ecclesia Status oppressisset: dum opposita exempla, oppressae

scilicet per potestatem Status opé placeti catholicae Ecclesiae sat crebro in historia recurrunt.

Eo tempore, quo in monarchia austriaco-hungarica Status Catholicae Ecclesiae ita dicendo adglutinatus fuit; dum ipse catholicus Monarcha responsabilis fuit de sequelis exercitii iuris placeti, tunc inquam catholica Ecclesia exercitium placeti facilius tolerare potuit; verum alia est rerum facies penes parlamentares formas, ubi resolutio Principis ab opinione Ministri, opinio Ministri vero pro re nata a postulatis maioritatis, neutiquam catholicis sensibus animatae, dependet.

Contra motiva, et citationes ministerialis repraesentationis ego quoque tuendae libertatis catholicae Ecclesiae causa longam seriem legum patriae adducere possem; tales sunt inter ceteras, Decretum S. Stephani 2. l. 2 cap. Decret. Colomanni regis l. 1. cap. 65, prologus tripartiti t. 9 et 1 part. tit. 11. art. legis 6. a 1498, — art. 14. 1550, art. 7. 1552, art. 25. 1556, et spero, me avitis his legibus accensere posse etiam vadimonium legum 1848, quae generalem constitutionalem libertatem sartam tectamque praestant.

Verum iam ante annum 1848 agnitum fuit in regio solio, exercitium iuris placeti regii catholicam Ecclesiam laedere, et regius Praedecessor Mattis Vrae, benignus Ferdinandus V exposita sibi gravamina in considerationem sumendo, 12 Februarii 1843 motu proprio Primati eo tempore Josepho Kopácsy, Archi-Eppo Strigoniensi, medio regiae Cancellariae aulicae eam quaestionem posuit: num fundatae sint illae querelae, quod vigentes dispositiones gubernii communicationem catholicorum Epporum Hungariae cum Capite Ecclesiae ultra modum coarctent? et quibus mediis posset fundamentum huiusmodi querelarum removeri?

Ad hanc quaestionem memoratus Primas, auditis suis in Eppatu sociis, 9 Maii 1843 respondit, et consentienter cum opinione omnium Epporum Hungariae legali sinceritate declaravit: placetum regium in regnicolaribus legibus non radicari, illud legalem libertatem Ecclesiae laedere, nihilque magis iustum et aequum fore, quam liberam, immediatam et personalem communicationem inter antistites Hungariae et Caput Ecclesiae vigori restituere, ea ratione, ut postmodum nonnisi

correspondentiae, brevia et bullae, quae cum iure patronatus regii in nexu sunt, via et intermediatione Cabineti Regii expediantur.

Ulteriorem pertractationem, et speratum felicem exitum huius magni momenti quaestionis abs dubio eventus anni 1848 impediverunt.

Illud tamen certo certius nemo expectavit, quod, posteaquam placetum per Mattem Vram, qua summum apostolicum Patronum cath. Ecclesiae Hungariae, regia prorsus sapientia, et religioso iustitiae amore 1850 penitus abrogatum fuisset, reinductio huius medii praesenti aera libertatis suadenda sit.

Vereor tamen Matti Vrae uberiori elucubratione saepefatae ministerialis repraesentationis molestus esse, et me theoretico examini illius assertionis immittere: num placetum reipsa sequela sit iurium maiestaticorum Principum, et num speciatim in patria nostra ad corollaria, vel vadimonia iurium apostolicae coronae referri queat?

Omnino verum est, apostolica iura, qua privilegia a Capite Ecclesiae derivari; ast supponi nequit, Caput Ecclesiae pro coarctatione sui inalienabilis iuris gubernationis, suaeque potestatis spiritualis, cuicunque summorum Principum privilegium placeti contulisse; illa theoria vero, quae ius placeti e maiestatico iure deducit, refutata est per recentiorem theoriam aevi nostri, quae separationem Status ab Ecclesia, civilis potestatis ab ecclesiastica, item independentiam Ecclesiarum, et aequalitatem ac reciprocitatem confessionum instar principii stabilivit.

Solatio quidem nobis est, quod repraesentatio ministerialis apostolica, summaque patronalia iura s. coronae hungaricae pro essentiali parte constitutionis nostrae recognoscat, quia hoc modo illud quoque agnoscit: quod Ecclesia catholica, ab apostolico suo Patrono inseparabilis, pariter intra terminos constitutionis dignitati suae competentem locum occupet, siquidem sub munimine earumdem legum constituatur libertas Ecclesiae, cum iuribus coronae.

Gubernium instar motivi suae propositionis emolumentum Ecclesiae quoque adducit; neque dubito de sinceritate

intentionis eiusdem, nam quivis sapiens politicus novit: Ecclesiam securissimum et potentissimum fulcrum esse civilis potestatis; sed nonnisi tunc, dum plena libertate, et independentia fruitur.

At placetum Ecclesiam servituti obnoxiam reddit, auctoritatem eiusdem suffodit, ideoque Status ab Ecclesia in hoc humiliante et salutarem influxum eiusdem impediente situ constituta, sufficientem succollationem frustra praestolaretur; et huius rei ratio habenda esset in primis in monarchia austriaco-hungarica, quae in ingenti pluralitate catholici populi tum tutissimum vinculum, centrifuga elementa nationalia connectens, tum maxime essentiale pignus conservandae unitatis throni, et imperii possidet.

Repraesentatio ministerialis per placetum fundamentalia principia novi organismi Status sarta tectaque conservanda existimat; ubi tamen recte oppositum sequetur. Nam si theoria constitutionalismi libertati periculosam arbitretur potestatum Status, id est: potestatis legislativae, executivae et iudiciariae in una persona concentrationem: quanto magis formidandus est caesaro-papismus, et quanto minus componi potest cum conceptu constitutionalismi coadunatio potestatis civilis et spiritualis in una eademque manu?

Verum res maiorem adhuc attentionem excitaret: si insolitum huiusmodi principium nonnisi in detrimentum catholicae Ecclesiae applicandum foret, libertati aliis confessionibus competente salva relicta.

Similem extensionem potestatis, et partium studio directam agendi rationem constitutio hungarica nunquam admisit, nunquam adhibuit, spiritus vero legum 1848 eandem penitus exclusit.

Protestans Status Borussiae, et Concordatum Galliae, non secus ac pars Monarchiae trans Alutham sita prorsus irrestrictam communicationem permittit inter Caput Ecclesiae, fidelesque eiusdem. Anglia et septemtrionalis America generatim se non miscet ad ecclesiastica negotia catholicorum civium. Svecia, Dania et alii Status germano-protestantici hanc proceduram pariter iam abrogarunt; et praeter Italiam

sola Russia est, quae placetum contra catholicam Ecclesiam adhibet.

Quid igitur potest stimulare viros Status Hungariae, ut tam criticis temporibus, et inter alias politicas constellationes, huiusmodi inopportunis mediis tales quaestiones provocent, quae citra quodvis materiale aut morale lucrum Status, quin imo cum periculo almae pacis, nonnisi tranquillitatem animorum catholicorum perturbare, concordiam dissolvere, et hactenus vigentibus nationalibus motibus novum, periculosiusque malum addere possunt?

Altmo Mattis Vrae mandato quidem quoad placetum tum Chorus Epporum Hungariae, tum catholicus populus, quamvis saucio corde, se submittet; cum religio neminem a civili obedientia, et officiis subditi absolvat; verumtamen pro legali, sinceraque ingenuitate mea supprimere nequeo dolorem meum, et nonnisi repetere possum, quod supramemoratus Praedecessor meus in simili reclamatione aevo Iosephinismi dixerat: „ubicunque — ait — obtinet placetum, non sine gravi Ecclesiae vulnere obtinet, quae vulnera provida mater Ecclesia exemplo Magistri sui patienter quidem tolerat, ne horum impatiens, maiora cogatur seu ipsa a filiis experiri, seu filiorum cernere. Sed numquid, qui patienter fert, non caeditur?“

Propterea fundamento humillime praemissorum motivorum, et ex intima persuasione procedentis metus, *nomine universi catholici Eppatus Hungariae coram altissimo conspectu Mattis Vestrae iterum iterumque supplicare sustineo: ut hoc vulnus avertere, libertatem catholicae Ecclesiae sub apostolicam protectionem suam sumere, editum altissimum decretum de placeto suspendere, et 18-a Aprilis 1850 dimissas quoad libertatem Ecclesiae magnanimas resolutiones, pro glorioso munere apostolici Regis, et Summi Ecclesiae Patroni, pro Hungaria quoque in vigore conservare dignetur.*

Altissimum implementum harum intimarum precum chorus Epporum Hungariae una mecum adinstar pretiosissimi pignoris paternae fiduciae Mattis Vrae, et potentissimi incitamenti suscipiet, ut, quemadmodum hactenus, vestigiis suorum praedecessorum insistens, per inconcussam suam fidelitatem

et ad quaecunque sacrificia ferenda promptitudinem, in defensione gloriosi throni, apostolico-regiorum Mattis Vrae iurium, percharae patriae et regnicolarium legum, millionibus catholicorum subditorum Eiusdem inter quasvis vicissitudines vivo exemplo praeluceat. — Strigonii, festo S. Elisabethae 19 Nov. 1870. Ioannes Simor.

2049—2059.

Eppi Albaregalensis (Vinc. Jekelfalusy) conflictus cum Civili Gubernio ob publicata Decreta Vaticana. 1871. (ex hung.)

1. *Epistola Eppi Alba-Regalensis ad Ministrum* L. B. Eötvös*: ope cuius cum eodem communicat pastoralem suam literam de promulgatione Vaticanorum decretorum dogmaticorum, oratque ut nulla sibi ex parte Gubernii impedimenta ponantur.* Ipsum *Gubernium austriaco-hungaricum*, quemadmodum cuivis constat, necessarium existimavit, Ministerium italicum interpellare: ut dispositiones S. Sedi infensae abrogentur; porro declarare, Suam Caes. et Reg. Aplicam Mattem neutiquam indifferenti oculo cernere posse ea, quae Romae fiunt; demum enuntiare: Gubernium austriaco-hungaricum suapte obligari ad poscendam a Gubernio Regis Italiae cautionem de *inviolabilitate personae Suae Sanctitatis*, item de *libero et a nemine prorsus perturbari queunte exercitio sublimis ministerii* eiusdem. Hunc, nobis omnibus totique catholicae Ecclesiae solatiosum eventum, adinstar auspicii laetioris conversionis rerum considero, quam in respectu Romae praestolari possumus; nam in nexu eiusdem causa catholica, ut sperare licet, in patria quoque nostra laetiorem faciem accipiet; enimvero si S. Pater pontificium munus suum libere exercuerit, quemadmodum Gubernium austr. hungaricum iuxta praemissa exoptat, et apud Gubernium italicum urget, tunc ut Papa et Caput, Rectorque Ecclesiae libere, sine obstaculo et quavis per-

turbatione communicare poterit cum Eppis Ecclesiae, et medio horum cum clero imo cum fidelibus quoque; atque haec ita esse oportet, cum Papa sit Caput Ecclesiae, qui infallibilis Spiritus Sancti praesidio in aeternum promisso suffultus, nos omnes gubernat et docet. Iam autem *dogmatica Decreta in oecumenico Concilio Vaticano lata,* et sanctione Ecclesiae donata, *ceu totidem originales fidei articulos*, non nunc inventos, sed modo tantum promulgatos, constituentia, mihi a Sua Sanctitate fine capiendi congrui usus tradita sunt; itaque *strictissima mihi incumbit obligatio, eadem omnia et singula cum Sacerdotibus Dioecesis meae communicare, qui vicissim utpote magistri et pastores fidelium meorum, ex iisdem haurire tenentur doctrinam, quam fidelibus citra propriae animae periculum subtrahere nequeunt.* Quodsi igitur mihi haec dogmata cum Clero meo quantocyus communicare non liceret, id nonnisi in detrimentum cleri, fideliumque meorum cederet, Rnus Pontifex vero in exercitio sui muneris impediretur, quod in sensu praemissorum ab intentione Gubernii nostri alienum esse debet. Haec dogmatica decreta ipse mecum adferre, meoque Clero tradere optavi; verum per infirmitatem exeunte mense Augusto lecto affixus, et hucdum aegrotans, me itineri committere nequeo. Cum tamen medius iam effluxerit annus, ex quo decreta haec dogmatica in S. Concilio Vaticano lata fuere, quin Clero meo debita forma, seu per me annuntiata fuissent, ego vero sanctissimam hanc obligationem meam ultro protelare nec audeam, nec possim; hinc omni reverentia et irrestricta fiducia *oro Excell. Vram, ut Vicario meo Eppali transpositam et medio eius ad clerum meum directam praesuleam dispositionem*, cuius paria isthic adnectuntur, *benigne succolare, imo ex amore Dei et Ecclesiae eius, utpote notus iustitiae et aequitatis vindex, potenti suo praesidio fulcire, neque indulgere dignetur, ut evulgationi eiusdem in mea Dioecesi per quemcunque demum impedimenta ponantur;* nam cum haec dogmatica decreta totidem articuli fidei, hi vero effectus revelationis divinae sint, eorum debitam et inomissam promulgationem ad summum infideles impedire possent, nullatenus vero illi, qui se ipsos Ecclesiae Domini fideles profitentur; cum porro neces-

saria promulgatio horum articulorum fidei nec impediri possit, quin ipse S. Pater noster in libero exercitio sublimis sui muneris pontificii turbetur; eandem minime impedire posset Gubernium, libertatis Papae tantopere studiosum, ac nostrum, prout supra iam attigi; denique cum ab hac promulgatione salus inprimis mea, sed et Cleri ac fidelium meorum dependeat, in hac promulgatione impediri non possum, nisi impediens voluerit, ut onus responsionis et damnationis in ipsum recidat. Excellme Domine! gravia loquor, sed vera! Principia confundens seculum nostrum nunquam assequetur optatam pacem, nisi omnes simul reversi fuerimus ad antiquum illud axioma: „mutuo nos succolemus;“ id est: oportet, ut Status nostri sic succolent Ecclesiam Domini, quemadmodum illa succolat Status.

Ministerium Italicum 21-a Septembris elapsi anni, seu altera a pertusis Romae muris die coram Legatis suis apud exteras Aulas existentibus declaravit: occupationem ditionis, territorii, aut urbis cuiuscunque (ergo etiam Romae) non constituere ultimum finem, quem sibi praefixit; minime, inquit, cum longe alter sit scopus noster, videlicet: *definitiva separatio Ecclesiae a Statu*, hic est scopus noster, et istud principium, quod ab hesterna die Romae proclamare volumus. Quo autem tendant huiusmodi conatus, quive sint effectus defectionis Statuum ab Ecclesia? id abunde elucubravit immortalis memoriae *Pius VII P.* in allocutione die 16 Martii 1816 habita, quemadmodum in adclusa pastorali mea epistola legi potest. Quodsi tamen cuidam effata piae memoriae Papae minus placerent, quod (ut adversarii nostri asserunt) in propria causa sic locutus sit, audiat illos, qui hac de re locuti sunt, quin Romani Pontificis, aut Ecclesiae nostrae fideles essent; en 20-a Julii 1849 in domo Procerum Parlamenti Angliae *Lord Brougham*, hic nimis liberalis et contra Ecclesiam catholicam pluribus ex obtutibus praeiudiciis imbutus orator „impossibile existimavit proficuum exercitium spiritualis potestatis Papae, nisi simul civili principatu fruatur; hic, inquit, spiritualem potestatem eiusdem semper auxit, cum eundem independentem reddiderit; civili potestate destitutusPapa, (opinione illius) nihil aliud esse posset, ac mancipium iam unius, iam alterius

potestatis; civilis Principatus Papae (sic prosequitur) Europaeam indaginem praesefert, et ideo ipsius publicae tranquillitatis Europae gratia sustentandus est". Porro eadem die, vesperi Praeses Ministerii anglici *Landstowne* a parte gubernii Whigiani declaravit: „Cuivis Statui, catholicos subditos habenti, plurimum interest, ut Papa in eo versetur situ, qui eidem liberum et independens exercitium spiritualis potestatis possibile reddat; et ut immunis sit ab influxu cuiusvis alius potestatis, qui pontificiam auctoritatem eiusdem restringere posset; Papa ceu civilis Princeps in serie horum quartum, vel quintum locum tantum tenet; ast qua spiritualis Princeps non tantum Principibus primi ordinis adnumerandus est, sed et cunctos superat, nam conservationi civilis potestatis eiusdem talia suffragantur argumenta, quae ceterarum potestatum causa in medium proferri nequeunt. Profecto catholici Principes e respectu publici boni attendere debent, ne civilis potestas et principatus Papae per quemcunque demum turbetur! id admitti nequit quacunque e causa et quocunque scopo, minime vero ob commodum civilis cuiusdam potestatis". Haec verba nequaquam e Romano Vaticano profecta sunt, sed e Parlamento Angliae, quod alias causam Romae tueri non suevit. Et, ecce! quo devenimus hodie! sed audiamus: si succedere posset perpetua abolitio civilis potestatis et principatus Papae, quaero: poteritne remanere spiritualis eiusdem auctoritas? Deus novit; — nos id tantum scimus, quod, si spiritualis potestas eiusdem frangi posset, ipsa Ecclesia Domini nostri ruere deberet; at, quid, quaeso, remaneret tunc civilisationis, per Crucem allatae, penes rudera Ecclesiae? id pariter nemo nostrum novit, et tantum praesagire possumus! Profecto horrendum foret vel cogitare, existere potentias, quae antiquam barbariem revehere cuperent!

Ea igitur dulci spe fretus: Excellentiam Vram fiduciae plenas preces meas benigne suscepturam; seque in sphaera sublimis sui muneris non secus ac in gremio carae suae familiae incunctanter fidelem exhibituram illi Ecclesiae, quae pretiosam eiusdem personam olim suscepit, nutriit, et educavit; eandem porro inventuram modum, quo *Placetum regium*, Ecclesiae nostrae *recte nunc* maxime iniurium, quanto minus

detrimentum inferat sanctae causae, quae nunc a certa hominum classe tantopere oppugnatur, et cuius cura manibus Excellentiae Vrae concredita est; pacato animo exhibeo Exc. Vrae paria pastoralis meae epistolae, ea namque mihi blandior spe, me ope energicae cooperationis Exc. Vrae in optata eiusdem promulgatione per neminem impediendum fore. — Romae, 18 Januar. 1871.

2. *Minister Cultus* Pauler (Baroni *Eötvös* succedens) *in responso ad Eppum reflectit eundem ad Regiam Resolutionem de necessitate impetrandi Placeti ad hoc, ut decreta Vaticana promulgentur.* In nexu repraesentationis Illtis Vrae dd. 18 Jan. a. c. penes quam pastorales literas ad Clerum suum dioecesanum directas, et promulgationem decretorum Concilii Romani continentes, mecum communicat, meumque hac in re patrocinium exorat, necessarium duxi attentionem Illtis Vrae convertere ad circulares literas Praesidis Ministerii dd. 10 Augusti a. e. ad Archi-Eppos et Eppos lat. et. gr. ritus catholicos Hungariae dimissas, secundum quas Sua Caes. et Reg. Aplica Mattas ope altmae determinationis de 9. Augusti e. a. ius *placeti regii* retinendo clementer disponere dignata est: Concilii Romani, et Suae Sanctitatis Summi Pontificis quaecunque decreta aut mandata nec promulgari, nec dimitti posse, nisi prius Gubernio exhibeantur, et via eiusdem promulgatio aut dimissio illorum per Suam Mattem mediante decreto permissa fuerit. Quosuper Illtem Vram ea spe reflecto, quod Eadem praeviis altmis ordinibus debitum obsequium tribuendo, iisdem hac occasione quoque effectum procuratura sit. Budae, 6 Mart. 1871.

3. *Novae literae Ministri Cultus* Pauler *ad Eppum; in quibus quaerit: an, ut fertur, promulgatio decretorum Vaticanorum reipsa facta sit? et, si ita, qualiter sciat Eppus hoc suum factum cum Resolutione Regia de Placeto edita conciliare?* Illtas Vra ope circularium literarum D. Praesidis Reg. Hung. Ministerii dd. 10 Augusti a. e. certior reddita est, in nexu nonnullorum decretorum Romani Concilii die 8 Dec. 1869. convocati, quibus iura Suae Mattis tamquam Apost. Regis Hung. coarctarentur, S. Caes. et Reg. Aplicam Mattem ope altmae determinationis dd. 9. Aug. clementer disposuisse:

e. a. ut iuri *placeti regii* effectus procuretur, et Gubernium hoc scopo necessarias dispositiones instituat. In nexu huius Illtas Vra de eo quoque edocta fuit, nulla decreta, nullasque dispositiones Concilii Romani, aut Suae Sanctitatis Summi Pontificis promulgari, aut per Diocesin dimitti posse, nisi prius Gubernio exhibeantur, et Sua Mattas eorum promulgationem aut dimissionem via Guberniiin forma decreti indulserit. In his Circularibus Praeses Gubernii eam expressit convictionem, Illtatem Vram patrioticae obligationi suae conformiter eo adlaboraturam, ut huic altmo mandato Suae Mattis in Dioecesi gubernio suo concredita omni occurrente occasione satisfiat, inprimis vero sollicitudinem suam eo conversuram, ne eiusmodi Decreta, vel mandata Romani Concilii et Suae Sanctitatis Papae, quae suprafatum placetum regium non obtinuerunt, promulgentur. Porro, in nexu repraesentationis Illtis Vrae dd. 18 Ianuarii a. c. penes quam pastoralem suam epistolam, ad dioecesanum Clerum directam et promulgationem decretorum Concilii Romani continentem p. m. praedecessori meo D. Baroni Ios. Eötvös Ministro communicavit, eiusque patrocinium hac in re exoravit, necessarium duxi in literis meis dd. 6. Martii a. c. supra adductarum D. Praesidis ministerii Circularium tenores et dispositiones Illti Vrae novitus in memoriam revocare firmiter sperans: Illtem Vram supra allato altmo mandato debitum obsequium tribuendo, eidem effectum hac quoque occasione procuraturam esse. His praemissis, posteaquam partim in relationibus ephemeridum, partim ex aliunde haustis notitiis, asseritur: Illtem Vram decreta postremi Concilii Romani in Dioecesi sua, signanter *Albae Regiae* promulgari curasse; certior factus de reditu Illtis Vrae Roma, Eandem obsequiose requiro, ut declarationem dare dignetur: 1) *Num memorata promulgatio reipsa instituta fuerit; — et* 2) *si reipsa facta sit, quomodo existimet Illtas Vra legitimari posse hoc factum, in conspectu altissimae determinationis Suae Mattis, in legali exercitio fundatae, et mandati, de quibus Illtas Vra suo tempore informata, imo distinctim atque expresse attenta reddita fuit?* Budae, 10 April. 1871.

4. *Responsum Eppi ad literas Ministri Cultus: in quo*

ea, quae Eppo convenit, libertate et constantia tum sic dictum Placetum Regium *impugnat, tum factum suum gravissimis argumentis tuetur.* — Dignabatur Excell. Vra in suis dd. 10-ae elapsi mensis ad me officiose directis et per me reverenter susceptis literis disposuisse: ut declarationem dem super his duabus quaestionibus? 1) „Num ego decreta postremi Concilii Albae Regiae reipsa promulgaverim? 2) et si id reipsa factum sit, quomodo existimem hoc factum legitimare in conspectu altmae determinationis Suae Mattis, in legali exercitio fundatae et mandati, de quibus suo tempore informatus imo distinctim atque expresse attentus redditus fui? Declaratio mea ad has duas quaestiones eo sincerior erit, quo magis necessarium est, ne inter Eppum et inter Gubernium Monarchiae nostrae vel umbra remaneat illius dissensionis vel dubitationis, quae publico commodo prodesse nunquam, — obesse plurimum potest.

Ad *primam quaestionem* reverenter respondeo; omnino! ego dogmatica decreta in postremo Concilio Vaticano 24 Aprilis et 18 Iulii a. elapsi solemniter promulgata, quae omnes fideles catholicae ecclesiae sine exceptione obligant, quaeve recte ideo illis ad quos pertinet quo ocyus, non laterali sed consueta via annuntiari debent, 18 Ianuarii a. c. Roma Albam Regiam Vicario meo Eppali ea cum inviatione transposui: ut eadem in typis procudendis exemplaribus cuivis Parochiae submittat, quae ibidem, utpote inevitabiles fontes necessariae institutionis, in concernentibus tabulariis officiose custodiantur. Haec fuit dispositio mea, in nexu cuius decreta Albae Regiae 6-a Martii a. c. et in ceteris quoque parochiis Dioecesis meae promulgata fuere.

Quod ad *alteram quaestionem* attinet, habito respectu eorum, quae continet, uberius respondere debeo; etenim

a) *placetum regium,* quod in praesentibus adiunctis Ecclesiae nostrae magis ac unquam iniurium est, *nunquam recognoscere potui pro legitimo;* siquidem *nullus* existat *legis articulus*, qui exercitium eiusdem disponeret; sed nec pristinum eius usum agnoscendo sum adinstar legalis exercitii, nam recte hoc exercitium adversabatur vigentibus legibus, quae Dioeceses per Eppos secundum praescripta SS. Canonum re-

gendas praeceperunt ; atqui Canones Ecclesiae nullum noverunt placetum extra sphaeram Ecclesiae, eo minus ergo potuerunt illud tolerare. Propterea Ecclesia nostra *placetum regium* semper adinstar *alienae ingessionis*, *Ecclesiae libertatem restringentis,* consideravit, et hodie quoque considerat, cuius exercitium Ecclesiae semper impedimento et gravamini fuit, siquidem vocatio eiusdem sit, libere docere gentes easque baptisare in nomine Patris et Filii et Spiritus S. *Minime conveniens* autem mihi apparet *exercitium* huiusce *placeti in manibus apostolici Regis Hungariae, qui tamquam Apostolicus Rex potius S. Sedis natus advocatus et defensor, quam contraagens est.* Quomodo cohaereat theoria huius placeti regii generatim cum theoria modernae libertatis ? id praetereo ; nihilominus tamen dico : emolumentum catholici throni, et eidem fideliter adhaerentium, potissimum catholicorum populorum postulare, ut S. Sedes romana potius succoletur, quam specie cuiusdam aemulationis oppugnetur. Cetera liceat mihi sapientiae Excell. Vrae committere, attingendo tamen, Ecclesiae ac S. Sedi apostolicae semper *interfuisse*, nunc quoque *interesse* et nunquam non *interfuturum* esse, ut coronam Hungariae defendat, protegat et utinam in perpetua tempora sustentet ! sed idem deposcere etiam commodum Coronae Hungariae in respectu S. Sedis romanae, quis negaverit ?

b) Quamvis dogmata fidei vi naturae suae nunquam fuerint, sed nec esse potuerint obiecta praefati placeti, cum id, ad quod *in foro interno* obligamur, nec a nostro, nec ab alterius cuiuscunque arbitrio pendere possit ; quamvis nunc catholici de eo : num fideles nostri manere optant ? nec ne ? libere decernere valeant ; nihilominus tamen verum quoque est : eosdem, donec catholici sunt, inter dogmata fidei pro lubitu seligere non posse, nam quodvis illorum divinae auctoritati innititur, posteaquam secundum doctrinam fidei nostrae, per Ecclesiam docentem ipse Spiritus Sanctus loquitur nobis, fidelibus Ecclesiae ! Considerato tamen eo, me per rescriptum Praesidis Ministerii dd. 10 Augusti anni el. de saepefata resolutione Regia informatum fuisse, quamvis haec inopinata non minus ac iniuria placeti regii resuscitatio mihi dolorosa fuerit, ad testandum tamen hac occasione quoque homagiale obsequium

meum, praesuleam epistolam meam eadem die (18 Ianuarii) Praedecessori Exc. Vrae submisi.

c) E suppletoria instructione immediati Praedecessoris Exc. Vrae dd 29 Septembris mihi intelligere licuit : *normativos ordines dd. 10-ae Augusti non extendi ad ea, quae ad forum internum, seu ad conscientiam tantum pertinent, quemadmodum nec ad illa, quae moram non patiuntur*; *iam autem decreta Concilii*, de quibus sermo fit, *tantum ad internum forum, seu conscientiam pertinent, cum obiecta fidei sint, neque moram patiuntur, quia dogmata fidei constituunt.* Per mortem Ministri non moritur etiam Ministerium, quod illo mortuo, aut impedito porro quoque activitatem suam exercet; quodsi igitur adversus pastorales literas meas, praevie Ministerio submissas, a parte eiusdem durante longiori temporis mora, qua Albae-Regiae typis procudebantur, nulla contradictio aut prohibitio intercessit, — quod in tanta vicinia prompte fieri potuisset, — contradictio enim Exc. Vrae dd. 6. Martii iam serotina fuit — quid aliud cogitare potui, quam : dogmata, quorum promulgationem disposui, per ipsum Gubernium quoque pro talibus considerari, quae fideles in conscientia duntaxat (in foro interno) obligant, ideoque moram non patiuntur; porro : eadem per Excelsum Gubernium quoque pro talibus haberi, quae nec iura, nec leges Status laederent; item : cum eadem adinstar abusus et excessus sanctae Ecclesiae Dei spectari nequeant, adversus eadem nullis politicis praecautionibus opus esse; denique : eadem vi complexus sui tum iuribus Principum, tum legibus et tranquillitati Status apprime cohaerere. Quod vero haec tantum cogitare potuerim, inde quoque patet, quia in opposito casu Excelsum Gubernium ordinibus suis intra momentum effectum procurare et scivisset, et potuisset.

d) Ad hanc promulgationem vero dogmatum eo magis obligatum me sensi, non tantum e respectu tranquillitatis conscientiae meae, sed etiam salutis fidelium meorum, quo magis apertae et periculosae fuerunt declarationes adversus eadem directae, et ideo motus quoque inimici illi positioni, quam ego in Concilio Vaticano sub pertractatione horum dogmatum e plena convictione animae meae tenui. Demum

ingenue declarare debeo, quod cum dogmata fidei nos catholicos absque omni personarum discrimine obligent, ego, in sensu quoque legum patriae nostrae, tunc potius ad onus responsionis trahi potuissem, si tamquam Eppus, promulgationem dogmatum in Concilio Vaticano publicatorum distulissem vel plane intermisissem!

En! Excellme Dne Minister, motiva, in qnorum nexu ego dogmatica decreta in Concilio lata, et in praesentibus circumstantiis nec ultro differri queuntia promulgando, strictae obligationi meae Eppali satisfeci; quam proinde promulgationem omnino iustificatam censeo, et quidem in respectu etiam ordinum quoad placetum regium editorum et mecum communicatorum. — Albae Regiae, 2 Maii 1871.

5. *Idem Eppus Primati R. Hungariae communicat literas Ministri Cultus et suum ad eas responsum.* Honorem habeo Celsitudinem Vestram informandi, me propter dogmata, per me nuperrime promulgata ab actuali Ministro Cultus ad onus responsionis attractum fuisse, et congrue respondisse. Dum haec duo scripta cum Celsitudine Vra in paribus communicarem, una Eandem velut Primatem Regni Hungariae et Metropolitam meum oro: ut susceptam per me promulgationem dogmaticorum decretorum, in Ecclesia quidem semper creditorum, sed hac potissimum aetate oppugnatorum et ideo per Ecclesiam solemniter publicatorum, oblata occasione potenti suo patrocinio prosequi et causam Dei tueri dignetur. — Albae Regiae, 2 Maii 1871.

6. *Eppus iussu Regio per Praesidem Ministerii citatur pro audiendo Verbo Regio.* (Protocollum desuper e propria adnotatione Praesulis concinnatum sic sonat:) *Vincentius Jekelfalusy* Eppus Alba- Regalensis per Exc. D. Ministerii Hungarici Praesidem Iulium e Comitibus Andrássy *citatus* ad dicti Praesidis Palatium Budense, et quidem *ad audiendum Verbum Regium*, nomine Suae Mattis SSmae cum eodem Eppo communicandum, praestituta die *XI Septembris 1871* in memorato palatio praesidiali Budae *comparuit*: ubi, cunctis catholicis Ministris praesentibus, (acatholicis utique absentibus) praedictus Ministerii Hung. Praeses Suae Mattis SSmae mentem ac voluntatem in scriptum redactam praesenti Eppo per-

legit, cuius copiam eidem etiam tradidit, sequentis tenoris: „Illme ac Rssme Dne Episcope! Sua Caesarea et Apostolico-Regia Maiestas, in nexu repraesentationis Ministri Cultus et publicae Institutionis ope altmarum manualium dd. 16 Iulii a. c. ad me directarum clementer disponere dignata est: ut Illti Vrae, ob actum eiusdem, quo decreta Concilii et Constitutiones Papae in obversum prohibitivorum ordinum dd. 10 Augusti 1870 in sua Dioecesi solemniter promulgavit, e directo mandato et nomine Suae Caes. et Apostolico-Regiae Mattis, *resensus*, *reprobatio* et *correptio* regia exprimatur; una vero effectum istius altmae determinationis mihi committere dignata est. Posteaquam hanc altmam determinationem cum Illte Vra communicavi, obligationis meae esse reputo, eandem scripto quoque tradere, (una vero expectationem illam exprimere: Illtem Vram in posterum legibus et altmis ordinibus Suae Mattis debita reverentia obsecuturam, neque amplius per laesionem eorum Suae Matti ansam resensus daturam esse.) Andrássy. Budae, 11 Sept. 1871. (Prosequitur Eppus in praemisso Protocollo:) Clausula (sub parenthesi contenta) non fuit in copia Eppo tradita. Eppus altissimam hanc reprobationem nomine Suae Maj. SSmae sibi per Ministerii Praesidem tam solemniter communicatam homagiali cum submissione excepit, tamquam animadversionem a clementissimo suo Rege ac Domino emanatam, atque condigne excipiendam, quin propterea sive uni sive alteri sublimi officio suo unquam derogare vellet; antequam tamen ille e tristi conspectu dicti Ministerialis Consilii recederet, simpliciter sequens dedit responsum: *Debita cum submissione recipio apostolici Regis mei altissimam hanc determinationem! scio meam obligationem!* Quaerens postmodum idem Eppus: *num Excellentia Vestra habeat adhuc quidpiam nomine Suae Mattis communicandum?* et breve accepisset responsum: *non habeo*, recessit, et redivit Albam Regiam ad Sedem Cathedramque suam, lugens, quod eo devenerint iam res etiam in hoc *regno*, inde ab olim *Mariano!*

7. *Apologia Eppi Albaregalensis post auditum Verbum Regium ad Regem Apostolicum submissa.*

D. Praeses reg. Ministerii Hung. hesterna die Budae in solemni praesentia Senatus Ministerialis officiose mecum com-

municavit Caes. et Ap. Regiae Mattis Vrae eam altmam determinationem, vi cuius propter promulgata Sacerdotibus Dioecesis, sollicitudini meae concreditae, postremi Concilii Vaticani decreta, — siquidem haec promulgatio, ut asseritur, iuri *placeti regii* adversaretur — per Reg. Apostolicam Mattem Vestram reprehendor, utpote e cuius directo mandato, et nomine D. Praeses mihi regium resensum, reprobationem et correptionem manifestavit; exprimendo etiam expectationem: „me in posterum legibus et altmis ordinibus Suae Mattis debita reverentia obsecuturum, neque amplius per laesionem eorum Suae Matti ansam resensus daturum fore". Debita et decursu totius vitae meae testata homagiali cum reverentia suscepi hanc altmam Caes. et Aplico-Regiae Mattis Vrae determinationem, cum Mattis Vrae fidelis capellanus et subditus sim et usque mortem esse velim; verumtamen *profundissima in humilitate fateri* quoque *debeo: me* eadem *vehementissime perculsum fuisse*; *nam instar maximae et gravissimae poenae reputo illud, dum subditus per coronatum Principem, et Antistes apostolicum Regem suum, ergo per repraesentantem et plenipotentiarium Capitis Ecclesiae reprehenditur.*

Clementissime Domine! in plena et illibata conscientia homagialis fidelitatis, quae mihi connata, per educationem in me aucta, et consolidata fuit, prouti tota anteacta vita mea, ad quam tute provoco, testatur, — adinstar strictissimae obligationis meae reputo: ut me coram Caesarea et Apostolico-Regia Matte Vra iustificem quoad factum, propter quod hesterna die in conspectu Dioecesis meae, fidelium curis meis creditorum, patriae imo totius orbis tam severe punitus fui. Haec iustificatio vero est sincerissima et humillima fassio septuagenarii senecionis, et declaratio viribus fracti antistitis, cuius dies numerati sunt, cuive celeri passu appropinquat hora, qua aeternus Iudex ab eodem rationem villicationis suae petiturus est.

Ordior autem hanc iustificationem a declaratione: *me in activitatis meae sphaera hactenus semper adinstar normae prae oculis habuisse effata Domini Nostri:* „Reddite quae sunt Caesaris, Caesari, et Deo, quae sunt Dei". Absit itaque a me ipsum factum negare; etenim me decreta Concilii Va-

ticani, utpote sanctae fidei nostrae dogmata, cum Clero meo officiose, ut oportuit, communicasse, verum, quia reapse factum est; factum est autem ideo, quia *in conscientia obligatum me sensi, — quemadmodum nunc quoque me sentio, — ut dogmatica Ecclesiae decreta, quae omnes fideles eiusdem sine personarum discrimine obligant, non laterali quapiam via, sed via concernentis Ordinarii officiose ad notitiam omnium, ad quos pertinent, pertingant, inprimis autem ad notitiam pastorum animarum, quibus munus fideles instituendi et docendi concreditum est.* Sed factum est id etiam ideo, quia *obstrictum me sensi ea sacramenti fide, quam annuente Caes. et Apost. Regia Matte Vra velut consecrandus Dioecesanus Eppus Albaregalensis Sanctae Sedi Romanae, respective visibili Capiti Ecclesiae Romano-Catholicae, Romano Pontifici nuncupavi.* Hanc inomissam obligationem meam tamen neutiquam ea ratione adimplevi, ut eorum, quibus Matti Vrae teneor, immemor fuissem; nam non adimplevi illam ita, ut praescriptas et effectui mancipatas formas vel a procul laesissem, et vel levissimum signum mihi tam graviter imputatae inobedientiae dedissem! Enimvero quemadmodum ex isthic sub ·/. reverenter adcluso scripto apparet, ego pastoralem meam epistolam, qua dogmatica decreta Concilii Vaticani per Dioecesim meam promulganda disposui, Roma, ubi pluribus mensibus infirmus eram, eadem die, seu 18 Ianuarii 1871 cum Ministro Cultus et publicae Iustitutionis L. B. condam Iosepho Eötvös officiose communicavi; imo innixus circularibus literis eiusdem Ministri dd. 29 Septemb. 1870 suppletorie dimissis et sub ·//. pariter humillime advolutis, eundem oravi: ut publicationem pastoral s meae epistolae per Dioecesin meam, in nexu memoratarum circularium nec ipse impediat, nec per quemcunque, et sub quocunque praetextu impediri permittat. Interim ad has preces nec ego Romam, ubi infirmus adhuc constituebar, a parte reg. Cultus et publicae Institutionis Ministerii ullum responsum accepi, nec Eppalis Vicarius meus Albaregalensis a pastoralis epistolae meae communicatione et publicatione prohibitus fuit, quapropter eadem, quemadmodum disposui, initio Martii anni

curr. in omnibus parochiis Dioecesis meae promulgata fuit. Itaque mea agendi ratio, quam in mea, in nexu officiosae provocationis reg. Ministri Cultus et publicae Institutionis, exhibita et sub ·///. reverenter adclusa declaratione cum motivis suis plene dilucidavi, minime tendebat in elusionem, aut laesionem debitae homagialis fidelitatis et obligationis, de qua coram Caes. et Apost. Regia Matte Vra absque fundamento accusabar, et in cuius nexu hesterna die ad mandatum, et nomine Mattis Vrae correptus eram, et plurimum dolorosae, nominique meo apud eos, qui adiuncta rei ignorant, aeternam maculam inurentis poenae gravitatem sustinere debui.

Clementissime Domine! quantopere affligar illis, quae mihi heri evenerunt, describendo eo minus sum, quo magis adursi hactenus in mea sphaera fidelitatem subditorum! Fateri namque cogor Matti Vrae, — quamvis gloriari non sueverim, me, licet indignum, at fidelem Administratorem et Eppum Romano-Catholicae Ecclesiae, quae tutissimum fulcrum thronorum constituit, non tantum semper docere: fidelitatem erga Principem unum praecipuorum officiorum cuiusvis catholici esse; sed idem proprio quoque exemplo ac vita, quae omnibus patet, comprobare adnisum fuisse; nam Sacerdotes, fidelesque meos ad hanc homagialem fidelitatem quotidie stimulare adinstar propositi vitae meae nunquam non reputavi, nunc quoque reputo, quemadmodum residuis etiam vitae meae diebus reputaturus sum. Sit, quaeso, Caes. et apost. Regia Mattas Vra clementer convicta, me unum esse subditorum suorum, qui homagialem fidelitatem ne cogitatu quidem labefactare norunt, quive ceu fideles subditi vivere, morique cupiunt. Sed pari ratione *nunquam cessabo orare Coelorum Dominum,* Deoque supplicare: *ut universum genus humanum, praecipue vero patriam nostram, totumque imperium Caes. et apl. Regiae Mattis Vrae praeservet a periculo, ne conscientia veri christiano-catholici subditi, per obligationes religionis directa, unquam ad conflictum ponatur cum civilibus obligationibus!* nam si eo res delapsae fuerint, ut religio e pectoribus hominum exulare debeat, tunc evelleretur ex iisdem timor quoque Dei! iam vero hic constituit unicum vadimonium fidelitatis

subditorum et civium, sine qua nulla superest populis salus, sine qua de prosperitate civium actum est.

Ceterum, dum pro salute Mattis Vrae et Altmae Familiae regnantis peculiarem Omnipotentis gratiam flagitarem, una humillime supplico: ut me porro quoque fidelibus subditis suis clementer adnumerare dignetur. — Albae-Regiae, 12 Sept. 1871.

8—9. *Clerus Distr. Vaálensis ex incidenti eorum, quae cum Eppo Albaregalensi evenere, in suo Conventu annuo reprobat tristissimum eventum, Praesulique inconcussam fidelitatem ac adhaesionem profitetur: Praesule hanc Cleri professionem paterne recolente et amoris plena litera prosequente.* a) *Extractus Protocolli Congreg. Distr.* 20. Surrogatus Vice-Archi-Diaconus Honorabilem Districtum interrogav it num quis quidquam proponere vellet? in cuius sequelam R. D. *Ioannes Krizsány* surgens, verbis intimam animi commotionem spirantibus in memoriam Honorabilis Districtus revocavit infaustissimum illum eventum, in annalibus Ecclesiae hungaricae nefando certe calculo notandum, qui die 11-a Septembris a. c. in arce Budensi accidit, dum amantissimum Patrem et dignissimum Praesulem suum, Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum *Vincentium Jekelfalusy* Episcopum Albaregalensem eo, *quod forti animo vestigia sectatus Apostolorum, Deo magis, quam hominibus obedierit,* tamquam laesae Maiestatis reum, *ad audiendum verbum regium* evocari tristis ac gemens cernere debuit, addens: „praeter alia gravissima rationum momenta, vel ipsum honorem Sacerdotalem exigere, ut ex incidenti tristissimi eventus illius sensa nostra pandamus;“ *Honorabilis Districtus* R. Domini Secretarii Districtualis verba ex intimis praecordiis suis depromta fatetur, tristissimum *eventum illum tanquam proclamatae conscientiae libertati adversum, muneri apostolico exitialem*, et generatim ceu *Ecclesiae catholicae graviter iniuriosum unanimi consensu reprobat*, Illustrissimo Praesuli suo vero, ac Patri amantissimo tam indigne habito, penes intimam compassionem, filialem pietatem, tenerrimumque amorem, inconcussam fidelitatem, adhaesionemque nunquam defecturam spondet, hancque solemnem enunciationem via Officii Vice-Archi-Diaconalis, homagiali

cum devotione ad notitiam Suae Illustritatis Episcopalis perferendam esse decernit. b) *Responsum Eppi.* Punctum vigesimum protocolli Congregationis Vestrae Districtualis, sub 3-a octobris 1871 in parochia Oppidi Vaál asservatae, paterno cum solatio recepi, ceu testimonium spiritus ecclesiastici, quo e gratia Dei abundatis; nec moror Vos cum quadam anxietate exorare, ut pretiosum hunc thesaurum omni cum sollicitudine conservare velitis, veluti scientes, quod sacerdos hoc spiritu destitutus nil amplius sit, quam aes sonans et cymbalum tinniens. Eventus ille, Dilectissimi, quem vos iuxta attactum extractum protocollarem die 11-a septembris l. a. in arce Budensi contigisse dicitis, quemve tamquam *actum proclamatae conscientiae libertati adversum, muneri apostolico exitialem*, et *Ecclesiae catholicae graviter iniuriosum*, proinde *tristissimum*, ac *infaustissimum*, *unanimi consensu reprobatis*, accidit omnino eodem — uti dicitis — in loco, eodemque tempore. Citatus nempe per suam Excellentiam Ministrum Praesidem, Iulium e Comitibus Andrássy Budam, ad audiendum verbum Regium nomine Suae Maiestatis Sacratissimae mecum per Se communicandum, ego praestituto die hora prima meridiana Budae, in praevenerati Praesidis palatio comparui, ubi praesentibus cunctis Ministris catholicis — acatholicis utique absentibus — Excellentissimus Dominus Altissimam Suae Maiestatis Sacratissimae mentem ac voluntatem, in scriptum redactam, coram me solemniter perlegit, eiusdemque copiam mihi tradidit tenoris sequentis: *Illme ac Rme D. Eppe! Sua Caesarea etc.* (ut supra sub nr. 6.) In officiorum collisione quid sit nobis agendum? notum est mihi, sicut et vobis; sufficiat ergo rememorare coram vobis illud Apostolorum a Iudaeis iam caesorum effatum: „Oportet magis obedire Deo, quam hominibus“ (Act. ap. 5) illud item Salvatoris dictum: „Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari, et quae sunt Dei, Deo.“ (Luc. 20.) Verum reddite ea uti oportet, Apostolorum videlicet exemplo conformiter, omni cum submissione scientes, quod: „non sit potestas nisi a Deo, quae autem sunt, illae a Deo ordinatae sunt.“ (Rom. III. 1-o). Porro quod attinet *filialem* illam *pietatem amoremque tenerrimum*,

quem erga me in cordibus vestris fovere asseritis“ scitote, dilectissimi, per hoc maximum vos attulisse solatium mihi, tam longe a Vobis dissito, et hic etiam Dei opem pro Vobis iugiter imploranti, sic enim formatur in hac perchara Dioecesi mea acies bene ordinata, ad occurrendum diris Ecclesiae Christi hostibus. „Accedite igitur et Vos cum fiducia (una mecum) ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur quotquot sumus, et inveniamus gratiam et auxilium in tempore opportuno (Hebr. 4).“ Denique quod ad calcem eiusdem extractus protocollaris mihi spondetis „*inconcussam* videlicet *fidelitatem, et nunquam defecturam erga me adhaesionem Vestram*“ scitote Dilectissimi! quod per hoc non me, sed Vosmetipsos exaltaveritis, docentes, quod ipsi studeatis conservare unionem illam evangelicam, de qua tam abunde loquitur Scriptura, (Ioann. 15.) et sine qua inane est omne opus nostrum, neque enim possumus optatum referre fructum, nisi iungamur omnes et singuli ceu palmites Christo, qui est vitis vera. Dum itaque Vos optatum hunc nexum cum Praesule Vestro, et per eum cum sancta Sede Apostolica, ac per hanc cum Ipso Salvatore Domino Nostro Iesu Christo adesse asseritis, eamque nunquam defecturam contenditis, imo iam nunc tam egregie profitemini, non possum non gloriari in cruce Domini nostri Iesu Christi, atque laetus congratulari Ecclesiae Christi, ac in ea in specie percharae Dioecesi meae, in cuius gremio tanti parantur veritatis heroes. Utinam nunquam remittat, Dilectissimi, Vester hic zelus! crescat ille potius, cum Dei gratia, hoc praesertim tempore, dum tam gravibus undique arctamur periculis, sicut enim haec crescunt, et sicut illa de natura rei nonnisi cum periculo vinci possunt, ita nos etiam magis atque magis proficere oportet in sphaera muneris nostri, ne secus actum sit in aeternum de nobis et de animabus curae nostrae concreditis. De caetero, Venerabiles Fratres et Filii Dilectissimi, oremus pro invicem! ut liberemur ab importunis et malis hominibus non habentibus fidem! Subtrahite Vos — quaeso — ab omni fratre, ambulante inordinate, et non secundum traditionem, quam accepimus ab Apostolis! Videte ne a lege Domini declinetis, sive ad dextram, sive ad sinistram,

sed facite omni cum promptitudine ea, quae praecipit Vobis Dominus. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit et maneat cum omnibus Vobis! Piis ad aram precibus Vestris amplius commendatus, paternam mitto vobis Benedictionem et sum, Romae die 25-a Novembris 1871.

10. *Responsum Eppi ad epistolam Distr. Albensis Inferioris in eodem merito.* Sacra illa correlatio, in qua, disponente Deo, vobiscum constituor, in unam familiam nos coadunavit, adeo, ut cuius ego sum „Praesul et Pater“ in Domino, hic nequeat esse meus „humilis servus“ sed „fidelis et filius“ in Domino. Sufficiant haec nunc pro semper, serviantque pro futura directione. Haec in nexu lubenter acceptae epistolae dico, quam mihi 24-a elapsi Octobris e districtuali conventu ecclesiastico in Sárbogárd celebrato propria nominum subscriptione ad me dirigere voluistis. Solatii pleno corde legi hanc epistolam; ex ea namque intellexi: qua attentione prosequiminor cuncta vitae meae momenta, quantave dilectione adhaereatis mihi in omnibus, quae mecum adimpletorum sanctissimorum officiorum meorum ecclesiasticorum causa evenerunt. Fateor me suaviter affectum fuisse epistola vestra; non acsi de vestra erga personam meam adhaesione minimum dubitassem, sed cum in ea conspexerim ardentem zelum vestrum, et convictus fuerim, vos nunc, dum omnes mundi potestates adversum Ecclesiam Domini, et ministros eius conspirarunt, mihi adstipulari, paratosque esse sepositis et oblivioni traditis omnibus, ad pedem Crucis consistere, eamque contra quosvis assultus defendere; imo paratos, poscentibus adiunctis ad pedes Crucis Domini occumbere, ut certam victoriam eiusdem acceleretis; *certam* dico, nam Divina Maiestas nunquam permittet: ut dilectam sponsam suam, pretioso sanguine suo acquisitam, Ecclesiam, quam morte sua pro salute humani generis misericorditer fundavit, sapientia perversi mundi destruat, aut astus diaboli eidem praevaleat. — Nunquam! Tam generosum, promptumque animum, quem in epistola vestra pandere voluistis, certo certius divina comitabitur benedictio, et singulare praesidium, ubi opus fuerit, dumque omni humano destituti munimine adiutorio eius egebitis. Sacerdotibus Domini huiusmodi spiritu animatis, Ecclesia Christi premi et persecutioni subiici quidem poterit; sed opprimi et penitus destrui

nunquam! Satis comprobat id XIX seculorum historia! Vigilate itaque, dilecti filii! ut credatis, et ut zelus vester, ceu gratia, pretiosissimumque donum Dei usque ad mortem vestram perseveret! Si post S. Patrem Romanum Pontificem — ut dicitis — me solum pro immediato capite et patre agnoscitis, tum profecto ipsi augetis in me dulcem spem: nos opitulante Deo, donec nobis concessum fuerit, ad invicem unitos mansuros pro defensione Ecclesiae Christi. Dum vero vos eiusdem fidei mecum esse dicitis quoad dogma S. Apostolicam Sedem concernens, profecto de infallibilitate Romani Pontificis vos quoque idem creditis, et profitemini, quod catholica Ecclesia anno elapso in oecumenico Concilio Vaticano palam, ac solemniter enuntiavit, quodve ope circularium literarum mearum officiose ad vestram notitiam perlatum fuit. Sic itaque Vos, dil. Filii, pro maximo meo solatio alieni estis ab infelicibus illis sacerdotibus, qui hinc inde tanto cum strepitu ex oppugnata acie nostra resiliunt, et ad barathrum incredulitatis prolabuntur, quive secum trahunt alios quoque, imo fors illos etiam, quibus invigilare deberent, et de quibus rationes reddituri sunt, nequeuntes se subtrahere oneri strictissimae responsionis. Huius rei comprobandae gratia generose prorsus in epistola vestra dicitis: *Seponentes omnem mundanam gloriam, respectum, commodum, lucrum, opprobrium, contemptum, damnum, et persecutionem, nos quoque ad extremum usque vitae halitum credemus, profitebimur, fidelibusque nostris annuntiabimus cuncta haec dogmata, quae anno elapso in Concilio Vaticano promulgata fuere*; — ad quae solatio recreata praecordia mea ad Deum cum gratitudinis sensu suspirarunt: „Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.“ Ast nolite oblivisci, dil. Filii! quod, quantumvis grandia, firma, sublimiaque sint animi consilia, propositaque nostra, nec connata nobis, et nunquam spernenda debilitas, ac fragilitas nostra sit exigua, quae sine Dei ope, sibique soli relicta adinstar arundinis quaquaversus movetur, et nec pro hora secura est; unde necesse est: ut quemadmodum pro nobis, sic pro ceteris etiam confratribus nostris frequentius divinum imploremus praesidium, mutuis orationibus nos invicem fulcientes, ne periculum, animabus nostris undequaque imminens,

imbecillitati nostrae praevaleat. Patrio idiomate me alloquimini hac occasione, quia-secundum epistolam vestram — vultis, ut illi quoque, qui Ecclesiae linguam obliti sunt, vel eiusdem addiscendae occasionem non habuerunt, vos clare intelligant. Profecto solemne testimonium est istud zeli vestri erga causam Dei, qui tam laete efflorescit in animabus vestris; fortiter vultis igitur — ut mihi videre licet — operari Ecclesiae Dei gratia, et credo, vos acturos esse, quotiescunque opus fuerit; nec vobismet ipsis relicti eritis, nam vobiscum erit Spiritus Domini, et ipse Dominus pugnabit vobiscum.

Quomodo, quove sub praetextu possint in rebus fidei adversus catholicos fideles exerceri *iura placcti*, id mihi mysterium esse fateor! In Ecclesia Christi semper constituta ab eodem Ecclesia docens sub praesidio ipsius Spiritus S. decernit in rebus fidei, et praeter eam nemini hac in parte vox conceditur; Ecclesia docens igitur, ceu organum Dei divina auctoritate loquitur, docet et instruit; fidelis Ecclesiae vero, sine omni personarum discrimine, omnia credit, quae Ecclesia ad credendum proponit, seu scripta sint, seu non. Qui itaque articulum fidei per docentem Ecclesiam Dei annunciatum, non admittit, neque credit, is — iterum sine personarum discrimine — eo ipso momento cessavit esse fidelis Christi, quia non audit Ecclesiam Dei! Propterea infinitum hausimus animae nostrae solatium, dum legissemus, vos profunde cordibus vestris imprimere veritatem per SSmum Dnum nostrum Pium IX et praedecessores eius annuntiatam, vi cuius *doctrinae Domini Iesu Christi, quae reges et gubernia eodem modo, quo alios obligat, defendit, et protegit, per nullas civiles leges aut constitutiones impedimenta poni citra peccatum possunt;* id namque sciendo et profitendo facile respondebitis ea occasione, dum inter contraria praecepta constricti, sine periculo aeternae salutis vestrae, unum tantum eorum adimplere poteritis. Ferociam inimicorum nostrorum, qui in persecutione Ecclesiae et ministrorum eius tam impudice aemulantur, ad amentiam usque progredi, verum est; maximoque sane offendiculo est, nos in serie illorum proprios alumnos nostros propriosque homines cernere debere, atque dolorosissima, profundissimaque vulnera nobis inde infligi, unde promissum subsi-

dium, promeritam defensionem et asseveratum munimen expectavimus; verumtamen haec omnia monita Providentiae sunt, quibus ad maiorem prudentiam occasione electionum inviamur, dum repraesentantes nostros ad oecum legislationis mittimus, ut pro nobis, nostrisque successoribus leges condant. Repraesentantes diaetales constituunt corpus legislativum, ex his eliguntur postea Gubernii membra, probe igitur intelligite, quae dico, ab *imprudenti*, aut *cauta* electione nostra dependet prosperitas totius regni, omnium familiarum, ipsiusque Ecclesiae! Si aberraverimus occasione electionum, per secula deplorabit id chara patria nostra! Sapite ergo, dil. Filii! sapite quo ocyus! absit omne profanum complacendi studium, nonnisi Dei beneplacitum, tamquam omnis terrestris prosperitatis fundamentum sit prae oculis nostris; omnes itaque ad rite praemeditatas et dumtaxat honestis mediis obtineri queuntes electiones, et quidem in conscientia, obligamur, cum ab illis dependeat in patria nostra etiam causa Dei; unde eo permovendi sunt illi quoque, qui occasione similium electionum nostra consilia exquirunt. Denique cum nolitis, teste epistola vestra, amplius e marsupiis vestris alere scandali plenas facetiarum pagellas et ephemerides, quae inimicum Ecclesiae animum suum quotidie magis magisque produnt, huiusmodi consilium tamquam sanae rationis et iustitiae prostulatum nonnisi probare possum; etenim nullus sanae mentis oeconomus provehet venenatarum herbarum succrescentiam, ubi propriae oves eiusdem quotidie pascuntur. Ceterum Divino vos commendans praesidio, praesuleam Benedictionem meam vobis, dilectisque fidelibus vestris paterna cum dilectione impertior. Romae die 20. Decembris 1871.

11. *Responsum Eppi ad Distr. Albensem Superiorem.* „Blandum sane attulisse sauciato cordi meo lenimen hoc protocolli punctum, in quo Districtuales Fratres, Filii mei Dilectissimi, filialem suum dolorem exprimunt super iis, quae mecum *Budae die 11-a Septembris l. a.* acta et facta sunt, imo eundem per praesens protocollum serae etiam posteritati testatum esse volunt. Quantum pariat animi tranquillitatem implementum muneris, quo tenemur, et quam dulce sit illud obire etiamsi molestias debeamus perferre propterea, patet cumprimis tunc, dum incumbens nobis officium iam explevimus; et

ideo anxia cum sollicitudine hortor Eosdem mihi carissimos, ne in cuiuscunque gratiam velint unquam derogare officio, quo erga Deum tenentur; pottquam enim non est potestas in hoc mundo, nisi a Deo, suapte sequitur supremam potestatem esse apud Deum et Dominum nostrum!" — 15. Ian. 1872. — (**Ex Actis Alba — Regia nobiscum communicatis.**)

2060.

Clerus **AD. Colocensis** in Conferentiis cum AEppo habitis contra reinductum **Placetum Regium** se enunciat. 1871.

Protoc. Consultat. punct. II. Pluribus VADiaconalibus Districtibus id postulantibus, ut circa recens reintroductum *Placetum Regium* congregatus in Consultatione hac Clerus sensa sua panderet: *iustum, iuribusque et libertati Ecclesiae instituto tali laesis consultum fore existimarunt cuncti praesentes nomine etiam absentium enunciare, in principio se accedere declarationi protestationique Chori Eppalis contra Placetum Regium per Celsissimum Regni Primatem, ut vulgo notum est, Altissimo loco exhibitae, item illis, quae in serie pertractationum Constitutivi Catholici Congressus hoc anno asservati contra institutum hoc non solum libertati Ecclesiae, sed et genuinis Constitutionalibus, qualia apud nos in Statu Civili vigere dignoscuntur, principiis adversum per Praesules, sacerdotes et laicos in medium prolata fuerunt.* (**Protocollum Consultationis** etc. Colocae. 1871.

2061—2068.

Eppi Rosnaviensis (Georgii Schopper) conflictus cum Civili Gubernio ob promulgata Vaticana decreta. 1873. (ex hung.)

1. *Eppus communicat Ministro Cultus pastoralem epistolam de Vaticanis decretis ab se editam.* E perceptis hodierna die publicis pagellis mihi innotuit: Excel. Vram in Sessione Comitiorum 16-a Ianuarii per deputatum regnicolarem *Geysam Lükö* quoad promulgatam a me *Infallibilitatem* (R. P.) interpellatam fuisse. Ut Excell. Vra uberiorem notitiam huius facti haurire queat, editas per me circulares literas in adnexo, pro congruo usu, reverenter transponere sustineo. *Res mira foret, si ad sphaeram competentiae Comitiorum Regni pertraheretur decisio quaestionis: de quibus obiectis liceat Eppis cum Clero suo correspondere?* Haec sane foret libera Ecclesia in libero Statu! *Uti Professor reg. Universitatis hungaricae 13 annis tradidi hanc doctrinam, et idem facit nunc quoque successor meus. Vel forte maiori iure gaudet in ecclesiasticis rebus Professor Universitatis, ac Eppus?* Ceterum securam reddere queo Excell. Vram, in Dioecesi mea maximam tranquillitatem vigere, et omnes motus, quorum fama circumfertur, nonnisi in seriebus sic dictorum *liberalium pestiensium* existere. Rosnaviae die 18 Ianuarii 1873.

2—3. *Minister Cultus duplici epistola provocat Eppum Rosnaviensem, ut referat: an dogma infallibilitatis* (R. P.) *in dioecesi sua promulgaverit?* a) *Epistola prior.* In Comitiis Regni interpellatus: *num mihi constet, Illtem Vram in obversum vigentis iuris placeti regii, item altmae Deter-*

minationis Suae Caes. et Apost. Regiae Mattis dd. 9 Augusti 1870, non secus ac ordinum Reg. Ministerii hungarici dd. 10 Aug. eiusd. anni No. 1411 dogma infallibilitatis promulgasse? Illtem Vram hisce provoco: ut mihi, vertente posta, praecisam et circumstantialem dilucidationem praestare dignetur super eo: an huiusmodi promulgatio a parte eiusdem reipsa instituta sit? et, si ita, quomodo facta fuerit? Budae, 17. Ian. 1873. A. Trefort. — b) *Epistola posterior.* Responsum Illtis Vrae ad meas, in merito promulgationis dogmatis de infallibilitate dd. 17. curr. mensis Praes. literas — non obstante eo, quod eiusdem transpositionem vertente posta petierim, — necdum percepi; propterea Eandem obsequiose requiro: ut illud sine ulteriori mora mihi submittere non gravetur. Budae, 28 Ian. 1873. A. Trefort.

4. *Eppus Rosnaviensis respondet Ministro: 200 exemplaria impressorum decretorum C. Vaticani ab se Pestini procurata et per dioesesim distributa fuisse.* Magno stupore me replevit gratiosum Rescriptum Exc. Vrae dd. 28 curr. mens. ad me dimissum. Enimvero mox, ut ex ephemeridibus rescivi, quosdam in Sessione 16 Ianuarii Domus Repraesentantium Excell. Vrae. ope cuiusdam interpellationis inaemoenitates parare voluisse, festinavi pro conquiescentia Excell. Vrae denuntiatas circulares meas, comite demissa epistola mea reverenter transponere. Supponere debeo, hanc relationem meam ad manus Excell. Vrae nequaquam pertigisse, tanto magis, quod resciverim, Excellentiam Vram volendo sibi procurare penitiorem rei notitiam, exemplari Primati Regni Hungariae per me misso usam fuisse. Festino itaque novitus non tantum circularem meam epistolam, de qua agitur, sed et adclusum eius Excell. Vrae reverenter exhibere. Ex his convinci dignabitur parte ex una de eo: nudum factum, paucis clarisque verbis expressum, eo reduci, *quod ego 200 exempla decretorum et canonum Concilii Vaticani in Typographia Antonii Lonkay emerim et haec Clero meo gratis distribuerim;* — parte ex alia vero ex hac mea agendi ratione Excelltia Vra sibi gratiose persuadebit, *me obligationem meam erga Ecclesiam sic adimplere adnisum fuisse, ne mea procedendi ratione Excelso Gubernio ullam consciscam mo-*

lestiam. Quodsi id tamen evenit, dignetur certum tenere, hanc rem nemini magis dolendam esse ac mihi, cum totum hoc quaesitum scandalum ad peculiarem lucem collocet nonnulla membra cleri mei. Liceat mihi praesuleum dolorem meum ea fundata spe lenire: Excellentiam Vram obortas in nexu mearum circularium literarum inamoenitates, quarum causa non extiti, et quibus sub quodam tantum obtutu ansam praebui, irreverentiae sive erga propriam personam, quam profunde veneror, sive erga Excelsum Ministerium hungaricum, aut demum malae voluntati neutiquam attributuram, mihique gratiosam suam opem in negotiis Dioecesis meae haud subtracturam fore. Rosnaviae, 31 Ianuar. 1871.

5—6. *Minister Cultus rursum duplici epistola quaerit ex Eppo Rosnaviensi: num reipsa decreta Vaticana promulgaverit? siquidem clarum ad quaestionem hanc responsum e praecedente litera Eppi eruere haud potuerit?* a) *Epistola prior.* Responsum Illtis Vrae ad meas provocationes dd. 17 et 28 Ianuarii in epistola Eiusdem dd. 31 Ianuarii a. c. ad me directa contentum, considerando etiam tenores Circularium Literarum Illtis Vrae, pro sufficienti recognoscere non possum. Propterea Illtem Vram obsequiose requiro: ut mihi ad hanc quaestionem: *an dogma de infallibilitate promulgaverit, vel non?* quo ocyus *decisivum positivum aut negativum responsum* dare dignetur. Buda-Pestini, 5 Martii 1873. Trefort. b) *Epistola posterior.* Mediante Rescripto dd. 5 curr. mensis obsequiose oravi Illtem Vram, ut mihi ad hanc quaestionem: *an dogma de infallibilitate promulgaverit, vel non?* quo ocyus decisivum positivum aut negativum responsum dare dignetur. Illtas Vra, nec in uno, nec in alio sensu declarationem quampiam dedit, imo officiosa mea provocatio hucdum nequidem responsum obtinere meruit. Rebus per Illtem Vram eo deductis, nunc iam decretorie ac serio declaro, me responsum Illtis Vrae ad praeallatam quaestionem eo certius usque 7-am Aprilis a. c. praestolaturum, quod in opposito, neque expectato, casu Illtas Vra legales sequelas suae agendi rationis, quam nunc propius definire nolo, sibi ipsi adscribere poterit. Buda-Pestini, 24 Martii 1873. Trefort.

7. *Eppus Rosnaviensis erga multiplices Ministri provocationes declarat: se dogmaticas C. Vaticani definitiones omnino promulgasse, et quidem e strictissima Eppali obligatione; pluresve ponit reflexiones contra Placetum.* Ad gratiosum Rescriptum Excell. Vrae dd. 5 cur. mensis, die 8 eiusd. mensis perceptum, sequentia respondere sustineo: Dignatur ex me quaerere: an dogma de *infallibilitate* (R. P.) promulgaverim? *Eam itaque pro dogmate recognoscit Exc. Vra;* qua de re sincere gratulor. Et ideo maxima cum positivitate dico: *me hanc doctrinam, dum Professor essem, cum omnibus Professoribus Regni Hungariae, quamvis necdum dogma constituentem tradidisse; occasione installationis meae vero iam tamquam dogma promulgasse, promulgare et promulgaturum, mecumque omnem fidelem Ecclesiae filium id ipsum facturum; nam a Divino Magistro nostro accepimus mandatum: docete . . . annunciate verba mea.* Ast formalem, solennemque promulgationem decretorum Concilii Vaticani necessariam nunquam existimavi; quemadmodom enim in Regno Hungariae decreta Comitiorum, utprimum sanctione Suae Mattis Apostolici Regis donantur, et in utraque domo Comitiorum promulgantur, vigorem legis consequuntur, sive placeant singulis patriae civibus, sive non; sic decreta Concilii Vaticani quoque, quamprimum per suam Sanctitatem confirmata in praecipuis basilicis Romae, in Cancellaria Apostolica, in porta magnae Curiae Innocentii et in Campo Florum affixa, et per id urbi ac orbi promulgata fuerunt, vigorem universalis legis ecclesiasticae consecuta sunt, quae omnem, quisquis ad catholicam Ecclesiam pertinere cupit, obligat. Interim ut haec decreta Concilii ad notitiam universi orbis pertingant, abunde prospexerunt diffusae ubique *ephemerides*, quamvis, ut suapte intelligitur, non semper rectissima intentione aut maxima fidelitate; sed saepe cum tantis detorsionibus tantisque mendaciis ut nos pudere deberet nos catholicos esse, si vel centesima pars communicatorum vera esset. — In his adiunctis et in tanta congerie mendaciorum et calumniarum, adinstar magni beneficii reputandum erat, Vice-Secretarium oecumenici Concilii ad expressum mandatum Suae Sanctitatis omnia acta, decreta

et canones Concilii authentica forma evulgasse; siquidem ex his quilibet propriis oculis de vero statu rerum convinci potuerit. Ex hoc fusiore opere quidam celebriorum Typographorum nostrorum essentiales materias excerpsit, et fasciculo, in omnibus bibliopoliis 20 xfis venali comprehendit, cuius remansa 200 exempla emendo. Clero meo dioecesano postremis anni elapsi diebus penes circulares literas meas submisi. Communicationem huius fasciculi eo magis necessariam existimavi, quod pastores animarum et professores Dioecesis meae notitiam decretorum Concilii e variis ephemeridibus, periodicisque scriptis haurientes, neque authenticum contextum doctrinae ecclesiae possidentes, hanc, — conceptum eiusdem restringendo, aut extendendo, aut minus recte demonstrando facile detorquere potuissent; quod porro unum e praecipuis officiis meis sit puritati doctrinae ecclesiae invigilare; id vero opportunissime in effectum deduci posse existimem per submistrationem authentici textus doctrinae, eo mapis necessariam, cum hodie in patria nostra Concilium Vaticanum et doctrina eiusdem in operibus theologicis publicam lucem aspicientibus iam meritorie pertractentur.

Quoad *Circulares Praesidis Ministerii dd. 10 Augusti 1870*, de quarum transgressione accusor, liceat mihi reverenter sequentia animadvertere; tamquam parlamentari gubernio subiectus patriae civis conscientiam meam quidem ea cogitatione tranquillam reddere possem, me legem non violasse; cum tamen per huiusmodi apologiam merito irreverentiae erga summum Terrae Principem argui possem, neque huiusmodi effugii quaerendi necessitas subversetur, observare tantum sustineo: per supra attactas circulares Praesidis Ministerii, abrogata libera cum S. Sede communicatione, (per art. 2. Concordati 18 Aug. 1855 asserta) revectum fuisse pristinum *ius placeti,* iuxta unanimem omnium iurisperitorum doctrinam in eo consistens, quod omnes a S. Sede Romana ad Eppos directae Bullae, sive dogmaticae, sive disciplinares scopo impetrandi sic dicti „*Exequatur*“ Excelso Gubernio exhibendae fuerint. *Ego Roma, praeter scripta nominationem meam concernentia, hactenus nulla prorsus documenta accepi, ergo*

nec occasionem et necessitatem habui petendae altmae approbationis. Ast omnino emi Pestini fasciculum tribus philyris constantem et protocollum quatuor Sessionum Concilii Vaticani complectentem, in quo Canones quoque occurrisse prono alveo fluit. Demissa mea opinione ad emptionem huius in nundinis comparati fasciculi, et ad distributionem eiusdem inter sacerdotes Dioecesis meae non obligabar Placetum expetere; secus enim omnia dogmatica et iuridica opera, scriptaque periodica, quae de Concilio Vaticano tractant, et decreta eiusdem comprehendunt, — quae hodie iam innumera sunt — sacerdotibus meis sic tantum submitti possent, si pro singulo fasciculo Placetum expeterem! Veniam peto, Excellme Dne; ast inter adiuncta moderni preli propagationem mali non secus ac boni impedire impossibile est. Cum tamen scopus saepius memoratarum Circularium Praesidis Ministerii certo certius sit, propagationem doctrinae, per decreta Concilii Vaticani sanctione donatae impedire, Excell. Vra indulgebit, ut intimam convictionem meam maxima reverentia, sed non minori quoque sinceritate enuntiem, quae in eo consistit: *D. Comitis (Ministerii Praesidis) dispositionem e sic dicto errore* „suppositi“ *egressam fuisse*, quod tantum non debitae informationi eiusdem D. Comitis attribui potest. *Enimvero doctrinas per Concilium Vaticanum sanctione donatas in Regno Hungariae propagare necesse non fuit, cum eaedem iam ante Concilium quoque tam late diffusae fuerint. quam late patent limites huius regni, et in quovis dogmatico ac iuridico opere reperiri potuerint.* Differentia quoad tempora Concilium praecedentia et sequentia circa id tantum versatur: quod ante tempus Concilii Vaticani Pastor animarum, de his doctrinis verba faciens, nonnisi sacram Scripturam et traditionem allegaverit, et professor Theologiae, iisdem argumentis innixus, in fine praelectionis suae dicere potuerit, disputationem super his obiectis liberam esse, cum Ecclesia eadem necdum definiverit; nunc vero, post Concilium, ambo suam argumentationem ea declaratione concludant: Ecclesiam hanc doctrinam in Oecumenico Concilio Vaticano solemniter revelatis veritatibus adnumerasse, eandem

itaque credendam, disputationibusque Theologorum finem impositum esse. Ceterum si sic dictum *ius placeti* reipsa ius sit, quod tamen Ecclesia semper negavit et hodie quoque negat, illud exclusive ad iura maiestatica pertinet, et parlamento, signanter vero protestantibus eius membris nullo titulo competit. Haec pro dilucidatione status rerum Excell. Vrae reverenter exponere necessarium existimavi.

Si non abuterer gratiosa patientia Excell. Vrae, exprimere cuperem adhuc doloris sensum, quo cor meum repletum fuerat ea *accusatione,* in circularibus literis „Comitis Andrássy" contra catholicam Ecclesiam prolata: *quasi doctrina Ecclesiae iura Suae Caes. et Apost. Reg. Mattis vellicaret.* Si hoc assertum verum foret, tunc actuali D. Ministro externorum negotiorum non tantum ius, sed et stricta obligatio incumberet, Suam Mattem, Imperatorem Austriae, qui ceu talis cis Alutham iisdem iuribus gaudet circa res ecclesiasticas, quibus Apostolicus Rex Hungariae fruitur, attentum reddere, iura eiusdem per doctrinam Ecclesiae periculo exposita esse; aut si hodie (C. Andrássy) aliam iam persuasionem nactus est, tunc Ecclesiae, respective choro Epporum Hungariae, qui propter illum innocenter iniuriis divexatus est, grandi satisfactione tenetur. Ideo quisquis cogitans, et eventus attentione prosequens homo optimo iure miratur, dum eidem persuadere nituntur: unum, eundemque Monarcham duas habere conscientias, aliam cis Alutham, aliam trans Alutham; catholicae Ecclesiae doctrinam cis Alutham coronae periculosam esse, dum trans Alutham de huiusmodi periculo nequidem somniant; dumque videt duo vicina Gubernia in respectu unius eiusdemque doctrinae perfecte oppositis viis procedere, non obstante eo, quod utrumque liberalismo se adhaerere profiteatur. An non merito quaeri potest his in adiunctis cum Pilato: „Quid est veritas?"

Excellme Dne! *regrediendo in Historia Hungariae ad ipsa incunabula typographiae, convincemur: Clerum superiorem ac inferiorem semper infallibilitati* (R. P.) *adhaesisse,* quemadmodum id Princeps Primas in suis circularibus literis profunda eruditione refertis, traditionem Ecclesiae Hun-

gariae hoc in merito exhibendo, luculentissime demonstravit. Infallibilistae fuerunt „Tomory“ et socii eius, qui tamen per id iura regis et patriae nequaquam laeserunt, sed ad latus regis fortissime dimicantes, vitam et sanguinem patriae immolarunt. Infallibilistae fuerunt magni Antistites: „Olahus, Pázmannus, Losy, Szelepcsényi, Illés, Eszterházy, Szentilonay, Perényi“ et non interrupta catena ceterorum meritis clarorum Praesulum; verumtamen historia nec de uno quidem in paginis suis refert, qui ob hanc doctrinam sive criminis laesae Mattis, sive proditionis patriae reum se fecisset; et spero, cum divino adiutorio nec post Concilium Vaticanum quemquam nostrum tam atrocis criminis accusandum fore. — Rosnaviae, 26 Martii 1873.

8. *Minister reprobat factam per Eppum Rosnaviensem decretorum C. Vaticani promulgationem.* Declarationes Illtis Vrae, in nexu ordinum meorum sub 31-a Ianuarii a. c. et 26 Martii mihi submissae extra omne dubium collocant, Illtem Vram dogma de infallibilitate in sua Dioecesi eo modo promulgasse, quod, ipsamet fatente, in pestiensi typographia Lonkayana 200 exempla constitutionis Concilii Vaticani, dogma infallibilitatis concernentis, emerit, et comite pastorali epistola Clero suo dioecesano transposuerit. Considerato eo, quod secundum altmam determinationem Suae Caes. et Ap. Reg. Mattis dd. 9 Augusti 1870, vigore cuius executio iuris placeti regii clementer disposita fuit, item in sensu circularis epistolae Praesidis Reg. Ministerii Hung. dd. 10 Aug. e. a. decreta aut constitutiones cuiusvis generis Concilii Romani et Suae Sanctitatis Papae sine praevia et per documentum collata facultate Suae Caes. et Ap. Reg. Mattis et Reg. Gubernii Hung. promulgari aut per Dioecesim dimitti non possint: Illtas Vra, praefata Concilii decreta, supra attacto modo, comite circulari epistola, clero suo dioecesano submittendo, in obversum clari mandati Suae Caes. et Ap. Reg. Mattis et expressorum ordinum reg. Gubernii Hung. egit. Propterea Illti Vrae *improbationem* supra attactae agendi rationis enuntio et firmiter spero, Illtem Vestram in posterum in munere suo episcopali omnem umbram praevaricationis altmarum re-

giarum determinationum et mandatorum, non secus ac dispositionum reg. Gubernii sollicite eoque certius evitaturam, cum in opposito casu, pro munere et responsabilitate mea auctoritatem legum severis mediis vindicare cogerer. Buda-pestini, 9 Maii 1873. Augustinus Trefort. — **(Ex Actis Rosnavia nobiscum communicatis.)**

LITERATURA

De Concilio Vaticano a. 1869—1870. celebrato.

Priusquam Pius IX P. M. intentionem suam celebrandi Concilium Oecumenicum Praesulibus orbis catholici Romae a. 1867 congregatis manifestaret, vulgatus fuit in *Gallia* insignis articulus *de relatione Papae ad Concilium* in opere periodico: **Dominique Bouix** *Revue des Sciences Ecclesiastiques. Arras et Paris. 1866. XIV. 289. 414.* sub titulo: *Le Pape et le Concile General*, ab ipso doctissimo Redactore et celeberrimo Canonista nostri temporis, *Bouix*, concinnatus, tamquam prodromus Literaturae de Concilio Vaticano. Postquam autem Summus Pontifex Eppis pro solemnitate centenaria Principis Apostolorum a. 1867 Romae congregatis consilium suum de indicendo proximius Oecumenico Concilio aperuisset: plura mox opuscula *pro* et *contra* in lucem edi coeperunt, quae proinde Literaturae Concilii Vaticani praemittere oportet.

I. LITERATURA ANNI 1867.

A. 1867. a) *Literatura Anti-Conciliaris.*

1. **Boismare**, *catholique de l' ancienne ecole, l' Ultramontanisme battu en breche, son recours au futur Concile projeté.* Paris. 1867.

2. **Guettée,** *Lettre a M. Dupanloup Eveque d' Orleans, a propos de sa pastorale — a l' occasion des fetes de Rome et pour annoncer le futur concile oecumenique.* Paris. 1867.

3. *Del futuro Concilio Ecumenico e del Concilio di Basilea.* Firenze. 1867. Est separata editio articulorum ephemeridis reformatoriae *Esaminatore.* Altera editio facta est anno 1869.

4. **Fr. Michelis** Professor Brunsbergensis in Borussia, *50 Thesen über die Gestaltung der kirchlichen Verhältnisse der Gegenwart.* Braunsberg. 1867. Theses hae stricte quidem non agunt de Concilio, unice mentionem eius thesibus 14, 28, 46 iniicientes: sed proponunt tum fidei tum disciplinae capita ad pertractationem Conciliarem spectantia, et ex incidenti promissae a Pio IX P. M. convocationis Concilii iam in quibusdam libellis discussa, signanter de *inerrantia R. P.* quam theses oppugnant, de constitutione Ecclesiae etc. Omnes theses eo collimant, ut depressa auctoritate docendi ac regendi Romano Pontifici et Eppis divinitus tributa, sic dicta *opinio publica* tamquam lapis lydius reformationum in Ecclesia suscipiendarum commendetur. Theses hae simulatque in lucem e tenebris emerserunt, impugnatae extiterunt.

---

b) *Literatura catholica.*

5. *Lettre de M.* **l' Eveque d' Orleans** *au Clerge et aux fideles de son diocese a l' occasion des fétes de Rome, et pour leur annoncer le nouveau Concile Oecumenique.* Paris. 1867. Epistola pastoralis de 5 Iul. 1867.

6. **Rütjes** *die jüngsten Festbegehungen zu Rom, und das zukünftige allgemeine Concil. Hirtenschreiben des Bischofs von Orleans* **Dupanloup.** *Mit Genehmigung des Verfassers übersetzt.* Essen. 1867. Germanica versio praecedentis operis.

7. 8. **Manning** AEppus Westmonast. *the Centenary of S. Peter and the General Council.* London. 1867. Pastoralis

litera ad clerum et populum de 8 Sept. 1867. quae instar eruditae apologeticae commentationis pro Primatu, eiusve praerogativis, ac cumprimis *infallibilitatis* pontificiae haberi potest. In ea simul *Gallicanismus* acriter, ut meretur, perstringitur. Italice prodivit sub titulo: *Il Centenario di S. Pietro ed il Concilio Ecumenico.* Roma. 1867.

Praeter binas has pastorales literas, aliorum etiam Praesulum enuntiationes et epistolae ad clerum ac populum vulgatae fuerunt, Concilii celebrationem pro obiecto habentes: eas tamen praetermittere debemus, cum completus et adaequatus omnium conspectus sisti non possit.

9. **A. Matignon** S. I. *de la Constitution de l' Eglise a propos du futur Concile*: **Etudes religieuses.** Paris. 1867. XIII. 613. Pro *monarchico Primatu*, et contra sententiam Gallicanam de primatu per aristocratiam temperato; item pro *infallibilitate pontificia.*

10. *Ein allgemeines Concilium:* **Wiener Kirchenzeitung.** 1867. nr. 27. Contra ephemerides liberales Vindobonenses.

11. *Das angekündigte allgemeine Concil:* **Bamberger Pastoralblatt.** 1867. p. 153.

12. *Das allgemeine Concil und die allgemeine Verwirrung:* **Hist. polit. Blätter.** München, 1867. LX. 233. Notatu dignus articulus, obiecta futurae Synodi his verbis innuens: „Den grossen Moment der Weltwende hat der heil. Vater ergriffen, um die ökumenische Synode des XIX Jahrhunderts anzukündigen. Die erhabene Versammlung wird gerichtet sein gegen allen *Absolutismus* des egoistischen, in die Endlichkeit versunkenen Menschengeistes; sie wird in der Verläugnung der göttlichen Liebe nach oben und der menschlichen Liebe nach unten den Grund des modernen Unheils aufweisen; sie wird in der *Wiedervereinigung des Religiösen mit dem Politischen und Socialen* das einzige Heilmittel zeigen zur Erhaltung der Gesellschaft in neuen Formen. Will man diess „politische und sociale Dogmen" heissen, so wird die neue Weltperiode deren haben so gut wie die hinschwindende sie gehabt hat; und wenn die Synode von Trient je noch einen Zweifel übriggelassen hätte, wer bei dem fortschreitenden Geist

der Zeit ein treuer Katholik sei und wer nicht, die Synode des XIX Jahrhunderts wird jeden Zweifel zur Unmöglichkeit machen."

13. **Wilh. Martens** *wider* **Michelis: Danziger Kirchenblatt.** 1867. Prima haec fuit protestatio, 14 Dec. signata, adversus theses Brunsbergenses: praecipuos et crassiores errores retegens et damnans.

14. *Die 50 Thesen über die Gestaltung der kirchlichen Verhältnisse der Gegenwart*: **Sion.** Augsburg. 1867. Nr. 102. Est recapitulatio praecedentis protestationis.

15. *Aus den Thesen des Dr.* **F. Michelis: Kathol. Blätter aus Tirol.** 1867. p. 821. Brevis recensio.

II. LITERATURA ANNI 1868.

1868. Indicto per Summum Pontificem Concilio Vaticano, literatura aucta fuit. Ex anno 1868 innotuere nobis sequentia opera:

a) *Literatura heterodoxa et liberalis.*

16. 17. In *Hispanicis* diariis, cumprimis officioso Matritensi plures vulgabantur contra Synodum indictam articuli. Praecipuus illorum fuit, quem **Ioannes de Lorenzana** concinnavit sub titulo: „Concilium oecumenicum Seculi XIX." Eius tamen asserta refutarunt ephemerides: *El Pensamiento Espanol*, tam in sex articulis initio Iunii editis, quam in subsequis auctore *Francisco Aquillar* sacerdote vulgatis.

18. **Upalgaz** *l' Eglise, le Pape, et le Concile Oecumenique.* Paris. 1868. Infallibilitatem R. P. non admittit, pluraque contra hanc doctrinam proferre nititur.

19. **Responsio Anglicana** *literis Apostolicis Pii Papae IX ad omnes Protestantes aliosque acatholicos.* Londini, Oxonii, et Cantabrigiae. 1868. Est quasi epistola responsoria ad invitatorias pro conversione Acatholicorum exaratas Pii IX

P. M. literas. In epistola sua Anglicani errores suos propugnant, Primatum negant, contra dogma Immaculatae Conceptionis BMV. insurgunt, et Ecclesiam Romanam mutationis in fide arguere non horrent.

20. *Il Concilio Ecumenico: diario e storia.* Milano. 1868. Auctor huius operis, instar periodicae pagellae vulgati, non dubitavit primos fasciculos Ordinariis dioecesium submittere, eorumque protectionem implorare: licet totum opus *anticatholico spiritu* et fine concinnatum esse, vel primae eiusdem pagiuae proderent. Quamobrem quum mox fasciculi ab Ordinariis remissi forent, consultum duxit editor, a coepto prosequendo abstinere, et toti operi cum quarto numero finem imponere; praesertim ubi nonnulli Praesules per Encyclicas quoque literas propagationem eiusdem prohibuissent.

21. 22. *An ernste und gläubige Glieder der röm. kath. Kirche. aus Anlass des päpstlichen Schreibens, gerichtet an die Protestanten und alle Akatholiken mit Aufforderung zur Vereinigung mit der römischen Kirche: von Mitgliedern der apostolisch- Katholischen, d. h. allgemeinen Kirche der Gläubigen.* St. Gallen. 18 Nov. 1868. Volans hoc folium promeritam crisim obtinuit in periodico opusculo: *Das ökum. Concil: Stimmen aus Maria-Laach. IV. Heft.* Freiburg. 1869. p. 113.

23. **Schellenberg** *warum wir die päpstliche Einladung zur Rückkehr in die römisch. Kirche ablehnen?* Mannheim. 1868. Concio protestantica, contra auctoritatem Papae directa.

24. **Schellenberg** (frater praecedentis) *eine protest. Stimme wider eine römische Einladung.* Heidelberg. 1868.

25. *Über die Einladung der Orientalischen griechischen Bischöfe zum Concil:* **Clio**, *Zeitung.* Triest. 1868. nr. 384. 386. Auctor articuli est schismaticus presbyter ex Bithynia.

26. *Über die Einladung der Protestanten:* **Times**. London. 1868. de 3. Oct.

27. **Calinich** *der Papst und das öcumenische Concil. Ein Fürstenprotest aus der Zeit der Reformation. Gewidmet den Völkern Oesterreichs.* Leipzig. 1868.

28. *Offener Brief an den Papst, als Antwort auf seine*

Einladung an alle Protestanten und Nichtkatholiken zur Rükkehr in die römische Kirche. Haarlem. 1868.

---

b) *Literatura catholica.*

29. *Lettre sur le futur Concile Oecumenique, par M. l'* **Eveque d' Orleans**. (Dupanloup) Paris. 1868. Opus pluribus vicibus editum: in quo pro more aliarum similis argumenti encyclicarum praesulearum de Conciliorum Oecumenicorum notione ac virtute, tum de obiectis huius Concilii Vaticani in specie per ipsam Bullam Pontificiam indicatis necessaria proponuntur, ac una erroneae in publicis pagellis de Concilio sententiae et enunciationes refelluntur; et suprema auctoritas aliaque iura S. Sedis non obscure indicantur.

30. *Lettre Pastorale et Mandement de M. l'* **Eveque de Gap** *sur le prochain Concile Oecumenique.* Gap. 1868.

31. *Lettre Circulaire et Mandement de M. l'* **Eveque de S. Denis** *annoncant le Concile Oec.* S. Denis. 1868.

32. **D. Bouix** *le Pape et le Concile General:* **Revue des Sciences eccles**. Arras. 1868. XVII. 5—516. XVIII. 29—193. Est continuatio ac simul conclusio praestantis discussionis, cuius initium in literatura de Primatu ad an. 1866 occurrit indicatum.

33. **E. Grandclaude** *du pouvoir souverain dans l' Eglise et du Droit de Sieger dans les Conciles Oecumeniques.* Ibid. XVIII. 481.

34. *Etudes sur les Conciles.* **Analecta Iuris Pontificii**. Romae. 1868. Livr. 86—89. p. 337. ss. Ex Actis Conc. Tridentini, potissimum nondum editis, illustrat auctor articuli plures quaestiones ad celebrationem Gen. Concilii pertinentes de Eppis absentibus, de Secretario Concilii, de iure proponendi Praesidi Concilii competente etc.

35. **Marin de Boylesve** S. I. *le Concile et les Conciles d' apres le P. B.* **Francolini** S. I. Paris. 1868. Catechismus doctrinalis ex latino opere *Francolini* „Tyrocinium theologicum" deductus."

36. **Tizzani** *les Conciles Generaux.* Rome 1868. Auctor T. I. 371—475 vindicat *Honorium* Papam a praetensa haeresi.

37. 38. **Mayer** *Theses duae pro Concilio Oecumenico.* Bambergae. 1868. Etiam germanice: — *Zwei Thesen für das allgemeine Concil.* Bamberg. 1868. De Trinitate substantiae divinae, et de duobus vitae principiis in homine.

39. **Simone Vaccarezza** *un Concilio ecumenico decretato dal Sommo Pontefice e Re Pio IX da cominciarsi gli 8 Dicembre 1869. Sonetto.* Roma 1868.

40. **Dupanloup** *Lettera sul futuro Concilio ecumenico. Prima versione italiana fatta per cura dello* **Stendardo Cattolico.** Genova. 1868.

41. **Dupanloup** *über das nächste allgemeine Concil.* Freiburg. 1868. Versio germanica epistolae pastoralis Aurelianensis.

42. *Az 1869-ki Egyetemes Zsinat. Irta* **Dupanloup Bódog**, *Orleánsi Püspök. Fordította* **Ágoston Antal.** Pest. 1868. Versio hungarica eiusdem operis.

43. **Eduard Manning** Erzbischof von Westminster, *das Centenarium des heil. Petrus und das allgemeine Concilium. Aus dem Englischen.* Mainz. 1868. Versio germanica pastoralis literae APraesulis Westmonasteriensis, in literatura anni 1867 laudatae.

44. *Über das in Aussicht stehende Allgemeine Concilium:* **Schlesisches Kirchenblatt.** 1868. p. 302. Analysis epistolae pastoralis AEppi Westmonasteriensis.

45. 46. **Konrad Martin** Bischof v. Paderborn, *wozu noch die Kirchenspaltung? Ein freies Wort an Deutschlands Katholiken und Protestanten, mit Bezug auf das Päpstliche Schreiben vom 13 Sept. 1868.* Paderborn. 1868. Ex literis Pii IX ad Acatholicos directis, ut veniant ad Concilium, atque ad sinum Ecclesiae revertantur, occasionem sumit Praesul Paderbornensis, in praesenti opusculo summam opportunitatem ostendendi, ut tandem cesset scissio a matre Ecclesia, omnesque ad eiusdem unitatem redeant. — Operis huius succincta analysis continetur in: *Schlesisches Kirchenblatt.* 1868. nr. 52.

47. **Reinhold Baumstark** *Gedanken eines Protestanten über die päpstliche Einladung zur Wiedervereinigung mit der röm. kath. Kirche.* Regensburg. 1868. Eximium opusculum, quod apprime catholicum praesefert characterem:

quem auctor paulo post facto quoque complevit, unice salvificae religioni catholicae nomen dando.

48. **Raffler** *kurzer Unterricht über die allgemeinen Concilien, mit Bezugnahme auf das für das J. 1869 ausgeschriebene allg. Concil.* Augsburg. 1868.

49. **W. Cramer** *Kreuzzug und Rüstung, oder das allgemeine Concil, eine Angelegenheit aller kath. Christen; nebst einer Sammlung von Gebeten für die Zwecke desselben.* Dülmen. 1868.

50. **Siricius presbyter** *die Superioritätsfrage*: **Die Gegenwart.** *Politische Wochenschrift.* Wien. 1868. p. 655. Sententiam suam sic enunciat: „Das Concil ist ohne Papst hauptlos, hat aber nichtsdestoweniger in Fällen von Schisma, Häresie, oder schlechtem Lebenswandel das anerkannte Recht geübt, Päpste zu entsetzen."

Opusculum *Michelisii* de „50 Thesibus" priore anno (1867) in lucem emissum, anno etiam 1868 plurium discussionum ac criticarum reflexionum extitit argumentum. Unam alteramve notamus:

51. *Eine katholische Oppositionsstimme:* **Gegenwart.** *Polit. Wochenschrift.* Wien. 1868. p. 221. Admodum erudita refutatio. Generale Censoris de opusculo iudicium his verbis exprimitur: „Anfangs, d. h. vor dem Jahre 1845, gehörte *Michelis* noch zu den streng orthodoxen und zu den gewandtesten Vertheidigern der Kirche in Norddeutschland. — Alle seine neuern naturgeschichtlichen Elucubrationen tragen die Spuren jener übereilten, eigenmächtigen Anschauungsweise, welche das ganze jüngere Wirken desselben kennzeichnet, in sich. Derselbe hat offenbar die selbstbewusste oder selbstunbewusste Absicht, als Haupt und Leiter einer neuern kirchlichen Oppositionspartei à la *Hermes*, wenn auch nicht à la *Febronius*, zu gelten. Und er ist in diesem seinem Bestreben, das noch dazu manche impietätsvolle Angriffe auf streng kirchliche Personen und Corporationen aufweist, insbesondere von den Mainzer Gelehrten in der Zeitschrift „Katholik" derb heimgeschickt worden. Das hat jedoch unseren feurigen deutschen *Passaglia* nicht verhindert, immer weiter vorzugehen, und das Product dieser seiner neuern Anstrengungen ist

eben die obbenannte Broschüre. — Diese falsche und aufrührerische Opposition (huc refert Censor *Döllingerum*, *Hanebergium*, *Pichlerum*, etc.) wird nie zu Macht und Ansehen in der Kirche gelangen, in welcher die Vorschläge zur Beseitigung wirklich vorhandener Übelstände immer nur von wahrhaft kirchlichen, pietätsvollen und mit der gehörigen Autorität bekleideten Personen ausgehen können und ausgehen werden. Die Kirche und ihre Institutionen sammt deren organischer Lebensthätigkeit werden bestehen; der anorganische Plunder des Herrn *Michelis* und seiner Zunft wird untergehen."

52. *Randglossen zur neunten These des „Dr. Michelis"*: **Kath. Blätter aus Tirol.** 1868. nr. 9. Nona thesis sonat de praetensivo abusu potestatis Ecclesiae ac Rom. Pontificis durante medio aevo.

53. *Fünfzig Glossen zu den fünfzig Thesen des Dr. „Fr. Michelis" über die Gestaltung der kirchlichen Verhältnisse der Gegenwart. Eine Specialconferenz von einem Pfarrer am Niederrhein.* Mainz. 1868. In forma dialogi impugnat famosas theses.

54. Libello Michelisii in Indicem librorum prohibitorum relato, auctor Theses suas denuo edidit, iisque *Appellationem a censura Congregationis Indicis ad Eppum Monasteriensem* tamquam suum Dioecesanum praefixit: **Michelis,** *50 Thesen über die Gestaltung der kirchlichen Verhältnisse der Gegenwart. Zweite, mit einem Appell von der römischen Indexcongregation an den Bischof von Münster als meine nächste zustehende Behörde, vermehrte Auflage.* Leipzig. 1868.

55. **Gaetano Levizzani-Cirelli** *sul Concilio ecumenico: istruzione popolare in dialoghi.* Ferrara. 1868.

56. **Raffaele Coppola** *sul diritto di suffragio dei Vescovi titolari e rinunziatarii nel Concilio ecumenico.* Napoli. 1868.

57. *Dei Concilii Generali loro autorita ed istoria aggiuntavi la Bolla di convocazione del Concilio ecumenico da tenersi in Roma.* Roma. 1868.

58. **Pedicini** AEppus Barensis, *Pio IX ed il giorno: otto Dicembre.* Bari. 1868. Est instructio pastoralis de die

8 Decembris, veluti admodum memorabili ex pontificatu Pii IX; quippe qua immaculata conceptio BMV. dogmatice definita, porro Encyclica cum Syllabo edita, et Concilii Oec. indictio a Pio IX instituta fuere.

59. *Das künftige allgemeine Concil:* **Pastoralblatt für die Erzdiöcese Köln.** 1868. p. 103. De opportunitate indicti Vaticani Concilii.

60. *Die Opportunität des allgemeinen Concils:* **Bamberger Pastoralblatt.** 1868. Nr. 40.

61. *Der heil. Vater an die griechischen schismatischen Bischöfe und an die Akatholiken.* Ibid. p. 198.

62. **Kniep** *Belehrungs- und Gebetbüchlein für die Zeit des allgemeinen Conciliums aber auch sonst gut zu gebrauchen.* Hildesheim. 1868.

63—69. **Weninger** S. J. *on the Apostolical and infallible authority of the Pope, when teaching the faithful, and on His relation to a general Council.* New-York et Cincinnati. 1868. Populari stylo conceptum opus: sed tam Primatum quam praerogativam infallibilitatis pontificiae insigniter pertractans et contra multiplices obiectiones vindicans; atque per Americanas ephemerides *Baltimore Mirror*, *New-York Tablet*, *Catholik Telegraph*, *Philadelphia Standard*, *St. Louis Guardian* etc. magnis laudum encomiis celebratum. Anno sequente in germanicam lingvam conversum, prodivit sub titulo: *Die Unfehlbarkeit des Papstes als Lehrer der Kirche, und dessen Beziehung zu einem allgemeinen Concilium.* Einsiedeln. 1869.

70—74. **L' Echo de Rome:** *Revue des Travaux du Concile, des diverses Academies et Congregations Romaines.* Versailles et Paris. 1868. Ephemerides Gallicae de Concilio et Actis SS. Congr. Romanarum. Cursum inchoarunt mense Nov. a. 1868. In cursu a. 1868 continentur de Conc. sequentes articuli: a) I. 1: *Concile Oecumenique, sa raison d' etre au temps present;* — b) I. 61: *La Doctrine de* **S. Antonin,** *Archeveque de Florence, sur l' Infaillibilité des Papes et leur Superiorité sur les Conciles;* — c) I. 129: *L' Infaillibilite du Pape et le Gallicanisme;* — d) I. 193: *Concile: son importance au point de vue ecclesiastique.* Ephemerides hae

articulos suos et notitias de Concilio potissimum ex Romanis pagellis „Civilta Cattolica“ desumebant, et magnam illarum partem, imprimis in cursu anni 1869 et 1870, efficiebant discussiones momentosissimarum quaestionum de infallibilitate et superioritate R. P. supra Concilia.

III. LITERATURA ANNI 1869.

Annus 1869, quo Concilium Vaticanum inchoatum est, copiosam, ut iam monuimus, produxit Literaturam. Hanc recensere volentes, notamus ante omnia: opportunum videri, si ea in certas tribuatur classes, e. g. de Concilio Vaticano in genere, de quaestione infallibilitatis pontificiae, de relatione Concilii ad Statum Civilem etc. Utut enim nullum fere opusculum quaestiones has omnes pertractare negligat, sunt tamen multa distincta opuscula, quae vel unam vel alteram quaestionum ex professo, ut aiunt, discutiunt, quae proin separato sub titulo seu capite commodius exhiberi possunt. Porro eruditorum nonnulli in diversis regnis *maiorem famam ac nomen* consecuti, de Concilio Vaticano scribentes ad recensionem Literaturae hoc ex obtutu potentius influere videntur, siquidem magnam libellorum „pro et contra“ post se traxerint copiam: eos itaque una cum operibus eo spectantibus sub uno conspectu serie continua recensendos existimavimus. Initium facimus, ut antehac, a libris per heterodoxos in lucem emissis.

1. *Literatura heterodoxorum et hostium Ecclesiae de Concilio Vat. a. 1869.*

Liter. Latina. 75. **Andronicus K. Demetracopulus** Archimandrita, **Nathanaelis Chychae** *Atheniensis de Primatu Papae. Ex Codice Graeco Bibliothecae Lugduno-Batavae nunc primum editum.* Lipsiae. 1869. Graecum hoc opusculum est quasi responsum ad literas invitatorias Summi Pontificis pro Concilio Vaticano. In Prologo reiicitur invitatio; in dissertatione autem (ante 250 annos concinnata) impugnatur Primatus R. P. argumentis, quae iam centies refutata sunt.

76. **Groninganorum** *Theologorum epistola ad Pium IX Eppum Romanum dd. 1 Dec. 1868:* **Allgemeine Kirchenzeitung**. Darmstadt. 1869. nr. 41. 42. Est responsum protestanticum ex *Hollandia* ad invitationem Pii PP. IX pro Conc. Vat. in quo contra auctoritatem R. P. provocatur cetera inter ad *disputationem a. 1523 Groningae in monasterio Dominicano habitam de auctoritate Papae*, signanter de eo, quod „Papa, si a fide desciscat, a Theologis sit iudicandus et arguendus; quod Groninganis pastoribus liceat mutare decreta R. P.; quod non Romanus Pontifex, sed Christus Ecclesiae sit Caput etc.“ Porro recensentur praetensivi errores Ecclesiae Romanae: „quod Biblia non propagentur, quod hierarchia sit despotica, quod Ecclesia pervicaciter resistat Spiritui divino eam reformare volenti, quod ob definitam immaculatam Mariae Conceptionem Christianismus fere in Marianismum degeneret etc.“ Conclusio sic sonat: *Monemus, precamur, obtestamur te, aliam ingredere viam! Fac nobiscum, ut ex Ecclesia Romano-Catholica oriatur Ecclesia Evangelico-Catholica, cuius Episcopum primarium, sive primum inter pares, tum nos etiam agnoscere velimus Eppum Romanum.*

77. **Fr. Gualterus Smits** pastor reform. Neerlandicus, *epistola ad Papam Pium IX, scripta ad respondendum literis eius missis ad omnes non romano-catholicos.* Amstelodami. 1869. Cumprimis cultum Marianum insectatur, et Papalem ac regiam in Romano Pontifice dignitatem, et, postquam alias adhuc Ecclesiae Cath. doctrinas more protestantico pertractasset, concludit: *Ecclesiam vere christianam tamquam forum internum remanere in conscientiis, sed tamquam forum externum iamdiu mortuam esse et sepultam, — sed resurrecturam in solo nomine Iesu etc. hucque tendere debere etiam Concilium oecumenicum Romam convocatum.*

78. **Laicus Romano-Catholicus** *Pio IX P. M. Ecclesiae Romano-Catholicae, anno vertente Concilium Oec. convocaturo, Patribusque ad hoc Concilium convocandis. In necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus caritas.* Lipsiae. 1869. Auctor se quidem catholicum scribit, sed eiusmodi proponit sententias, quae characterem catholicum admodum dubium reddunt; nam cetera inter optat a Concilio *in*

medio relinqui scholas communes; cultum Marianum non defendi tam acri studio; ad certum globulorum numerum non esse fundendas preces; in Protestantes non esse gravius quid decernendum; non dogmata primo semper loco ponenda, sed caritatem etc. Latinitatem auctoris debite perstrinxit *Civilta Cattolica.* Roma. 1869. VII. 8. p. 479. s.

Lit. Anglica. 79—81. *Ephemerides Anglicanae* ex occasione epistolae Pontificiae pro Concilio seu potius pro reditu ad Unitatem Ecclesiae Protestantes invitantis, plures vulgarunt articulos, potissimum invectivis in S. Sedem et Ecclesiam Cath. refertos. Articuli hi initium sumsere ab epistolis, quas **D. Cumming** ad sectam presbyterianam pertinens, (et in Monumentis Concilii iam per nos nominatus) eo scopo evulgavit, ut persvadeat, in Concilio Oec. ad disputandum super doctrinis per Ecclesiam iam definitis rursus in arenam descendi posse. Ideam istam evolvebant ephemerides anticatholicae, sed rationes pro huiuscemodi disputatione Conciliari ab ipsis adductae, non sunt nisi iacula iamdudum confracta adversus rupem Ecclesiae Cath. et Cathedrae Apostolicae. Articulum similem habet ephemeris *The Mail* (seu The Times), adversus Primatum Rom. Sedis directum. Elenchus porro propositionum sive postulatorum in eadem ephemeride a *D. Cumming* insertus non aliud continet, nisi specimen naeniarum, per Protestantes iam ante tria secula Ecclesiae obiectarum, et saepissime refutatarum.

82. *The liberal Catholics of Germany:* **The Saturday Review.** London. 1869. p. 779.

83. **G. Cobb** *a Few Words On Reunion and the Coming Council at Rome.* London. 1869. Auctor est Reunionis patronus, verum ita suum proiectum proponit, ut doctrinis Ecclesiae Cath. nimis praeiudicet.

84—85. *The oecumenical Council. 1—5:* **Times.** 1869. Articuli plures de Concilio in eodem spiritu, quem paulo ante commemoravimus. Interim ephemeris haec subinde moderatius quoque de Concilio scripsit. Prout et alia ephemeris: *Pall-Mall Gazette.*

86. **Cobb** *Separation not Schism. A plea for the position of Anglican Reunionists.* London. 1869.

87—91. *Ritualistae* Angli eodem fere quo praecedentes sensu sese enunciabant in suis organis sive pagellis: *Church News, Church Times, Record, Rock, Union Review.*

92. **Jacobus et Fowler** in Canada anglicani *responsum* concinnarunt *nomine protestantium et schismaticorum ad literam invitatoriam Summi Pontificis.* Responsum hoc vulgant ephemerides gallicae *Le Monde* 12 Oct. 1869. nr. 278.

93. **Edmundus Ffoulkes** eruditus e secta anglicana elucubravit epistolam de **Credo** *Ecclesiae et* **Credo** *Coronae* ad AEppum Westmonasteriensem *Manning* directam: in eaque plura proposuit ex parte Anglicanorum desideria, in Concilio pertractanda, quae alioquin excedunt limites concessionum, per Ecclesiam nefors placidandarum.

Liter. Holland. et Svecica. 94—95. **C. W. Pape** *het Oecumenisch Concilie te Rome in 1869.* Opus Hollandicum, ex ephemeride theologica: *Veritas in caritate* separatim editum, conviciis in S. Sedem et Catholicos plenum.

96—97. *Det almindelige Kirkemöde i Rom.* 1869. Liber *danicus* eiusdem ac praecedens argumenti. In ephemeride *Berlingiana* comparent articuli cum debita moderatione exarati, sed praeiudicatis principiis ac opinionibus faventes.

98. In ephemeride *Svecica*, cui titulus: „Amicus Bibliorum" 1869 continetur *proiectum responsi evangelico-protestantici ad invitatoriam Pii IX Eppi Romani literam*, a theologo Svecico compositum, et contra Primatum atque Concilia Eccl. Cath. directum.

Lit. Gallica. 99. *Adresse au futur Concile par des* **Catholiques Materialistes** *qui croient au Symbole des Apotres mais ne vont ni a Messe ni a Confesse.* Paris. 1869.

100. **Robert** *Incompatibilites ou simples observations au Clerge catholique a l' occasion du Concile Oecumenique.* Milano. 1869.

101. **Guerin de Vitry** *au Concile de 1869: rapide examen du dogme chretien et respectueuses suggestions.* Genua. 1869.

102. *Le Christianisme et Rome.* 1869. Liber impius, pro eversione Pontificatus scribens.

103—104. **P. Hyacinthus** (Loyson) ex Ord. Carmelitico, ob conciones suas Parisiis famam consecutus, cum errores spargeret, et non obstante admonitione suorum Superiorum iisdem erroribus contumaciter insisteret, e religione Carmelitica eiectus et maiori excommunicatione punitus, dupliciter apostata factus est. Cum in famosa epistola ad Generalem sui Ordinis data, et deinceps in pagellis publicis ac broschuris auctoritatem Concilii Vaticani impugnaret, praesenti loco inserendus videbatur. E Gallicis ephemeridibus cumprinis *Univers* omni fere numero, inde a nr. 875 anni 1869, asserta dicti Ex-Carmelitae ad trutinam vocabat.

105. *Avant le Concile. Premiere aux Cardinaux par un Breton non Bretonnant.* 1869. Liber impius.

106. *Les Orleanises par Lucifer.* 1869. Ut praecedens.

107. **Pierre Leroux** *des Conciles ou de l'origine democratique du Christianisme.* 1869. Auctor de grege incredulorum.

Lit. Italica. 108. **Alessandro Gavazzi** ministro evangelico (apostata) *dei Concilj Ecumenici. Trattato come introduzione a un corso di trattati, sul Credo di Pio IV.* Firenze. 1869. Liber impius.

109. *Del futuro Concilio Ecumenico e del Concilio di Basilea.* Firenze. 1869. Editio nova libri in literatura anni 1867 occurrentis.

110. **S. Morelli** *Risposta logica al Concilio Ecumenico. La donna e la scienza o la soluzione del problema sociale.* Napoli. 1869.

111. *Risposte Orientali ed Occidentali all' invito papale pel futuro Concilio Vaticano. Raccolta preceduta da una prefazione.* Firenze. 1869. Exhibet responsa schismatico-

rum Patriarcharum, et unius Anglicani Eppi (Lincolniensis) ad invitationem pontificiam pro Concilio.

112. *Perche protestiamo contro le dottrine de Roma, in risposta all' invito di Pio IX per il futuro Concilio?* Firenze. 1869.

113. **Pantaleone** *del presente e dell' avvenire del cattolicismo a proposito del Concilio ecumenico.* Firenze. 1869. Liber per Regimen Pedemontanum gratis distributus.

114. **Cristoforo Coppola** (apostata) *Istruzione a' fedeli pel prossimo futuro Concilio.* 1869. Liber admodum impius.

115. **Ffoulkes** *il* Credo *della Chiesa o il* Credo *della Corona? Lettera al Rev. Arcivescovo* Manning. *Trad. dall' Inglese.* Firenze. 1869. Versio ex Anglico, quod paulo superius commemoravimus.

116—125. **Il Concilio Ecumenico.** *Periodico ebdomadario.* Torino. 1869. Ephemerides liberales, et Ecclesiae ac Summi Pontificis supremae auctoritati adversae. In Cursu anni 1869 occurrunt articuli:

1. pag. 2: *Pensieri sopra il Concilio Ecumenico Vaticano*;

2. p. 9: *Il Concilio e i Cattolici*;

3. p. 10: *Il Concilio e i Dissidenti*;

4. p. 12: *Il Concilio e i liberi pensatori*;

5. p. 17: *Perche il Concilio?*;

6. p. 49: *Questioni disciplinari che saranno discusse nel Concilio Vaticano*;

7. p. 33: *Querele e desiderii di* Edmondo Foulkes *in occasione del Concilio*;

8. p. 97: *I Vescovi saranno liberi nel futuro Concilio?*;

9. p. 109: *Il Concilio e i Dissidenti.* Sub hoc titulo vulgatur sequens **Epistola Eppi Anglicani Neo-Eboracensis ad Summum Pontificem Pium IX** *ex occasione indicti Oecumenici Concilii scripta dd. 6 Maii 1869. — „Reverendissimo Pio, Episcopo veteris Romae et Metropolitae; praeterea gratia Conciliorum Oecumenicorum Patriarchae-Primati, cum Iurisdictione in Provinciis suburbicariis meridionalis Italiae; Gratia et Pax Tibi multiplicetur!*

Venerabilis Frater! Alloquendo te absque diplomaticis titulis, quos tibi civilis principatus addixit, nolo deesse honori tibi debito. Verum munus meum Eppi americani, ritus anglicani, nullum ius mihi tribuit, tecum, velut cum Rege, tractandi. Nec quidquam mihi agendum est cum functionibus, quas tibi diversae Ecclesiae latinae, tamquam spirituali Capiti suo attribuerunt. *Ego te Eppum tantum Romae, et Patriarcham iure canonico, agnosco, successorem quippe Lini, Clementis et S. Gregorii; neutiquam vero successorem Nicolai et Hildebrandi.* Talem te agnoscendo, iustissimos titulos venerationis in te suspicio, tibique omni reverentia, canonicae dignitati tuae debita, scribo, alloquendo te, secundum primitivum stylum, *tamquam Collegam meum in hoc Universali Episcopatu, cui Spiritus S. regimen catholicae Ecclesiae commisit.* Occasio, quae me ad scribendum permovit, est sequens. Dimisisti quasdam literas dd. 29 Iunii anni 1868, in quibus praeteritis limitibus tuorum localium et provincialium negotiorum, ex parte saltem universam familiam humanam alloqueris. Propositum tuum, his literis enuntiatum foret: congregare totius catholici orbis antistites in Concilio, quod instar oecumenici considerari cuperes. Cum ego nec humano genere, cui minas intentas, nec catholico Episcopatu, cuius specialem mentionem facis, excludere me possim, hinc non est opus excusatione, quod tibi, tamquam Eppus et homo respondeam. Si ad solos Eppos confessionis Tridentinae, seu sic dictae Romanocatholicae Ecclesiae, quae originem suam Concilio Tridentino debet, te convertisses, nullam occasionem responso a me dando praebuisses. Verum tu sermonem primorum temporum amplecteris, verbisque Symboli Nicaeni, cuius sensus iam definitus est, loqueris; ideo te audire debeo. Ecclesia Catholica in illo Symbolo, quemadmodum tibi ex historia constare debet, Ecclesiam denotat, in qua nullus Epporum maiorem quampiam suis fratribus potestatem habet. Nulla Synodus, nullumve Concilium convocatum fuit in illa Ecclesia per Eppum Romae; et in hac Ecclesia antiqua symbola immutabilia sunt. Quapropter si te Catholicum dicis, nullum tibi ius competit, verbis huius Ecclesiae diverso ab originali valore suo et primitiva intentione eiusdem, sensu utendi. Liceat igitur mihi primo

interrogare: *cuiusnam auctoritatis virtute vocaveris Eppos totius catholici orbis, ut tecum in Concilio coadunentur?* Antiqui canones provinciam tuam ad suburbicarias regiones Italiae, adiacentesque insulas restrinxerunt. Imo „Eppatus unus est, — prout dicit S. Cyprianus — cuius a singulis in solidum pars tenetur.“ Mihi non constat, Eppatum catholicum tibi auctoritatem, eundem convocandi, dedisse; neque videris obtinuisse consensum Epporum novae Romae, atque antistitum apostolicarum sedium Orientis. Ergo verum est contrarium; etenim fama fert, hos Eppos tuae agendi rationi restitisse, quemadmodum ego in humili gradu meo facio. *Verum quidem est, Patres Chalcedonenses quempiam primatum honoris, sedi tuae, tamquam principi urbi imperii competentem recognovisse; at aequalia privilegia concesserunt Sedi Constantinopolitanae quoque,* siquidem haec urbs „nova Roma“ fuerit. Hic est sensus omnium Canonum in quatuor magnis Conciliis latorum, de quibus S. Gregorius, Praedecessor tuus non in Papatu, sed in tuo legitimo Patriarchatu suburbicario, dixerat: se eadem tamquam quatuor evangelia venerari. Numquid ergo tu maior es illo, cum statuta horum Conciliorum parvi facias, et Confratres tuos in Eppatu catholicis canonibus prorsus opposito modo tractes? Loco impetrandi consilii et consensus antiquarum saltem et apostolicarum sedium Orientis, verba facere praesumis ad Collegas tuos in catholico Eppatu e consilio et consensu quorumdam Praelatorum Curiae tuae, quos *Cardinales* dicis. Haec dignitas ignota est catholicae Ecclesiae. Nunquam fuit convocata oecumenica Synodus e consiliis huiusmodi personarum. Aliqui istorum *Cardinalium,* quemadmodum fertur, non sunt Eppi, alii nequidem Presbyteri, sed tantum Diaconi. An unquam auditum fuit: huiusmodi personas praesumpsisse, vocem suam ad Catholicum Eppatum dirigere, de quo ipse quoque, verbis saltem, asseris, eundem a Spiritu S. ad regendam Ecclesiam positum fuisse? Qui sunt ergo hi Praelati quos Cardinales nuncupas, qui functiones universi Eppatus usurpare, tibique cooperari audent, vice Apostolicorum Patriarcharum, qui primum in Ecclesia locum tenuerunt? Verum quidem est, S. Hieronymum diaconos romanos sui aevi magnae insolentiae et arrogantiae accu-

sare: at quis unquam conspexit, huiusmodi gentem sanctissimas functiones successorum Apostolorum sibi arrogasse? Maiorem adhuc adfert dolorem, te, Venerabilis Frater, epistolae tuae nomen *indictionis*, *annuntiationis*, *convocationis*, *statuti*, *decreti*, *mandati*, *praecepti*, *obsecrationis* dare. Huiusmodi verba, ad fratres tuos directa, nullo fundamento potiuntur in sacris paginis; neque catholica Ecclesia cuiquam Eppo permittit, simili loquela uti in respectu ceterorum. Nam *nemo catholicorum alia recognoscit statuta, praeter canones ab universa Ecclesia in Synodo latos et stabilitos.* Quod vero ad decreta attinet, oblivisci videris, *decretales, quarum stylum imitaris, ab ipsis doctoribus tuis, tamquam supposita documenta, definitive spretas fuisse; unde cognoscitur, tuae loquendi rationi, praeter pridem iam detectam fraudem, nullum exemplum suffragari. Haec fraus iam dudum contulit Praedecessoribus tuis dominium in Ecclesias Occidentis, a Nicolao I iam usurpatum, quod postea ad feudales institutiones successorum Caroli Magni transivit. Fausto eventu haec chimaera Graecos nunquam decepit; et anglicani vix detecta fraude, graecorum exempla imitati, ad antiquam disciplinam reversi sunt.* Secundum hanc disciplinam Ecclesia tua a pluribus iam seculis separata existit a catholica communione, cuius historicam radicem et principalem truncum Ecclesiae Orientis constituunt. Quapropter in respectu Orientis, cuivis Ecclesiae Europae, ne Romana quidem excepta, literaliter et instar historici facti applicari possunt verba S. Pauli: „Non tu radicem portas, sed radix te.“ Praesumptio itaque, qua te ad mundum christianum convertis et stylo illius „praemeditati mendacii,“ — quod basim vestrae novae disciplinae constituere, ipsi Iesuitae *) fatentur, — uteris, eo minus excusari potest; quod tu fraudem cognoscas, quae nonnullis Praedecessoribus tuis ignota fuerat. Huius ignorantiae gratia lubenter veniam damus ipsi Gregorio VII et abs dubio sanctis medii aevi. Ipsi victimae fuerunt stupendae huius fraudis, huius incubi occidentis; verum huiusmodi excusatio tibi non

*) Etudes religieuses par les Péres de la Compagnie de de Iésus. No. 47 — apud Foulkes.

patrocinatur. *Cur* ergo *imitaris septimum et non primum Gregorium, qui omnem principatum super confratres suos Eppos eiuravit, et vanum titulum Episcopi universalis adinstar stigmatis Antichristi consideravit?* Audi eum: „in isto enim scelesto vocabulo consentire nihil aliud est quam fidem perdere.“ Et alibi Eppis, qui huiusmodi usurpationi consensissent, dicit: „vobis subtrahitur, quod alteri plus quam ratio exigit praebetur; . . . si enim universalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur universum.“ Et iterum: „Ego autem fidenter dico, quia quisquis se universalem sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua antichristum praecurrit, quia superbiendo se caeteris praeponit.“ Quem ergo audiemus, te, vel antiquum tuum, sanctumque praedecessorem? Iste pro maledicto habet, quod tu non tantum verbis, sed per epistolam tuam facto quoque praetendis, cui, secundum S. Gregorium nemo Epporum annuere potest, quin naufragium fidei patiatur, quin se ipsum Eppatu privet et particeps fiat adventus Antichristi. *Ipsi tui doctores tibi denegant hanc speciem primatus, qui te ad tantam superbiam extollit. Lumen latinae Ecclesiae, doctus Bossuetus, demonstravit: te ipsum oecumenicis Conciliis subiectum esse, et anathemata eorundem incurrere posse, quemadmodum illa incurrerunt nonnulli praedecessores tui, ab ipso enumerati et in specie haereticus Honorius. Universalis Eppatus est iudex tuus, cui tantum abest ut superior sis, ut potius eidem respondere debeas de haeresibus, de quibus per magnos Patriarchas Orientis aperte accusaris.**) Qua christianus Eppus tibi aliud insuper responsum dare debeo. Dum mihi ignotis iudiciis Dei Omnipotentis minaris, vix aliud facere possum, nisi ad futurum iudicium eiusdem appellare; at dum iram SS.

---

*) Eppus Anglicanus in sequentibus fusius excurrit ad persvadendum: Pontificem non debere interpretari verba Christi ad S. Petrum, ad demonstrandam propriam sibi auctoritatem; porro graviter eidem exprobrat definitionem dogmatis de Conceptione M. V. aliasque querelas addit, quae magis personam Pii IX quam generatim Caput Ecclesiae concernunt.

Petri et Pauli mihi intentas, fausto omine recurrere possum ad sacra scripta eorum, e quibus patebit: cui nostrum magis timenda sint eorundem anathemata? Exemplum, effataque S. Petri iam adduxi, sufficiat mihi nunc ad S. Paulum appellare, qui ait: „Licet nos aut angelus de coelo evangelizet vobis praeter quam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.“ Ego nunquam praesumpsi sanctis Evangeliis quidpiam addere; nec pro toto mundo docerem plus, vel minus, quam in sacris scripturis revelatum sit. Sed tu, o Frater! *nonne auctor es cuiusdam Proto — Evangelii — cuiusdam prologi ad Evangelium Christi — in quo homines docere audes, quod solus Deus revelare potest, et quod Ecclesia nunquam accepit?* Iam tibi demonstravi ex operibus S. Bernardi, nec sacras paginas, nec SS. Patres quidpiam offerre in iustificationem illius doctrinae, quam de Beata Virgine Maria definire praesumpseras, penetrando sacra mysteria vitae eiusdem, et inferendo te castis arcanis, quae ipse Deus silentio velavit. Quis igitur viventium magis pertimescere debeat anathemata S. Pauli? Pridem iam dixerat S. Hieronymus*) sacras Scripturas Romanae Ecclesiae attribuere superbiam et arrogantiam, quia iam tunc „mysterium operabatur iniquitatis.“ Sed ipse S. Paulus admonet Romanam Ecclesiam: „noli altum sapere, sed time.“ Porro eidem Romanae Ecclesiae dicit: „Vide in te bonitatem Dei, si permanseris in bonitate; alioquin et tu excideris.“ Profecto haec non est promissio infallibilitatis, sedi tuae facta, sed potius intentatio excommunicationis „et tu excideris.“ Cave igitur fidei tuae, Frater mi! nam Apostolus te exemplo Caiphae et Iudaeorum admonet, dicendo: „tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time, ne forte nec tibi parcat.“ Quodsi, venerabilis Frater, non comparuero in Concilio tuo, „omnes stabimus ante tribunal Christi,“ — „in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum evangelium meum,“ dicit S. Paulus. Ergo secundum evangelium eiusdem, et non secundum tua decreta iudicabimur; atque minus timendum erit illi, qui cum Apostolo dicendo erit: „servavi fidem“. Et S. Ioannes dicit: „Si quis apposuerit ad haec, apponet Deus

*) Comment. Ep. ad Galat. Praef. pag. 2. Ed. Migne.

super illum plagas scriptas in libro isto". Quapropter maximam consolationem affert pluribus millionibus fidelium christianorum, qui apostolicam fidem servaverunt: ipsum Deum iudicem futurum, „qui sine acceptatione personarum iudicat," quique causam illorum ad proprias manus assumet: „Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo; non ergo amplius invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum." Dico has scripturas nobis consolationem afferre, dum tu nos iudicas, et anathematizas, et dum te approbare videmus gesta Praedecessorum tuorum, qui patres nostros usque ad mortem persecuti sunt, quorum vox sanguinis e visceribus terrae clamat. Ita sane, o Frater! Apostolo committamus causam nostram, et Summo Sacerdoti professionis nostrae, dum omnes coram iusto tribunali eiusdem stabimus. Nihilo tamen minus *Concilium tuum, poscente obligatione nostra, haud indifferenti oculo prosequemur; nam, quamvis illud nec catholicum, nec orthodoxum Concilium sit, Deus, cuius viae non sunt nostrae viae, illud ad salutarem finem dirigere poterit. Vos invocabitis Spiritum S., et ego oro Deum, ut Spiritus S. reipsa descendat super Concilium vestrum, ad restaurandam puram religionem, divinam auctoritatem Eppatus, et revehendas antiquas libertates Ecclesiae*, quemadmodum scriptum est: „ubi autem spiritus Domini, ibi libertas." Si hae preces exauditae fuerint, magnus profecto fructus redundaret ex hoc conventu. Tunc non eveniret ibidem, quod in Concilio Tridentino factum est, ubi Legati Romae omnem libertatem loquendi suffocaverunt, et arrogantia modernae societatis, suffragiis Epporum, testimonio antiquitatis, et voci ipsius Spiritus S. in sacris Scripturis enuntiatae, praevalere potuit. Concludendo, veniam oro, o Frater! si in quapiam re charitati defuissem. Unicum propositum meum fuerat, tibi veritatem cum suavitate dicere; timendo, ne forte nemo te periculi, in quo versaris, attentum faciat. Quaeso, ne sublimitatem antiquae sedis tuae, neque humilitatem meae respicias; nam S. Paulus docet: Deum frequenter eligere „infirma mundi, ut confundat fortia;" et S. Hieronymus de Eppis ait: „Ubicumque fuerit Episcopus sive Romae, sive Eugubii, sive Constantinopoli,

sive Rhegii, sive Alexandriae, sive Tanis, eiusdem meriti est, et eiusdem Sacerdotii.“ Verum aliae adhuc rationes supersunt, e quibus Eppus Romae observare debet monita Apostoli „noli altum sapere sed time.“ S. Ioannes in sua Apocalypsi de tua Sede praedixerat: „civitas illa magna.“ Regnum Christi non est de hoc mundo; tu tamen, Apostolus eiusdem, mundanum thronum tenes in septem collibus, de quibus S. Ioannes haec verba dixerat. Propterea o Frater! in perfecta charitate te rogavi, ut attendas ad id, quod scriptum est, quodve abs dubio eventurum est. Sola charitas me ad haec tibi dicenda movit; ut audias quippe vocem, ex oris trans mare sitis venientem, fideique „semel sanctis traditae“ faventem. Pro ista pugnavi viriliter, effatis Apostolorum, Martyrum et Confessorum, ne tibi ignotum sit: in America quoque existere homines, qui sanctissimam catholicam et apostolicam fidem, immutatam et immutabilem, prout in magnis Conciliis e sacris scripturis definita fuerat, profitentur. Nam in nobis, Eppis Americae, qui successionem apostolorum, et apostolicam doctrinam conservamus, adimplevit D. N. I. Ch. suam promissionem: „Eritis mihi testes usque ad ultimum terrae.“ Datum in residentia mea Eppali Buffalensi die 6 Maii, Festo Ascensionis Domini nostri, Anno D. 1869, Eppatus mei sexto. — *A. Cleveland Coxe* Eppus Neo-Eboraci occidentalis. — Franciscus Philippus Nash, Secretarius.

---

126. *Ai venerabili Pastori Vescovi della Chiesa cattolica congregati nel Concilio Vaticano l' anno 1869: Memorandum dei Cattolici Italiani membri della societa nazionale emancipatrice e di mutuo soccorso del Sacerdozio Italiano in Napoli.* Napoli. 1869. Liber reformatorius, Auctoritati Ecclesiae adversus.

127. **Ricciardi** *Dichiarazione di principii:* **Popolo d' Italia.** Napoli. 1869. Est declaratio principiorum pro sic dicto *Anticoncilio*, quod liberales Itali et aliarum nationum deputati Neapoli celebrare volebant. Inchoarunt etiam suum conciliabulum, sed mox per regiminis commissarium soluto conventiculo, comoedia finem accepit.

128. **Luigi Delatre** *la Basilica Vaticana e il Concilio Ecumenico: riflessioni istorico-critiche.* Firenze. 1869. Liber impius.

129. **Ant. Isaia** *il Papa Re e i popoli cattolici innanzi al Concilio.* Firenze. 1869. Totus quidem liber pene unicum pertractat argumentum temporalis dominii S. Sedis: prout tamen in hoc puncto, ita et de Concilio nonnisi iniquum erga Ecclesiam animum manifestat.

130. *Per il XX Concilio Ecumenico 1869: Appello ai Parrochi, Canonici, Professori e Moderatori dei Seminari, e Sacerdoti Italiani.* Milano. 1869.

131. *Al Concilio Romano petizioue dei cristiani.* 1869.

132. **Petrucelli della Gattina** *il Concilio.* Milano. 1869.

133. **T. Mamiani** *del prossimo Concilio ecumenico.* 1869. Est caput 18 operis: „Teorica della Religione."

134. *La Luce sul Vaticano. Strenna popolare per l' anno 1870 del periodico* Roma papale svelata al popolo, *dedicata ai sillabisti del Concilio Ecumenico.* Venezia. 1869.

135. *Il Concilio di Roma rappresentato al popolo italiano.* Firenze. 1869.

136—137. **Dovere** ephemeris *Genuensis* vulgat epistolam feminae *Laviniae Dentone* de 5 Dec. 1869, in laudes conventiculi Neapolitani semet effundentis: quam mulierem *Unita Cattolica.* 1869. p. 1292 merito infelicem vocat.

Lit. Germanica. 138. *Wodurch noch die Kirchenspaltung? Eine kurze offene Antwort auf des Bischofs von Paderborn Frage: Wozu noch die Kirchenspaltung? Von einem schlesischen Protestanten.* Ohlau. 1869. De libro Eppi Paderbornensis *Conradi Martin* in literatura anni 1868 sermo fuit.

139. **Hasemann** *das Papstthum kämpft gegen christlichen Glauben, Bildung und Freiheit. Reformationspre-*

digt, gehalten am 31 Oct. 1869 in der Kirche zu Haspe. Hagen. 1869.

140. **Prutek** (ab Eppo Vratisl. suspensus sacerdos) *was hat den kath. Priester Dr. Prutek bewogen, an den Früchten seiner Kirchenstiftung auch die evangelische Kirche und den mosaischen Tempel in Teschen Antheil nehmen zu lassen? Eine gemeinnützige Ansicht, vor dem bevorstehenden römischen Concil nicht zu übersehen:* **Silesia.** Teschen. 1869. nr. 40. Auctor, Catecheta in schola publica, ob liberales et perniciosas assertiones a munere suspensus, Teschinii in Silesia quiescit, salario sive pensione Regiminis provisus.

141. *Die Protestanten-Versammlung in* **Worms** *am 31 Mai d. J.:* **Allgemeine Zeitung.** Augsburg. 1869. p. 1997. Contra invitationem Protestantium pontificiam pro Concilio protestationem interponunt collecti *Wormatiae* acatholici.

142. 143. *Zur Lösung der religiösen Zeitfrage.* Ibid. p. 2261. Recensio libri: „*Leonhardi* der Philosophencongress als Versöhnungsrath. Beitrag zur Lösung der religiösen Zeitfrage. Prag. 1869." in quo principia minus orthodoxa, relate etiam ad Concilium, proponuntur.

144. *Zur Angelegenheit des Concils.* Ibid. p. 2329.

145. *Vom Protestantentag* (Worms). Ibid. p. 2383. 2435. 2442.

146—147. **Frohschammer** *das Recht der eigenen Überzeugung.* Ibid. p. 2965. Etiam separatim prodivit Lipsiae. 1869. Auctor, presbyter catholicus, sed ob haereticas sententias e communione Ecclesiae eiectus, contra Concilium scribit.

148. *Aus Rom.* Ibid. p. 3425.

149. *Zum Concil.* Ibid. p. 3553.

150. *Schweizer Stimmen über das Concil.* Ibid. p. 3579.

151. *Der evangelische Kirchentag und das päpstliche Concil.* Ibid. p. 3839. Protestatio Conventus *Stuttgardiensis.*

152. *Der Hirtenbrief der deutschen Bischöfe über das Concilium.* Ibid. p. 4133.

153. *Die Bischöfe und das Concil.* Ibid. p. 4973.

154. *Die Wege nach Rom.* Ibid. p. 5117.

155. *Der Papst, der Absolutismus, und das Concil.* Ibid. p. 5231.

156. *Die Anfänge des Concils.* Ibid. p. 5417. 5438. Omnes hi Articuli ephemeridum Augustanarum sub redactione protestantica existentium inimico erga Ecclesiam et Concilium spiritu concinnati sunt: cumprimis articulus postremo loco adductus, qui in dictis ephemeridibus sub titulo: *Römische Briefe über das Concil* saepissime occurrit.

---

157. **Diestelkamp** *Antwort auf das Sendschreiben Pius IX vom 13 Sept. 1868 an alle Akatholiken gerichtet, von einem evangelisch-lutherischen Pastor, der zwar nicht bei Gelegenheit des Concils zu Rom im J. 1869 römisch-katholisch werden möchte, aber von Herzen wünscht, dass alle dort Anwesenden sowie Alle, die dem Evangelio nicht gehorsam sind, sich bekennen mögen zu dem alleinseligmachenden evang. Glauben an Jesum Christum unsern Herrn.* Gütersloh. 1869. Auctor opusculum suum sic incipit: „Mein lieber Pius!“ In eo non modo generatim doctrinam Catholicam oppugnat, sed etiam speciatim inerrantiam tum Ecclesiae tum Romani Pontificis. Vindicias Ecclesiae mox exaravit, pastoremque protestanticum prostravit:

158—159. **Hagelüken** *Randglossen zu der Antwort auf das Sendschreiben etc. in Briefform herausgegeben für Akatholiken und Katholiken, besonders Diejenigen, welche die Antwort gelesen haben. Nebst einem Anhang: XV Dummheiten eines schlesischen Protestanten.* Item: *Pius IX und die kath. Kirche angeschuldigt von einem evangelisch-lutherischen Pastor: nach der Bibel und dem gesunden Menschenverstande vertheidigt und gerechtfertigt von einem* „Römischen“. Paderborn. 1869. Non tacuit Pastor, sed opusculum suum denuo evulgavit et ampliavit sub titulo:

160. **Diestelkamp** *Fehlbar oder Unfehlbar: zweites Schreiben an Pius IX, zugleich ein Wort zur Beherzigung an alle Nichtevangelische.* Gütersloh. 1869. Huic quoque libello Pastoris lutherani e vestigio opposita fuere opuscula:

161—165. *Wurmkraut für einen kranken evang. luth. Pastor, präparirt und verordnet, mit Rücksicht auf dessen Schriften:* „Antwort" *und* „Fehlbar oder unfehlbar", *von einem katholischen Homöopathen.* Erfurt. 1869. Et: *Unwissenheit oder Bosheit? oder die Frage über die Unfehlbarkeit des Papstes verzerrt und verspottet im* „zweiten Schreiben an Pius IX von *Diestelkamp*", *jedem Nachdenkenden dargelegt von einem* „Römischen". Paderborn. 1869. Posterius opusculum paulo post *altera* vice editum est. Cum vero Pastor lutheranus libellum suum *sexta* iam vice typo commissum temeraria praefatione instrueret, postremum vulgavit sic dictus *Romanus* (Hagelüken) opusculum:

165. *Ernstes Schlusswort an* Diestelkamp: *eine gemessene Nachrede auf die masslose Vorrede der 6 Auflage des Pamphlets* „Mein lieber Pius." *Von dem* „Römischen." Paderborn. 1869.

---

166. **Lortzing** (pastor protest.) *eine päpstliche Einladung:* **Paderborner evangelisches Kirchenblatt.** 1869. nr. 18. 20—24. Auctor non dubitat affirmare, Summum Pontificem ad Protestantes invitationem dimittendo contra praeceptum IV decalogi peccasse.

167. **Hermann Schmid** *Concilien in alter und neuer Zeit. Vortrag, gehalten in Karlsruhe und Stuttgart.* Stuttgart. 1869.

168. **Ehni** (pastor) *Luther und Rom, einst und jetzt. Vortrag in Genf 9 Dec. 1869.* Genf. 1869. Instar responsi ad literas Pii IX P. M. Protestantibus inscriptas.

169. **D. Schenkel** *brennende Fragen in der Kirche der Gegenwart: drei Vorträge.* Wiesbaden. 1869. Tertia declaratio auctoris est quasi quaedam Philippica, Wormatiae proposita, adversus literas Pii IX ad Protestantes.

170. *50 Thesen zu den kirchlichen Fragen der Gegenwart, als positive Gegenantwort auf die päpstliche Einladung zum Concil.* Neuwied et Leipzig. 1869.

171. **Reinhard** *zum Allerwelts-Pfaffenkongress, genannt ökumenisches Concil 8 Dec. 1869.* Coburg. 1869.

172. **Huyssen** *das bevorstehende öcumenische Concil. Protestantische Beleuchtung und Beantwortung zweier päbstlichen Schreiben.* Elberfeld. 1869. Auctor moderatius quidem, sed cum multis praeiudiciis et ignorantia Ecclesiae Catholicae rem suam agit: tam bullae indictionis Concilii, quam epistolae pontificiae ad Acatholicos opponit reflexiones protestanticas.

173. **Ernst** *ist die römisch-katholische Kirche berechtigt zu dem Aufruf an alle Protestanten und andere Nichtkatholiken, zu ihr als der alleinseligmachenden Kirche zurückzukehren? Nein: und wird jener Aufruf als unbegründeter und sonach unberechtigter Übergriff hier im evangelischen Glauben und durch die Geschichte gründlich nachgewiesen.* Berlin. 1869.

174. **Quistorp** *hie Schwert des Herrn und Gideon! Zeugnisse und Grüsse aus dem evangelischen Sion an das Concil der Bischöfe zu Rom, in Reformationsfestpredigten des J. 1868 aus verschiedenen Gebieten der deutschen evang. Kirche gesammelt, und als Antwort auf die päbstliche Einladung zum Abfall herausgegeben, und dem hochw. Bischofe* Pius *von Rom, sowie dem Bischofe* Fr. v. Ketteler *von Mainz, und* Dr. Martin *von Paderborn in Ehrerbietung zugeeignet.* Ducherow. 1869.

175. *Protestantische Antwort auf den an alle Protestanten gerichteten Brief Pabst Pius IX, mit einer Vorrede an denselben. Eine Schutzwehr wider Rom, dem christlichen Volk aus allerlei Stand und Geschlecht zu Nutz und Frommen dargeboten vom Verfasser von* „Gotteswort gegen Menschenwort." Erlangen. 1869.

176. **F. Nippold** *welche Wege führen nach Rom? Geschichtliche Beleuchtung der römischen Illusionen über die Erfolge der Propaganda.* Heidelberg. 1869.

177. *Aufruf zu einem deutschen Kirchen-Concil in*

Erfurt: eine Mahnstimme an alle Katholiken und Protestanten Deutschlands. Im Anhange: Grundzüge zu einem Henotikon. Leipzig. 1869.

178. *Offenes Sendschreiben an Se. Heil. Papst Pius IX, von einem hochbetagten protest. Geistlichen im nördlichen Deutschland.* Leipzig. 1869.

179. *Protest der Nachwelt den Jesuiten am Concile.* Upsala und Leipzig. 1869.

180—181. *Entwurf zu einer evang. protest. Antwort auf die Einladung Sr. Hochwürden des Römischen Bischofs Pius IX an die nichtrömisch-katholischen Kirchen zur Betheiligung an der KV.* In ephemeride Svecica *Der Bibelfreund.* 1869. nr. 9 et 10. vulgatum, et mox ex ea separatim impressum responsum ad literas Summi Pontificis.

182. **W. Bernhardi** *Schulze und Müller auf dem Concil im römischen Keller. Zeitgemässe Humoreske.* Berlin. 1869. Liber impius.

183. *Das römische Concil:* **Messner** *neue evangelische Kirch. Zeitung.* 1869. nr. 29.

184. *Eine Kundgebung der baierischen Generalsynode zu Ansbach gegen den päpstlichen Brief.* 1869.

185. *Erklärung Sächsischer Kirchenvorstände gegen das Concil.* 1869.

186—187. **Lebrecht Flott** *Sanct Velociped. Eine moderne Reise-Legende.* Leipzig. 1869. Ligata oratione oppugnat Concilium. De hoc libro sequentem depromit censuram *Wiener Kirchen Z.* 1869. p. 799: „Diese Schrift scheint — nicht für gewöhnliche Menschenkinder, sondern für Tollhaus-Candidaten geschrieben zu sein. — Der Herr Lebrecht Flott hat recht, wenn er seinem Pamphlete das Motto vorsetzt: *Quem Deus perdere vult, dementat.*“.

188. *Die Bischöfe von Mainz und Paderborn, und das allg. Concil:* **Messner** *neue evang. Kirch. Zeitung.* 1869. nr. 12.

189. *Das Römische Concil.* Ibid. nr. 29.

190. *Adresse der Groninger Theologen an den Papst:* **Allgemeine Kirchenzeitung**. Darmstadt. 1869. nr. 41. 42.

191—193. **Capadose** *Antwort an Pius IX auf die*

Einladung zum Concil. Ibid. nr. 47. 48. Versio ex gallico, quod Hagae prodivit. Separata quoque editio germanica facta est Berolini 1869.

194. *Die Erlanger protest. Antwort auf den Brief Pius IX.* Ibid. nr. 56.

195. *Das ökumenische Concil*: **Zeitschrift für Protestantismus und Kirche.** 1869. t. 57.

196. *Die päpstliche Einladung aller Protestanten zum Concil, der Oberkirchenrath an die Consistorien und die Prediger der Genfer Kirche an alle evang. Christen*: **Gelzer's** *Monatsblätter.* 1869. 33. B. p. 137.

197. *Das Concil und die vom Bischofe von Mainz vertheidigten kirchlich-politischen Grundsätze des Syllabus*: **Allgemeine K. Z.** Darmst. 1869. nr. 86. 87.

198—199. *Über protest. Antworten auf das päpstliche Sendschreiben;* — item: *Conciliums-Broschüren:* **Neue evang. Kirch. Z.** 1869. nr. 18. 22. 39.

200. *Der Berliner Oberkirchenrath und das Concil.* Ibid. nr. 44.

201. *Das Concil.* Ibid. nr. 50. 51.

202. **Ströbel** *Gedanken über das bevorstehende Concil und die betreffenden päpstlichen Einladungen*: **Zeitschrift für luther. Theol.** 1869. I. Heft.

203. *An die Laien aller christlichen Kirchen des deutschen Volkes.* Berlin. 1869.

204. **G. Kühne** *Römische Sonette. Mit Noten zum Text. Ein Beitrag zum ökum. Concil.* Leipzig. 1869.

Hostilibus his Ecclesiae adgressoribus proxime accedunt sic dicti *liberales catholici*, e quorum scriptis sequentia notamus:

205—207. *Wünsche, welche den Vätern des ökum. Concils vorgelegt werden sollen.* Desideria haec et vota ex parte nonnullorum de Clero curato *Bohemiae* proposita, primum in Viennensi ephemeride *Wanderer*, tum in Pragensi *Zeit* vulgata, subin et per alias periodicas pagellas, e. 9. *Katholische Blätter aus Tirol. 1869. p. 709. ss.* transsum-

ta fuere. Tam e dogmatico quam morali ac disciplinari obtutu reformationes proponunt: de *infallibilitate Papae* pronunciant, eam haud esse definiendam; prout nec *Assumtionem BMV. in coelum corpoream.*

208. *Theologisches Literaturblatt.* Bonn. 1869. In literario hocce opere, secus doctrina praestante, recensiones permultae opusculorum conciliarium in spiritu liberali, et auctoritati supremae Romani Pontificis infesto continentur; potissimum sub titulo: *Das bevorstehende Concil:* pag. 53. 84. 125. 556. 587. 824. 860. 909.

209—210. *Zum bevorstehenden allgemeinen Concil: Laien-Adresse an den Bischof von Trier.* Coblenz. 1869. Tam ecclesiastico quam civili respectu reformationes proponit Adressa laicalis, et contra infallibilitatem R. P. se enunciat. De Adressa sequens depromsit iudicium ephemeris Vratislaviensis *Schlesisches Kirchenblatt. 1869. nr. 27 et 28:* „Fassen wir das Ganze zusammen, so haben wir uns einer Beobachtung nicht entziehen können: es ist die, dass leider auch in solchen Kreisen, welche durchaus auf dem Boden der Kirche stehen, sich ein gewisses Misstrauen gegen Diejenigen fühlbar macht, in deren Hände nach göttlichem Rathschluss die Leitung des kirchlichen Organismus gelegt ist; — dass sie Befürchtungen und Zagen äussern, wo ein katholisches Herz sich zu freuen so gerechten Grund hat."

211—213. **Heinrich St. A. von Liano** *die Kirche Gottes und die Bischöfe. Denkschrift mit Rücksicht auf das angekündigte allgemeine Concilium zur Klärung der religiösen Lebensfrage.* München. 1869. Auctor, ex Hispania in Germaniam immigrans, in praesente libello partim Iansenisticas partim Irvingianas doctrinas sectatur, et articulos Gallicanos anni 1682 extollendo provocat terrae Principes, ut systema Gallicanismi adoptent et „Curialismo" opponant! Lianneum librum Moguntina ephemeris *Der Katholik*, sub titulo: „Krankhafte Zeiterscheinungen" (1869. XXII. 428.) castigavit; alius vero sequens de eo depromsit iudicium: „Der einzige Ort, an welchem dieses Werkchen zu glänzen verdient, ist der Römische Index, da es offen und ungescheut die kath. Lehre vom Primat und von der Kirche angreift, und

nach der Art verschlagener Sectirer irvingianische Irrlehren in die geöffneten Furchen wirft."

214—216. *Reform der Römischen Kirche in Haupt und Gliedern, Aufgabe des bevorstehenden Römischen Concils.* Leipzig. 1869. Praesentis operis (in ephemeride universali *Allgemeine Zeitung. 1869. p. 4329.* summis laudibus celebrati) Auctor cum specioso eruditionis apparatu, et iterata professione super eo, quod unice bonum Ecclesiae promotum habere optet, proponit reformationes in Ecclesia iis admodum similes, quas iam antea sollicitabant iurium Ecclesiae et S. Sedis osores, et per quas universa Ecclesiae Hierarchia, sed praesertim Primatus R. P. fere in nihilum redigeretur. Quorsum tendant similia reformatoria opuscula, vivide expressit Censor quidam eruditus per haec verba: „Das Geheimniss dieser liberalen Wundercuren ist der Flor des *staatlichen Absolutismus*, gegen welchen diese modernen Byzantiner keine Gegenwehr bestehen lassen wollen. *Unter der äussern Hülle liberaler Phrasen, unter dem Lockmittel von Concessionen an die fleischliche Freiheit, welcher der Cölibat, der Ordensberuf und die Überwachung der kirchlichen Lehre geopfert werden sollen, verbirgt sich die Einführung einer vollendeten Staatssklaverei, in welcher eine Gelehrtenkaste alle Vorrechte an sich risse.* Von einer Rücksicht auf das Heil der Seelen, auf den specifisch übernatürlichen Charakter des Glaubens und seiner öffentlichen Ordnung in der Kirche ist in dem ganzen Machwerk kaum eine Spur zu entdecken. Wie kann da von katholischer Reform noch die Rede sein?"

217. *Das nächste allg. Concil und die wahren Bedürfnisse der Kirche. Ein Wort an alle wahren Christen geistlichen und weltlichen Standes von einem katholischen Geistlichen.* Wenigen-Iena. 1869. Eiusdem argumenti cum praecedentibus reformatoriis opusculis, prout etiam sequens libellus:

218—220. *Ein offenes Wort an die Bischöfe und Katholiken Deutschlands angesichts des bevorstehenden allgem. Conciliums, von einem kath. Geistlichen.* Oehringen. 1869. Utrumque opusculum fusius castigatur in ephemeridi-

bus literariis: *Der Katholik. Mainz. 1869. XXI. 279. 604.* et: *Civilta Cattolica. Roma. 1869. Ser. VII. vol. 5. p. 722. — vol. 6. p. 341. 467.*

221. **C. Waagen** *über die Aufgabe des ökumenischen Concils zu Rom. Von einem kath. Laien.* München. 1869.

222. *Katholische Stimmen aus der Laienwelt über das Concil:* **Rheinisches Gemeindeblatt.** 1869. nr. 17.

223. *Sendschreiben eines Italienischen Universitätsvereins gegen das Concil:* **Kölner Zeitung.** 1869. nr. 203.

224. *Brief des Comité's der Coblenzer Laienadresse an* Montalembert. Ibid. nr. 234.

Lit. Hungarica. 225. *A. Concilium:* **Szabad Egyház.** Pest. 1869. nr. 84—88.

226. *A Zsinat és Egyházunk szükségletei:* **Havi Szemle** (Egyházi Lapok). N. Szombat. 1869. III. 342. ss. Recensio et approbatio operis germanici superius memorati: *Das nächste allg. Concil. Wenigen-Icna. 1869.*

---

2. *Literatura Catholica anni* 1869.

Lit. Latina. 227. **Bartholomaei a Martyribus** AEppi Bracarensis *Summa Conciliorum omnium tam generalium quam provincialium, collecta, dum ageret in Concilio Tridentino.* Taurini et Romae. 1869. Opus magni pretii, pro usibus Vaticani Concilii reimpressum.

228. **Lud. Tripepi** Can. *Spes de Concilio Oec. Vaticano:* **Apis Romana.** E Semin. Montis-Leonis. 1869. p. 232. Eximium carmen, e quo notandi sequentes versus: „Auribus attonitae discent oracula pronis — Et sese gentes in nova iura dabunt. = Protinus atra cadent vitiorum monstra, iacebit — Calliditas pulsis obruta criminibus. = Ac conficta astu passim mendacia turpi, — Quique struit saevus damna necesque dolus, = Et crebrae errorum pestes portentaque dira

— Inviso solvent pectora nostra metu. = Nigra cohors scelerum totas bacchata per oras — Ediscet tandem frena inimica pati, = Angvis et infernus fraudes versare peritus — Corripiet subitam tartara ad ima fugam. = Almaque coelestis doctrinae arcana docentis — Infringent regis spicula tartarei. = Cana fides radiis oculos suffusa nitentes, — Quae columen fractis rebus et una salus, = Hostiles tundet vires fundetque catervas, — Ridebit stygias tuta hominumque minas."

229. **Al. Chrysost. Ferruccius** *Elegia Conciliaris exeunte anno christiano 1869.* Ibid. p. 289. Notandi versus: „En patet aula Petri, qua nulla est maior habendae — Sacrorum curae, Concilioque Patrum. = Venit ad aculeum iam res. Quis crederet esse — Germen in hoc, saliat quo magis aucta Fides? = Vera aeterna regunt, Dominoque Deoque sedente — Hic, ubi maiestas legis amore viget. = Arbitrio nihil est in toto antiquius orbe, — Sicubi iustitiae deditus esse velit. = Illud habemus idem nos sanctum in numine Petri — Principis a Christo sic statuente Deo. = Non ideo ut fiant, sed ut vitentur, adumbro, — Haec mala flebilibus perniciosa modis. = Et vitare licet; nisi mente superbia discors — Pontificale Dei de Styge turbet opus. = Quare Concilio felicia cuncta Latino — Auguror. Est prudens simplicitate Pius. = Simplicitate fides alitur, quae tessera vitae — Fit coelo aeternae; nec rationis eget, = Sed ratione viget, ratio si prona sequatur, — Atque suae pensum tollat ametque Crucis."

230. **Acta officialia Concilii Magni Vaticani,** *sive Documenta, in quibus omnia continentur, quae ab indicto Concilio usque ad eius exitum in Vaticanis aedibus gesta sunt.* Taurini. 1869.

231. **Ios. Maineri** *in Concilium Magnum Vaticanum I ode.* Alexandriae. 1869.

232. *Templi Vaticani descriptio latino idiomate exarata ad advenarum commoditatem, qui a. 1869 occasione Concilii Oecumenici Romam veniunt.* Romae. 1869.

233. **Eliseus Maria Maggi** *Carmel. Sermo in Evangelium Dom. IV sacri Adventus habitus 4 Kal. Ian. 1869 in Patr. Basilica S. Petri inito Concilio Oec. Vaticano.* Romae. 1869.

234. **Ios. Rossi** *de Concilio Magno Vaticano Elegia.* Faventiae. 1869.

235. *Summa Conciliorum brevissima.* Romae. 1869. Auctor libelli censetur esse Eppus S. Hippolyti in Austria *Ios. Fessler.* Exponit breviter XVIII Conciliorum Oecum. inde a Nicaeno I usque Tridentinum historiam et argumentum.

236. *De Epistola SS. Patris ad AEppum Westmonasteriensem data die 4 Sept. 1869, deque nonnullorum Protestantium responsionibus;* **Acta ex iis decerpta, quae apud S. Sedem geruntur.** Romae. 1869. Vol. 5. pag. 143. Editor Actorum horum in praeadducta dissertatione dum brevem commentarium in epistolam pontificiam, cui doctor presbyterianus *Cumming* occasionem dedit, scribit, una opportunas subiungit animadversiones in erronea asserta Protestantium, quae hi in suis ad literam invitatoriam Summi Pontificis responsis protulerant. Docte cumprimis pertractat quaestiones de libertate conscientiae, de Primatu R. P., de iaculis per Protestantes adversus Ap. Sedem emissis, de venefica, ut ipsi vocant, atmosphaera Romanae Sedis, ubique prosternendo omnia Protestantium commenta et argumenta.

237. *Literae Eppales ad ven. Clerum* **Sangallensem,** *quibus indicitur indulgentia plenaria in forma Iubilaei, occasione proximi oecum. Concilii a Summo Pontifice Pio IX omnibus Christifidelibus benigne concessa.* Ad S. Gallum. 1869. Huiusmodi literas pastorales, potissimum lingva vulgari, omnes fere Praesules ediderunt, et exinde occasionem sumserunt, de S. Oec. Concilio uberius disserendi.

238. *Preces novendiales ad* **Mariam** *labis nesciam, ut* **Concilium Magnum Vaticanum** *in fidem suam recipiat:* **Unita Cattolica.** Torino. 1869. p. 1253. ss. Eximia ephemeris, cui ab *Unitate Catholica* nomen, sequentes vulgavit latinas preces in memoriam aperti festo Immac. Concept. BMV. Sacri Oec. Concilii Vaticani:

I. *Maria* omnis culpae exsors in *Magistros christiani nominis* illabatur, *Concilium Magnum* in Urbe auspicaturos die tibi sacro, ut bonis omnibus liceat exclamare: *Spiritu S. inspirati locuti sunt Sancti Dei homines.*

II. Virgo castissima, quae afflante Spiritu S. Verbum

Dei sinu excepisti, omnibus precibus contende, ut *Patres in Concilium coeuntes Paracleto duce divinum verbum profiteantur, quod devios mala fraude mortales in rectam semitam perducat.*

III. Virgo prudentissima, cuius suspiria, gemitus, obsecrationes, teste viro sanctissimo, pervicere, ut Apostoli in coenaculo consistentes replerentur Spiritu Sancto, te suffragante *gratia septiformis Spiritus divini Episcopos pervadat in Vaticanum coactos.*

IV. Mater misericors, nos satanae filiis circumventos, qui Spiritui Sancto contumacius refragantur, sic respice, ut *per Concilium Vaticanum Spiritus Dei repleat orbem terrarum.*

V. Virgo sapientissima, quae diceris a pio Scriptore *primi Apostolici Concilii decreta dictasse, eodem officio in Vaticano Concilio perfungi ne dedigneris adversus effrenes, qui feruntur ad suas concupiscentias, nullum habentes divini Spiritus desiderium.*

VI. Virgo beata, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis tamquam acies ordinata, *Patres in Concilium venientes praesidio tuo sic tutare, ut Spiritu Sancto instincti profligatis errorum monstris divinae veritatis lucem mortalibus porrigant.*

VII. Mater amabilis, te adnitente *Pius IX* hoc pietatis in te suae proemium ferat, ut *Patres in Vaticanis aedibus consultantes Pontificem Maximum de religione rite decernentem falli nescium pronuncient.*

VIII. Virgo potens, quam VI Idus Decembris 1854 Pontifex Maximus cum Episcopis catholici orbis concordissimis labis expertem edixit, te auspice *ea flamma Spiritus divini Patres Vaticanos incendat, ex qua novus catholico nomini splendor accedat.*

IX. Mater sanctissima, quae Elisabethen cognatam festinanter invisisti, quia nescit tarda molimina Spiritus S. gratia, effice, ut *quam citissime absolutis disputationibus, legibusque latis Vaticanum Concilium dimittatur, et Christiani ex omnibus molestiis et laboribus in mutua benevolentia concordiaque conquiescant.*

239. *Ad Reverendissimos Bavariae Praesules ad Concilium Romanum profecturos:* **Pastoralblatt** *für die Diöcese* **Augsburg.** 1869. p. 361. Vota latino sermone concepta, quibus praemittuntur sequentia duo chronostica: 1. VaLete pIe In ChrIsto, fortIter agIte In saCro ConCILIo, DeIn reCeDIte feLICes saCratI antIstItes. — 2. OMnI DIe enIXIs sUIs preCIbVs Vos IVVabIt CLerVs popULVsqVe BaVarIae.

240. *Ad Concilium Oecumenicum Romae habendum, et die Immaculatae Conceptioni Deiparae Virginis sacro inchoandum 1869:* **Religio.** Pest. 1869. II. nr. 46. Carmen egregium, e quo notare liceat aliquot versus:

O *gloriosa Roma super petra*
Fundata! Tu lux, tu via, *veritas*
Et porta coeli, naufragisque
Perfugium, *fideique custos!*

—

Ad te docentem, quod sit iter poli,
Ad te querentem damna fidelium,
Ad te vocantem currit omnis
Concilio reparandus orbis.

—

Heu quanta sanctam vulnera sauciant,
Quam dura Matrem sors premit undique!
Sublata pennis sacra vellet
Tollere mens hominum superbis;

—

Et lege, quam hausit Matris ab ubere,
Et iure, *Petro quod dederat Sator*,
Spreto, minatur iam cruci, arae
Exitium rapiente dextra.

—

Est spes in uno, *quem posuit Deus*
Rexisse quassae remigium ratis:
Hic est Sacerdos, Summus
Orbis *Pius* est pater universi.

—

Et iam supremo lumine perciti
Te, Sidus orbis Christiadum, Patres
Stipant, et una mente et ore
Cordeque velle tuum sequuntur.

—

241. *Acta ex iis decerpta, quae apud S. Sedem geruntur, in compendium opportune redacta et illustrata.* Romae. 1869. Volumine V Actorum horum p. 225 ss. vulgantur fere omnia Oecumenici Vaticani Concilii acta, una cum brevi historia Congregationum ac Sessionum publicarum, item notitiis ac reflexionibus ad illustranda acta Synodalia opportunis. De prima Sessione, qua Synodus aperta fuit, disserens Editor, haec adnotat: „Lectores nostri cogitare ex sese poterunt de rei maiestate, quam describere non valemus, — una cogitantes, numquam Romam contemplatam esse tantam Catholicae Ecclesiae Praesulum simul iunctam multitudinem; — *per Pastores tot tantarumque Ecclesiarum Pontifici obsequentes, qui unus post alium ad genu Pontificis osculandum humillime accedebant, facto ipso conspexisses, Pontificem esse Vicarium Christi Domini, eam mirabilem ore divino praenunciatam Petram, cui omnis innititur Christi Domini Ecclesia.* Per eam solemnissimam benedictionem, quam Pontifex cruce arrepta et solus stans Synodo oranti a Deo est adprecatus, ut benedicere, regere, eandemque conservare dignaretur, facto ipso vidisses Pastorem Pastorum. Per sublimes preces, quae Latinae Ecclesiae usui sunt, quibus immensa ac stipata populi multitudo licet variarum lingvarum uno ore unoque animi sensu concinebat, videbatur coniuncta coelestis ac terrestris Ierusalem."

242. **Leonardus Proja** *adversus eos, qui sanctissimum Romani Pontificis studium et Vaticani Concilii celebrandi necessitatem vituperant, ad universos christifideles, qui, ne quid in expedito non sit pro celeriori celebratione, pro certiori et sanctiori eiusdem Concilii exitu, omnem dare operam debent, breve hoc literarum usurpatum adloquium.* Romae. 1869. Tria sunt cumprimis, quae commendat fidelibus: primum, ut a Deo quae huic Concilio celebrando sunt necessaria, petamus; alterum, ut pro viribus quisque suis operam et auxilia Pontifici praestet; tertium, ut omnes Concilii placitis atque decretis obsequantur et pareant.

243—249. *Collectio selectorum auctorum, quos* **Ioan. Thomas Ghilardi** *Eppus Montisregalis* (in Pedemontio) *typis mandari curavit in commodiorem usum S. Vaticani Con-*

cilii Patrum, omnimodacque ecclesiasticae disciplinae cultorum. Monteregali. 1869. Collectionem hanc Praesul Monregalensis pro commoditate ac usu Patrum Concilii evulgari fecit. Continet vero Collectio opera sequentia: 1. *Canones ac decreta C. Trid. item Declarationes et resolutiones S. Congr. Card. C. Trid. Interpretum.* 2. *Summam gener. Conciliorum.* 3. *Constitutiones Summ. Pontif. de re dogmatica, morali et sacramentaria.* 4. *Epitomen Canonum Conciliorum.* 5. *Septem Concilia provincialia S. Caroli Borromaei.* 6. *Vitam ven. Bartholomaei de Martyribus AEppi Bracarensis, et petitiones in C. Trid. ab eo et aliis Eppis factas.*

Lit. Anglica. 250. **Ullathorne** *A pastoral letter to the faithful of the diocese of* **Birmingham.** 1869.

251—252. *A brief history of the general Councils, by M.* **Fessler.** London. 1869. Versio ex latino.

253. *The catechism of the Council, by a Doctor of Canon Law.* 1869.

254. **J. N. Sweeny** O. S. B. *Lectures on the oecumenical Council.* London. 1869.

255. *Popular obiections to the Vatican Council answered by the* **Archbishop of Westminster.** *Supplement to the* **Tablet.** London. 1869. AEppus *Manning* sermonem, qui hic vulgatur, Romae habuit.

256. **Nardi** *an adress delivered in the Institute attached to the Pro-cathedral Kensington, on monday evening 6 Sept. 1869.* London. 1869.

257. *The pastoral letter of the Archbishop and Bishops of the province assembled in the second provincial Council of* **Australia.** Melbourne. 1869.

258. *Epistola pastoralis Vicarii Apostolici in* **Colombo Ceylon.** 1869. Lingva anglica.

259. *The Vatican.* London. 1869. Est folium periodicum, celebri ephemeridi *Tablet* adnexum, historiam Conc. Vaticani complectens.

260. *Weekly-Register* egregium vulgavit articulum a.

1869 *de Concilio Oecumenico et Anglicanis;* diluendo quaslibet obiectiones per protestantes et schismaticos factas.

Lit. Arabica et Graeca. 261—262. *De invitatione Orientalium pro Concilio.* Bairuti. 1869. Liber arabice conscriptus et magni pretii. Non absimiliter liber graecus: *Dialogi inter Schismaticum Orientalem, et Catholicum Occidentalem.* Hermopoli. 1869.

Lit. Hispanica et Lusitanica. 263. *El Eco de Roma.* 1869. Lingva hispanica concinnata ephemeris de Concilio.

264. **Manuel Fr. Velez** *Observaciones sobre el Concilio ecumenico Vaticano.* Guatemala. 1869. Refellit ephemeridum liberalium asserta.

265. **Leon Carbonero y Sol** *Cronica del Concilio ecumenico del Vaticano.* Madrid. 1869.

266. *Glorias de Vaticano: Corona poetica que dedica a N. SS. Padre el Pontifice-Rey Pio IX la Academia de Literatura del Colegio de Santa-fe.* 1869. In Republica Argentina.

267. **C. A. Porta** *el Concilio del Vaticano. Dialogo entre D. Timoteo y Andres.* Palencia. 1869.

268. *Carta pastoral de S. E. el* **Obispo de Salamanca** *y administrator apostolico de Ciudad Rodrigo.* 1869.

269. *Pastoral do Exc.* **Bispo do Rio Grande do Sul.** 1869. In Brasilia.

270. *Circular do excell.* **Bispo de Pernambuco.** 1869. Aeque in Brasilia.

271. *L' Echo de Roma.* 1869. Lingva portugallica Ulyssipone in lucem emissa ephemeris sequens obtinuit Breve Apostolicum: „Dil. filiis Scriptoribus ephemeridis etc. Quod desiderandum erat, et passim expetebatur a multis in hoc regno, ut periodicum aliquod scriptum ederetur, quod de religiosis rebus ageret iuxta veram sanamque Catholicae Ecclesiae doctrinam, et praesertim de iis, quae Concilium Oec. proxime cogendum respiciunt: id a vobis susceptum esse libentissime

vidimus. Solertia vero et doctrina, qua iniistis hoc opus, simulque luculentissima testimonia studii et obsequii a religioso Lusitano populo nuper edita pro Iubilaeo nostro Sacerdotali cum indubia praebeant indicia favoris, quo ephemeris vestra sit excipienda, non levem profecto utilitatem inde expectandam esse praenunciant. Quae sane auspicia cum sint nobis iucundissima, propitium laboribus vestris Deum adprecamur, vobisque vires ominamur et gratiam, quibus sustentati egregium propositum vestrum assequi possitis. Superni autem auxilii auspicem etc. Datum Romae die 16 Iunii 1869.

tamquam *haereticas*, sed etiam quum eas *censura* quadam *minore* perstringit; quum eas v. g. proscribit, utpote *erroneas*, *haeresi proximas*, *falsas*, *scandalosas*, *temerarias* etc. 2. Ecclesiae infallibilitas non ad ea restringitur, quae actualiter aut virtualiter in Deposito continentur, sed latius patet. *Ad omnes* scilicet *veritates extenditur*, quas ita *cum Deposito connecti* Ecclesia iudicare possit, ut, nisi catholici eas firmiter teneant, Depositum ipsum vel non possit vel minus bene possit in tota sua plenitudine servari et custodiri. 3. *Veritates* multae, quae primario et in materia proxima non theologicae sunt sed *philosophicae*, *politicae*, *historicae*, *physicae*, ita tamen *cum revelatis connectuntur*, ut earum declaratio ad Depositum rite custodiendum utilissima sit et aliquando etiam necessaria, *Veritates has Ecclesia infallibiliter* declarare potest. 4. Quum Ecclesia declarat veritates aliquas ita cum Deposito connecti, eo ipso illas *in materia fidei et morum contineri* pronunciat. 5. Ecclesia non raro infallibiliter docet, non modo quum definitam aliquam propositionem vel confirmat vel reprobat, sed etiam quum (prolixe etiam quandoque et rhetorice) *expositionem promulgat doctrinae catholicae*. 6. *Non omnes Pontificis expositiones doctrinales ex cathedra prodeunt*. Interdum loquitur, non ut Ecclesiam doceat, sed ut privatum aliquem vel particularem aliquam Ecclesiam doctrinaliter admoneat. Expositiones autem huiusmodi, quamvis quam maxima gaudeant auctoritate, non pro omnino infallibilibus habendae sunt. 7. *In expositionibus doctrinae, quae ex cathedra prodeunt, non omnia sunt infallibilia, sed ea tantum, quae sunt pars integralis ipsius definitionis.* 8. *Gregorius XVI* Encyclicam *Mirari vos* ex cathedra procul omni dubio promulgavit. 9. In pluribus Encyclicis epistolis et Allocutionibus in Consistorio habitis, aliisque Apost. Literis *Pius IX* locutus est *ex cathedra* *). 10. Deus Pontificem

*) Ad hanc thesim sequentia adnotat auctor: „Sponte confiteor, me, dum thesim hanc in scriptis meis quibusdam exponerem, illam ulterius quam par sit extendisse. Existimavi enim, omnia illa Pii IX acta edita fuisse ex cathedra, in quibus notantur propositiones postea in Syllabo reprobatae. Hanc autem sententiam nunc revoco. Graves enim theologi me mo-

minime obligavit ad *formam* aliquam determinatam loquendi ex cathedra. *Tantummodo requiritur, quod vel in ipso illo actu Pontificio, vel alio quocunque modo intentionem Ecclesiae totius edocendae Papa satis manifestet.* 11. Locutio quaedam potest esse ex cathedra, etiamsi obligatio assensum praestandi non diserte exprimatur, sive per vocem *anathema*, seu alio quocunque modo. 12. Locutio quaedam potest esse ex cathedra, quae quoad ipsam eius formam ad Ecclesiam universam non dirigatur; quae v. g. ad Eppum aliquem vel etiam laicum inscribatur. 13. Si in epistola aliqua Pontificia declaretur, aliquam propositionem esse *haereticam*, *erroneam*, *temerariam* etc., vel esse *revelatam, certam*, *catholicam* etc. epistola ea *ex cathedra* prodiisse plerumque censenda est. 14. *Omnes errores, qui in Syllabo recensentur, 8 Dec. 1864 promulgato, a Pio IX ex cathedra reprobati sunt* **). 15. Omnibus definitionibus pontificiis ex cathedra editis, quibus Eppatus consensus accesserit, debetur, obiective saltem, *sub mortali* assensus interior firmus et absolutus, tamquam infallibiliter veris. 16. Quum *omnes Pontifices*, qui quacunque occasione de materia eadem agunt, *uno ore ac sensu conveniunt* et collimant ad aliquid idem ad doctrinam catholicam pertinens asseveranter absoluteque pronunciandum, etiamsi id non explicite docuerint ex cathedra, *illorum* tamen *consensus habendus est tamquam indicium certum doctrinae in S.*

---

nuerunt, ex hoc solum, quod acta illa in Syllabo citentur, *generatim* probari non satis posse, ea ex cathedra prodiisse, sed singula esse seorsim perpendenda."

**) Inserit hoc loco auctor duas quaestiones: 1. „An quoties Pontifex in expositione quadam doctrinali fideles omnes, quid ab eis pro certo tenendum sit, edoceat, eo ipso ex cathedra loqui censendus sit? 2. An Congregationum Romanarum ea omnia decreta doctrinalia, quae Pontificis confirmationem expresse et verbis conceptis praeseferunt, pro Pontificis decisionibus infallibilibus habenda sint." Ad utramque quaestionem affirmative respondet: sed una adiicit, a pluribus theologis contrarium doceri, et id afferri, quod Pontifex in primo casu non semper qua universalis Doctor, sed saepe tantum qua „universalis gubernator doctrinalis" ad fideles loquatur.

Sede permanentis, quae igitur infallibiliter sit vera. 17. Decreta doctrinalia a *Congregationibus Romanis* promulgata maximae sunt auctoritatis. Illis interior quidam et firmus assensus a quovis catholico debetur, licet non omnino, si ita loqui liceat, irreformabilis. Idem a fortiori dicendum est de Pontificis declarationibus doctrinalibus, si quae sint, doctrinam aliquam tamquam a quovis catholico pro certo tenendam docentibus, quae non stricte sunt infallibiles.

1059. *Wardii* Theses inseruit actis suis redactor Ephemeridis Romanae: *Acta ex iis decerpta, quae apud S. Sedem geruntur.* Romae. 1869. vol. IV. 618 sub titulo: *Appendix XVI: de infallibilitatis extensione* etc. De auctore sequens profert Romanus redactor iudicium: „Nomen auctoris — celebre est praesertim apud eos omnes eruditos viros, qui anglicam loquuntur lingvam. Ipse enim scriptor et director est illius perquam utilis operis, quod quater singulis annis in lucem prodit sub titulo: *The Dublin Review.* In eius eruditis scriptis et in quaestionibus pertractandis — est logicus idearum nexus accuratissimus. — Scimus praeterea, dictum opusculum Auctorem SS. Patri humillime obtulisse atque epistolam ab eo recepisse, qua et apostolicam benedictionem impertire et animum alacritatemque in huiusmodi nobilibus laboribus prosequendis auctori ceterisque Recensionis Dublinensis scriptoribus addere est dignatus.“ De merito operis autem, sive de ipsa extensione infallibilitatis ab auctore proposita, sic censet Romanus editor: „Videtur incredibile, ut admittatur quidem sive Ecclesiae sive Romani Pontificis infallibilitas in veritatibus revelatis, quae stricto sensu pertineant ad fidei depositum; negetur autem eiusdem extensio ad placita philosophica, socialia etc. quae aliqua relatione cum deposito fidei consociantur. Quasivero ille Divinus Spiritus, qui per suam assistentiam efficit, ut et Ecclesia et Romanus Pontifex sit infallibilis in declarandis veritatibus stricto sensu revelatis, ipse, inquam, non adsit sive Ecclesiae sive Romano Pontifici ex cathedra loquenti in iudicio ferendo de eiusdem infallibilitatis extensione. Profecto praerogativa infallibilitatis Ecclesiae est veritas, quae stricto sensu in deposito fidei continetur: illi igitur de extensione huius praerogativae infallibiliter iudica-

bunt, qui infallibiliter iudicant de sensu veritatum stricto sensu revelatarum.“ *Breve apostolicum* ad Anglum *Ward* dimissum sic sonat: „Pius IX. Gratulamur tibi, dil. fili, quod in filiorum Dei lucem vocatus, idem lumen aliorum mentibus offundere certes, et in gremium S. Matris Ecclesiae receptus sanctitatem eius ostendere et illustrare studeas, supremique eiusdem Pastoris divinam asserere auctoritatem, vindicare praerogativas, iura omnia tueri. Nobilitatem in hoc videmus animi, qui ad veritatem maturo compulsus examine eo intensiore illius flagrat amore, quo maiore contentione illam est adeptus; et eo impensiore nisu beneficinm acceptum latius porrigere satagit, quo miseriorem propria doctus experientia censet errantium conditionem. Indefessus autem labor, quo pluribus abhinc annis dona omnia ingenii, scientiae, eruditionis, eloquentiae tibi a Domino largita confers ad religionis nostrae sanctissimae et huius *Apostol. Sedis causam propugnandam*, fidem perspicue praefert inditam menti tuae et caritatem in tuo corde diffusam, quibus urgeris ad redimendum praeteritum tempus, et certamen imprudenter alias pro errore fortasse commissum rependendum per alacrem ac strenuam veritatis defensionem. Quoniam vero merces fidelis paratur seminanti iustitiam, et qui ad eam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates: dum te tuum ita sertum texere gaudemus, te simul hortamur, ut instes proposito tuo, et impigre praeliari pergas praelia Domini, quo et plures semper ad viam veritatis adducas et splendidius tibi compares aeternae gloriae pondus. Necessarias idcirco ad hoc vires tibi ominamur, copiosaque adprecamur gratiae coelestis auxilia et fausta omnia; eorumque auspicem et paternae nostrae benevolentiae pignus apost. bened. etc. Datum Romae die 4 Iul. 1870.“

1060—1061. **Petrus Gual** O. Min. in Amer. Merid. *Oracula Pontificia, praesertim Encyclicae* „Quanta cura“ et „Syllabi errorum a SS. D. N. Pio Papa IX damnatorum“, *ante Concilium Oecumenicum, et modernam illustrationem vel civilitatem.* Paris. 1869. Auctor, AEppi Limani in Conc. Vaticano Procurator, duplicem (ut ipse in dedicatoria ad Pium IX epistola innuit) in opere praesenti concinnando sibi prae-

fixit scopum: tam *ius Romani Pontificis ad oracula infallibiliter pronuncianda sive seorsim sive simul cum Concilio oecumenico vindicandi;* quam *oraculorum Encyclicae et Syllabi veritatem ac iustitiam patefaciendi.* In prima parte supremam Romani Pontificis auctoritatem, et signanter infallibilitatem tum e sacris Literis, tum e Traditione Patrum, tum e ratione theologica uberrime probat, dilutis una argumentis, quae contra praedictam praerogativam generatim et in specie e damnatione *Galilei* et Encyclica ac Syllabo deducuntur. In altera parte percurrit errores in Syllabo damnatos, et damnationem iustam ac veram fuisse demonstrat. Universum opus est docta apologia infallibilitatis R. P. Auctor evolvit: 1. in dogmate supremae R. P. in universam Christi Ecclesiam auctoritatis includi dogmaticam eiusdem infallibilitatem: siquidem dogmata ac praecepta coelestis religionis Christianae, in quibus docendis ac tradendis finis supremi in Ecclesia Principatus et veluti tota regiminis summa est posita, non a fallaci hominum opinione repetenda, sed ab ipsa Dei sapientia falli nescia expectanda, manifesto supponant oraculum infallibile, ceu divinae sapientiae organum, in eo, quem Deus Ecclesiae suae praeposuit, institutum. 2. Doctrinam de infallibilitate Primatis Ecclesiae claris et expressis S. Scripturae oraculis subnixam adinveniri. 3. Evidens fuisse iam primis tribus Ecclesiae seculis, iudicia S. Sedis Ap. circa fidem et mores esse prorsus irreformabilia. Assertum hoc uberius comprobat auctor ex historia, quam perducit ad recentiora usque tempora, convellendo nominatim presbyteri gallicani *Pelage* (in libro contra Encycl. „Quanta cura") argumenta, qui non erubuit affirmare, historiam Ecclesiae refertam esse resistentiis ac professionibus fidei a Papa independentibus, indè a tempore Cypriani usque annum 1682 et 1791. Reflectit gallicanum presbyterum auctor, ut perpendat, longe aliter sensisse docuisseque de dogmatica R. P. infallibilitate celeberrimos primorum seculorum Eppos et universim Clerum Galliae, quam sive gallicanos a. 1682 Caesarismi assertores, sive liberalismi a. 1791 propugnatores. — Adnectit Auctor operi suo: *Appendicem ad I partem operis, in qua impugnatur breviter opus* D. Maret *Eppi Surae* „Du Concile general et de la paix reli-

gieuse? Ostendit: „adeo infideliter adduci ab Eppo memorato facta historica, citari auctoritates traditionis, explicari verba evangelica, ut mirari subeat, praeclarum virum de re catholica bene meritum violatas regulas tam inexpiabili religione sanxisse.“ Notare liceat sequentia auctoris verba relate ad opus Mareti: „Absit, ut illustris Ecclesia Gallicana unquam hoc monstruosum systema docuerit vel secuta sit, ut vult cl. *Maret.* Imo illa gloriari potest, se fuisse primam, quae infallibilitatem pontificiam in suo magisterio dogmatico publice et scriptis docuit. Primus omnium ss. Patrum et Doctorum, qui expressius hanc veritatem docuit, fuit *S. Irenaeus* Sec. 2, Eppus Lugdunensis. — Hoc dogma docuit *S. Hilarius* Sec. IV Eppus Pictaviensis. — Hoc dogma proclamarunt sec. V omnes Eppi Galliarum in *Synodo Arelatensi.* — Hoc dogma Sec. XI intimavit quibusdam inquietis fidelibus *S. Ivo Carnotensis.* — Hoc docuerunt dogma *S. Bernardus*, *Sorbona* per plura secula doctoribus *SS. Thoma* et *Bonaventura*, plura Galliae Concilia, Clerus Gallicanus in plurimis Comitiis ante et post *declarationem 1682*, et totius Galliae Eppatus ad postulandam a S. Sede dogmaticam definitionem Immac. Conceptionis BMV. Unde merito *fugax aberratio* paucorum doctorum aulicorum *Gallicanismus* appellari potest. Utinam aliquando saperent et intelligerent illorum haeredes residui, magnam gloriam et singularem honorem obventurum illustri Galliae Ecclesiae, si hoc dogma a se primitus proclamatum ab oec. Vaticano Concilio solemnius et expressius definiretur! Ex hoc sublata schismatis occasione vera pax universali Ecclesiae proveniret.“

1062—1063. **Henry Edward Manning** Archbishop of Westminster, *the oecumenical Council and the infallibility of the Roman Pontif.* London. 1869. Egregia litera pastoralis AEppi Westmonasteriensis, quae instar dissertationis tum de Concilio tum de infallibilitate R. P. magno studio et admodum dextro calamo elaboratae considerari potest, et in *Postscripto* seu Appendice, in qua liber *Mareti* perstringitur, ad rem apposite concluditur illo D. Leonis M. effato: *Soliditas illa, quam de Petra Christo etiam ipse* (Petrus) *petra factus accepit, in suos quoque se transfudit haeredes;* item

illo Psaltis Regii dicto: *Thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum, et testis in coelo fidelis.* De litera pastorali AEppi *Manning* sequens ex a. 1869 notanda est literatura:

1064. **L' Univers.** Paris. 1869. nr. 910. vulgat appendicem seu *Postscriptum* APraesulis de libro *Mareti.*

1065. *Le Concile Oecumenique et l' infaillibilite du Pontife Romain. Lettre pastorale au clerge par H. Edward Archeveque de Westminster.* Ibid. nr. 936. 941. 943. 951. Versio gallica epistolae pastoralis Westmonasteriensis.

1066. *Reponse de M. l' Eveque* „Dupanloup" *a M.* Manning *Archeveque de Westminster.* Ibid. nr. 961. Tam litera AEppi *Manning* ad Eppum Aurelianensem, quam huius ad illam responsum exhibetur.

1067. *L' Infallibilita Pontificia secondo l' Arcivescovo di Westminster e il Vescovo d' Orleans:* **Unita Cattolica.** Torino. 1869. p. 1250.

1068. *L' Arcivescovo di Westminster e l' Infallibilita del Romano Pontefice.* Ibid. pag. 1274. Recapitulat censor argumenta, quae per adversarios contra opportunitatem definitionis proferuntur, et simul responsa ad huiusmodi obiectiones per AEppum Westmonasteriensem reddita.

1069. *M. „Manning" e l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 1299.

1070. *Gallicanismo e Anglicanismo.* Ibid. p. 1333. Recenset breviter argumentum epistolaris commercii inter Eppum Aurelianensem et AEppum Westmonasteriensem.

1071—1074. **E. E. Manning** *sull' opportunita della definizione dommatica dell' Infallibilita del Romano Pontefice.* Napoli. 1869. Item: *Tradizione della Chiesa intorno all' Infallibilita del Romano Pontefice.* Napoli. 1869. Porro: *Intorno all' opera di M.* „Maret" *del Concilio Generale e della Pace Religiosa brevi Parole.* Napoli. 1869. Demum: *Due effetti indubitabili del Concilio.* Napoli. 1869. Quatuor haec opuscula sunt totidem extractus e pretiosa litera pastorali APraesulis Westmonasteriensis in lingvam italicam translati: testes profundae eruditionis, quam illustris Praelatus in laudata litera manifestavit, argumentum infallibilitatis omni

ex parte pertractando, et Gallicanismi sophismata penitus conterendo.

1075. **Ward** *the orthodoxy of Pope Honorius:* **Dublin Review.** 1869. Ianvier. pag. 173. Apologeticus liber pro *Honorio* Papa adversus opus *Renoufii* Angli, cuius in literatura Primatus de a. 1868 meminimus. Reposuit tum ad hanc criticam recensionem, tum ad refutationem Iesuitae *Bottalla* (suo loco aeque a nobis memoratam) *Renoufius* sequente opusculo:

1076—1077. **Renouf** *the case of Pope Honorius reconsidered vith reference to recent apologies.* London. 1869. Brevis recensio opusculi continetur in: *Theolog. Liter. Blatt.* Bonn. 1870. p. 59.

IV. *Ex* Germania.

a) *Literatura heterodoxa et liberalis de infall. R. P.*

In Germania anno 1869 maximam excitarunt attentionem articuli Augustanarum universalium Ephemeridum **Allg. Zeitung** sub titulo: *de Concilio et* (ephemeride Romana) *Civilta*, auctore, (ut communis fert opinio) **Ioanne Döllinger** Praeposito Cap. Collegiati aulici Monacensis et Professore Theologiae, concinnati: quos paulo post alii sequebantur articuli in iisdem ephemeridibus protestanticis vulgati. Hae quippe ephemerides instar organi serviebant omnibus illis sive heterodoxis sive liberalibus catholicis, qui, infenso erga indictum Oecumenicum Concilium animo, non cessabant exarare epistolas, disquisitiones, articulos adversus Concilium, et cumprimis contra infallibile Pontificis Romani magisterium. Initium proinde literaturae Germanicae facimus a literatura *heterodoxa* et *liberali*, ante omnia vero a memoratis articulis Augustanae ephemeridis.

1078—1086. *Das Concilium und die Civilta:* **Allgemeine Zeitung.** Augsburg. 1869. p. 1045. 1062. 1077. 1094.

1115. 1125. Huc pertinet tamquam appendix: *Noch ein Wort über das Concilium.* pag. 1442. Insuper sequentes articuli: p. 2149: *Aussichten vom Concil;* — p. 2493: *Zum künftigen Concil;* — p. 3337: *Die Bulle:* Unam Sanctam; — p. 4529: *Der Katholicismus in Frankreich am Vorabend des öcum. Concils;* — p. 4973; *Die Bischöfe und das Concil;* — tandem p. 5417: *Die Anfänge des Concils*, et tardius: *Römische Briefe.* Omnes hi articuli, qui *Döllingero* tribuuntur auctori, adversus *praerogativam Primatus in docendo supremam ac infallibilem* diriguntur, et *Societatem Iesu*, cuius membra ephemeridem Romanam *Civilta Cattolica* redigunt, in maximam invidiam ac odium trahere connituntur, praetexendo, quod Societatis istius influxui adscribenda sit intentio, solemniter definiendi infallibilitatem R. P. In suis discussionibus auctor persvasum it: definitionem huius praerogativae, pro Eppis aeque ac Statu Civili periculi plenam futuram; Gallicanismum extollit; et omnibus fere epistolis de Concilio (Römische Briefe) quarum initium sub titulo indicato (Die Anfänge des Concils) continetur, ipsum meritum infallibilitatis pontificiae impugnat. In primis tamen articulis, adversus ephemeridem romanam *Civilta* directis, praecipue intendit omnes suos nervos, ut supremam in docendo eamque errare nesciam R. Pontificis auctoritatem, quam romana ephemeris in gallica sua correspondentia (ut suo loco iam monuimus) attigit, convellat.

1087. Post quinque a vulgatis (mense Martio) primis articulis menses, idem auctor anonymus (Döllinger) eosdem articulos novae subiecit disquisitioni, eamque sub sequente titulo vulgari fecit: *Der Papst und das Concil von* **Janus.** *Eine weiter ausgeführte und mit dem Quellennachweis versehene Neubearbeitung der in der Augsburger Allg. Zeitung erschienenen Artikel: Das Concil und die Civilta.* Leipzig. 1869. In Praefatione declaratur: plures esse libri auctores; communis tamen opinio est, praecipuum, si non unicum auctorem esse antedictum *Döllinger*, licet tamquam cooperatores etiam bini Professores *Silbernagel*, et *Huber* censeantur. Opus ad speciem magno historicae eruditionis apparatu elucubratum, demtis aliquot foliis, quibus Syllabum et Assumtionem BMV.

impie perstringit, totum contra infallibilitatem R. P. dirigitur, corrasis innumeris documentis, quae iuxta sensum auctoris contra infallibilitatem sonant, e contra omissis iis, quae eandem tuentur; scatet insuper opus veneno et aculeis, qualia in libris apostatarum occurrere consveverunt. Tam opus hoc quam primi articuli ephemeridis Augustanae, utprimum lucem adspexerant, mox a doctis viris promeritae crisi subiecta, fallaciae assertorum ac conclusionum detectae, argumentorum infirmitas et inanitas commonstrata extiterunt non solum in Germania sed etiam in aliis regionibus, prout e decursu literaturae nostrae apparebit.

1088. Tertium adhuc opus adscribitur *Döllingero* auctori: *Erwägungen für die Bischöfe des Conciliums über die Frage der päpstlichen Unfehlbarkeit. October. 1869.* München. 1869. Opusculum 26 paragraphis constans magnam habet affinitatem cum *Jano* mox memorato, adeo, ut eruditi existiment, libellum hunc esse extractum *Jani.* Reipsa quot capitula in libro, tot aggressiones infallibilitatis, eousque protensae, ut vel certissima et classica antiquitatis documenta in sensum perversum torqueantur.

1089. Eodem fere tempore, quo praevium opusculum luce publica donatum est, typis vulgatus, et ad nostram quoque infirmitatem ex posta *Stuttgartensi* inviatus fuit exiguae molis libellus sub titulo: *Einige Bemerkungen über die Frage: Ist es zeitgemäss, die Unfehlbarkeit des Papstes zu definiren? Den hochw. Erzbischöfen und Bischöfen ehrfurchtsvoll gewidmet.* 1869. In 18 sectionibus *inopportunitatem* definitionis super infallibilitate R. P. demonstrare contendit anonymus auctor, fere iisdem argumentis utens, quae iam in literatura gallica de *Eppi Aurelianensis* opere tractantes attigimus.

Quae praemisimus opera, fundamentum quasi ac fontem constituebant pro illis, qui inerrantiam pontificiam oppugnandam susceperunt. Speciatim et ex professo tractantia opera de praerogativa inerrantiae Pontificiae e parte heterodoxorum et liberalium innotuerunt nobis haec quae sequuntur:

1090—1091. *Über die Unfehlbarkeit des Papstes:*

Neue Evangel. Kirch. Z. 1869. nr. 33. Item: **Ianus** *über Papst und Concil.* nr. 44.

1092. **Diestelkamp** *fehlbar oder unfehlbar: zweites Schreiben an Pius IX.* Gütersloh. 1869. Libelli huius meminimus in generali de Concilio literatura, ubi simul refutationes ab *Anonymo Romano* (Hagelüken) editas laudavimus, quae sub sequentibus prodiere titulis:

1093. *Wurmkraut für einen kranken evang. luth. Pastor, präparirt und verordnet mit Rücksicht auf dessen Schrift:* — „Fehlbar oder Unfehlbar", *von einem katholischen Homöopathen.* Erfurt. 1869. Item:

1094. *Unwissenheit oder Bosheit? oder die Frage über die Unfehlbarkeit des Papstes verzerrt und verspottet im* „zweiten Schreiben an Pius IX"; *jedem Nachdenkenden dargelegt von einem* „Römischen". Paderborn. 1869. Tandem:

1095. *Ernstes Schlusswort an* **Diestelkamp**: *eine gemessene Nachrede auf die masslose Vorrede der VI Aufl. des Pamphlets* „Mein lieber Pius". *Von dem* „Römischen." Paderborn. 1869.

1096. **Ianus** *über Papst und Concil:* **Zeitschrift für Protestantismus und Kirche.** N. F. 1869. t. 58.

Cum opuscula *Döllingeriana* in alias etiam lingvas transposita fuerint, (ut iam diximus) haec simul cum ceteris similis argumenti libellis praesenti literaturae inserimus.

1097. *Der Papst und das Concil von* Janus: **Allgemeine Zeitung.** Augsb. 1869. p. 3737. Encomium operis. Uberior eiusdem recensio et panegyris continetur in ephemeride Augustana p. 4265. 4275. Recensens est presbyter catholicus *Frohschammer*, ob assertiones heterodoxas suspensus ab omni munere ecclesiastico: qui in sua recensione generatim de principiis per Ianum propositis asserit: ea necessario ducere ad negandum omnem Papatum, omnemque Ecclesiae auctoritatem; et propterea maiore laude dignum futurum fuisse Ianum eiusque socios, si principiis his ab se evolutis confor-

miter e latebris suis exiissent, et suum exemplum sequuti, omni Ecclesiae Papatusque auctoritati bellum indixissent!

1098. *Il Papa ed il Concilio di* **Ianus.** Torino e Firenze. 1869. Versio italica.

1099. *Il libro dell' Ianus sopra il Papa ed il Concilio:* **Il Concilio Ecumenico,** *Periodico ebdomadario.* Torino. 1869. p. 113. Recensio italica liberalis.

1100. *Considerations proposées aux Eveques du Concile sur question de l' infaillibilite du Pape.* Ratisbonne. 1869. Versio gallica libri: *Erwägungen* etc.

1101. *Sulla questione della Infallibilita del Papa: Ricordi ai Vescovi nel prossimo Concilio. Versione dal tedesco.* Firenze. 1869. Versio italica eiusdem opusculi.

1102—1103. *Giov. Döllinger:* **Il Concilio Ecumenico.** Torino. 1869. p. 79. Brevis recensio opusculi: „Erwägungen" etc. in gallicum conversi. Italicam eiusdem libelli editionem recenset haec ephemeris p. 143.

1104—1105. *It is opportune to define the infallibility of the Pope?* **Memorandum** *adressed to the Bishops of Germany respectfully offered in translation to the Bishops of the united Kingdom and its colonies and to the Bishops of the United States.* London. 1869. Traductio anglica opusculi: „Ist es zeitgemäss etc." supra citati. Recenset anglicam hanc versionem *Univers.* Paris. 1869. nr. 936. et observat: admodum affinem esse opellam hanc epistolae pastorali Praesulis *Aurelianensis* contra opportunitatem definitionis infallib. editae.

1106. *E opportuno definire l' Infallibilita del Papa?* **Memorandum** *ai Vescovi della Germania e rispettosamente presentato nella traduzione ai Vescovi del Regno Britannico, delle sue Colonie e degli Stati Uniti. Prima versione italiana.* Firenze. 1869. Italica versio ex praecedente anglica facta.

1107. *Erwägungen für die Bischöfe des Conciliums:* **Allgemeine Zeitung.** 1869. p. 4958. Recensio libelli Döllingeriani.

1108—1112. *Theologisches Literaturblatt.* Bonn. 1869. ut iam advertimus, infallibilitati R. P. nequaquam propitium

se exhibuit in recensione librorum sive de Concilio atque infallibilitate Pontificis Maximi, sive de Honorio R. P. editorum. Huc spectat nominatim recensio anglicani operis *de Honorii lapsu et damnatione* pag. 73. porro recensiones de aliis operibus p. 451. 587. 647. 860.

1113. *Das nächste allgemeine Concil und der französische Episcopat:* **Bamberger Pastoralblatt.** 1869. p. 73. Articulus liberalis contra enunciationes romanae ephemeridis *Civilta* directus, et ex plurium Epporum Galliae pastoralibus literis concludere adnitens, eos haud eundem cum *Civilta* fovere sensum de quaestione pontificiae inerrantiae. Liceat adnotare: folium pastorale Bambergense ante definitionem inerrantiae pontificiae non favisse huic praerogativae, ipso AEppo ad sic dictam Minoritatem pertinente: post definitionem autem inter praecipuos vindices Pontificalis praerogativae numerari.

1114. *Die Pseudotheologen der Allgemeinen Zeitung und das ökumenische Concil.* Ibid. p. 89. 97. Eiusdem cum priore argumenti: at simul perstringit theologos ephemeridis Augustanae, quod ultra limites iustos evagentur.

1115. *Zum gegenwärtigen Concil.* Ibid. p. 225. Extractus ephemeridis Gallicae *Le Correspondant*, (cuius praecipuus factor Comes *Montalembert* extitit,) de Concilio Vaticano, contra infallibilitatem R. P. ut in gallica literatura notavimus.

1116—1118. *Am Vorabend des Concils. Betrachtungen für denkende Katholiken.* Münster. 1869. Auctor non dubitat asserere, definitionem infallibilitatis R. P. fore absurdam, sequelas eius periculosas etc. Censor quidam huius libelli sic se satyrice de eodem expresserat: „Nach dem Urtheile der Verlagshandlung war in der Concils-Literatur bisher noch eine Lücke vorhanden, welche erst jetzt ausgefüllt erscheint. Nach meinem Wissen enthält das Schriftchen keinen einzigen neuen Gedanken, wenn es nicht dieser ist: *Es lässt sich Manches für die Ansicht anführen, dass der Weg, alle einzelnen Glieder der Kirche unfehlbar zu machen, dem anderen Wege, bloss dem Oberhaupte Unfehlbarkeit zu verleihen, vorzuziehen wäre.*“ (Verba anonymi opusculi.) Idem opuscu-

lum merito castigavit etiam *Civilta Cattolica.* VII. 10. p. 208: *Considerazioni di un cattolico liberale anonimo.*

1119. **I. Frohschammer** *zur Würdigung der Unfehlbarkeit des Papstes und der Kirche. Zugleich zur Beurtheilung der Schrift:* Der Papst und das Concil von *Janus.* München. 1869. Editio separata recensionis in ephemeride *Allgemeine Zeitung* vulgatae, et superius memoratae.

1120—1121. **H. St. A. v. Lianno** *Dogma und Schulmeinung. Denkschrift in Sachen der sogenannten Erhebung von Lehransichten zu neuen Glaubenswahrheiten.* München. 1869. Dedicatio ad Eppos Germaniae sic sonat: „Dem deutschen Episcopat, der gleich dem französischen und spanischen zu Trient, so im XIX Jahrhundert berufen ist, den Kern zu bilden, zur Bewahrung der Kirche vor äusserstem Unheil." Auctor, cuius aliud de Concilio opus iam suo loco recensuimus, summam prodit rei catholicae ignorantiam, et magna cum arrogantia dictare praesumit Eppis regulas, secundum quas dogma ab opinione scholae discerni possit ac debeat. Censor *Lacensis* (Maria-Laach) hoc fert de libro iudicium: „Ein abschreckendes Beispiel der Wirkungen, welche sich allezeit ergeben, wenn *Unberufene* sich auf Erörterung dogmatischer Fragen einlassen; sie werden vom Dämon des Hochmuths verführt sich selber und Andern, die ihnen folgen, zum Fallstrick. Der Verfasser declamirt von Anfang bis zu Ende in Sätzen, von denen fast kein einziger frei von Unrichtigkeiten ist, über eine Frage, die nicht zu den leichtern in der Theologie gehört."

1122. **P. Ambrosius** Ord. Carmel. Herbipolensis, concinnavit latinam disquisitionem adversus infallibilitatem R. P. Verum opusculum per Generalem Carmelitarum mox suppressum fuit. Ita refert *Friedrich* in opere: *Tagebuch während des Vat. Concils geführt.* Nördlingen. 1871. p. 25.

1123. *Bemerkungen über die Unfehlbarkeit des Papstes:* **Sion.** Augsburg. 1869. p. 1041. Praesens articulus stricte quidem non videtur negare inerrantiam R. P. sed proponit obiectiones tum ex eo, quod in Concilio Ierosolymitano non solus Petrus, sed omnes deciderint, formulamque adhibuerint: „Visum est Spiritui S. et nobis"; tum, quod olim

exortis in fide erroribus ad Concilia negotium relatum sit; tum quod terminus „ex cathedra“ clare non determinetur etc. Ipsae porro ephemerides, quae hunc articulum vulgant, infallibilitatem tuentur.

1124. *Der Papst, der Absolutismus, und das Concil.* München. 1869. Liber *Iani* et *Wessenbergii* de Conciliis Sec. XV et XVI amplam suppeditant auctori anonymo declamandi materiam. Praedictos Scriptores presso pede sequitur auctor.

1125. **Maret** Bischof v. Sura, *das allgemeine Concilium und der religiöse Frieden. Aus dem Französischen.* Regensburg. 1869. Versio germanica famosi operis.

1126. **Dupanloup** Bischof v. Orleans, *Sendschreiben an den Klerus seiner Diöcese über die Frage der päpstlichen Unfehlbarkeit.* München. 1869. Versio germanica.

1127. *Die Unfehlbarkeit des Papstes im Widerspruche mit der 1800jährigen Erfahrung der Kirche, der Vernunft und dem sittlichen Gefühle des Menschen. Von einem kath. Geistlichen.* Speyer. 1869. Titulus multum portendens, sed libellus nullius pretii literarii.

---

b) *Literatura pro infall. R. P.*

1128. *In Sachen des allgemeinen Concils:* **Der Katholik.** Mainz. 1869. XXI. 508. Quamvis articulos ephemeridis romanae *Civilta* de definitione infallibilis auctoritatis R. P. per *acclamationem* in Concilio instituenda quoad propositam hanc definitionis formam non adprobet: ipsam tamen doctrinam de inerrantia Papali firmiter tenet, unice desiderando, ut quaestio haec, prout aliae in Synodo occursurae deliberationi Patrum substernantur. Articulos autem in Augustanis pagellis *Allgemeine Zeitung* vulgatos acriter perstringit: „Was hier vorgetragen wird, (sunt verba articuli) ist eine gräuliche Entstellung und Missdeutung der Lehre von der päpstlichen Unfehlbarkeit, — welche fast von allen Theologen und Canonisten gelehrt wird.“

1129. *Die Französische Correspondenz der* Civilta Cattolica: **Katholische Volkszeitung.** Köln. 1869. 14 Febr. Prima ephemeris germanica, quae articulos *Civiltae* de infallib. R. P. vulgavit.

1130. *Die Unfehlbarkeit des Papstes:* **Osnabrücker Kirchenbote.** 1869. nr. 36.

1131. *Unfehlbarkeit des Papstes:* **Schlesisches Kirchenblatt.** Breslau. 1869. nr. 30.

1132. *Charakteristik des* Janus: **Beilage zur Augsburger Postzeitung.** 1869. nr. 48. 49.

1133. *Die Antikirchlichen im Kampfe gegen einander:* **Münsterisches Pastoralblatt.** 1869. nr. 12. Crisis articuli *Frohschammeri* in ephemeride *Allgem. Zeitung* pro libro *Iani* editi.

1134. **Fussenecker** *die französische Correspondenz der* Civilta Cattolica *und ihre Folgen:* **Sion**, *relig. Zeitschrift.* Augsb. 1869. p. 494. Egregie enarrat historiam articulorum ephemeridis romanae *Civilta* de infallibilitate Papae, et severe carpit enunciationes ephemeridis pastoralis *Bambergensis* superius memoratae.

1135. *Ein Geistesprocess in Sachen der Infallibilität des Papstes.* Ibid. p. 945. Auctor disquisitionis, quamvis non cupiat dogmaticam in Concilio definitionem, agnoscit tamen, infall. R. P. gravissimis succolari rationibus, et illis, qui contrarium propugnant, has duas ponit obiectiones: „Die *Fehlbarkeit der Päpste* vorausgesetzt, müsste ich dieselben nicht der *grössten Christentyrannei* beschuldigen, wenn sie — für ihre Entscheidungen *vollen Glauben* verlangen, die Gesammtkirche zu *wahrem und innerem Gehorsam* verpflichten, und jede *Appellation an ein allgemeines Concil* mit aller Entschiedenheit *zurückweisen?* Und wieder — müsste ich nicht die *Bischöfe* des Erdkreises der grössten *Feigheit* beschuldigen, wenn sie den unverantwortlichen Prätensionen der Päpste gegenüber nicht mit aller Energie für ihre Rechte resp. die eines allgemeinen Conciliums in die Schranken traten? Das aber geschah nie „in pleno" und für die Länge."

1136. *Irrthümer und Widersprüche der Päpste.* Ibid. p. 1137. Hunc titulum praefixit famosus *Ianus* ei operis ca-

piti, quod de praetensis erroribus Rom. Pontificum agit: hocce caput praefatus articulus penitus evertit, ostendendo tum id, quod errores a Iano memorati fidem ac mores haud concernant, tum id, quod nulli certi in fide errores tamquam per Romanos Pontifices commissi hactenus evicti fuerint. Nisus similes Iani his characterisat verbis auctor: „Die Taktik des *Ianus* ist in diesen Fällen offen gelegt. Aus dem Zusammenhang gerissene Stellen, nach dem vorgesteckten Zwecke präparirt, — eine gewisse Kunst der Darstellung, welche die Thatsachen stets in einer eigenthümlichen dem Parteiinteresse dienenden Beleuchtung erscheinen lässt, als sicher behaupten, was höchst ungewiss, als ausgemachtes Faktum geben, was controvers, wo der einfache Wortlaut für sich nicht ausreicht, ihn rutriren und die eigene Vorstellung, oder vielmehr die Vorstellung, die man in den Lesern erzeugen will, durch geschickte Manipulation in den Text hineinlegen, um sie dann herauslesen zu können: *das sind die Mittel dieses unehrlichen Feldzugs gegen das Papstthum.*“

1137--1138. **P. Schegg** Prof. zu Würzburg, *die Verheissung Petri.* Ibid. p. 1233. Explicat textus S. Scripturae de Primatu, et existimat: ex iis logice quidem haud sequi infallibilitatem R. P. sed neque esse inde exclusam, et suppetere in altero fonte revelationis argumenta. De Sede tamen Apostolica pronunciat: eam in fide numquam erraturam, etiamsi fors sedentes in ea ex humana infirmitate laberentur; distingvit proinde auctor inter Sedem Apostolicam et personam R. P. — Disquisitio *Scheggii* inserta est etiam periodico operi: *Chilianeum.* Zürich und Würzburg. 1869. II. 337.

1139. *Wer ist* Janus?: **Sendbote** *für Pius-Vereine und Freunde der Kirche überhaupt.* Augsburg. 1869. p. 165. Acriter perstringit huius libri auctorem: „Nach der eigenen Aussage des Buches ist er (Janus) ein *mehrköpfiges* Wesen. — Aufgeputzt mit 475 Citaten aus allerlei Büchern und Archiven, wie man sie grösstentheils in den Schriften der Protestanten, Jansenisten, Gallicaner, Febronianer und anderer Kirchenfeinde zusammengestoppelt findet, prunkt dieses mehr-

köpfige Wesen mit einer erstaunlichen Gelehrsamkeit. — Wer ist *Janus?* Der *böse Geist des Hasses wider den Stuhl Petri*, den Mittelpunct, den Fels der Kirche Gottes, welchen die Pforten der Hölle niemals überwältigen können, aber um so wüthender zu bestürmen, um so schamloser zu verlästern trachten. — Wenn bei den Heiden *Janus* ein *Gott der Thore* war, so wird der *neue Janus* lediglich als einen *Götzen der Thoren* sich erweisen und zu Schanden werden."

1140. *Die* Janus — *Schreiber noch einmal.* Ibid. p. 173. Breviter recenset iudicium *Frohschammeri* de libro *Iani*, quod paulo ante indicavimus.

1141. *Augsburger Postzeitung.* 1869. nr. 235. Beil. 48. continet uberiorem crisim super libro *Iani.*

1142. **Merkle** *Woher die Furcht liberaler Katholiken vor der Infallibilität des* ex cathedra *entscheidenden Papstes?:* **Pastoralblatt** *für die Diöcese* **Augsburg.** 1869. p. 233—281. Evolvit, metum liberalium unice ex superbia procedere, qua inflati moderni scioli omnem auctoritatem Ecclesiae in rebus fidei respuunt. Egregiam disquisitionem claudit auctor his verbis: „Nach kath. Principien ist der Papst der *Statthalter Christi* auf Erden, das allgemeine Haupt und der allgemeine *Lehrer der allgemeinen Kirche*, der geistliche Vater und der *Lehrer aller Gläubigen*, das vom Gottmenschen gesetzte *Fundament der Kirche*, der *Befestiger im christlichen Glauben*, der *Fels*, den die Pforten der Hölle nicht bewältigen, der *Lehrmeister der ganzen Welt*, die *Säule des Glaubens*, der *Wächter des Glaubens* etc. Das ist die Sprache der heiligen Väter aus dem Orient und Occident. Wie stimmt hiezu die Sprache unserer modernen Aufklärer und liberalen Wissenschaftsprediger? Wenn sie es nicht thunlich finden, ihren geistlichen Vater gar zu deutlich unmittelbar anzugreifen, so thun sie das mehr indirecte, indem sie von dem Oberhaupte der Kirche — mit einer Unzartheit und Keckheit, die ihres Gleichen sucht, sagen, dass er sich zum Spielballe und zur Puppe, und zum willenslosen Werkzeuge und zum Sklaven einer Partei machen lasse, die es nicht gut

mit der Kirche meine. — Das müssen wir aussprechen: — die angezeigte Sprache — ist wie keine kindliche so auch keine kirchliche, keine katholische Sprache, sie ist ein Aergerniss, sie ist ein himmelschreiendes Aergerniss."

1143. *Die Behandlung von Läugnern der päpstlichen Infallibilität* in foro interno. Ibid. p. 257. In responso ad positam de absolvendis vel non absolvendis huiusmodi poenitentibus quaestionem distingvit inter eos, qui gallicanismo quidem adhaerent, sed parati sunt doctrinam infallibilitatis mox ac definita fuerit amplecti, et eos, qui perfracte et quasi contumaciter asserunt, Ecclesiam Romanam errare posse, aut contendunt, doctrinam de infallibilitate R. P. esse futilem. Priores absolvi posse, posteriores excommunicationem incurrere in sensu damnatae per *Alexandrum VIII* a. 1690 propositionis, prout et alterius a *Sixto IV* in *Petro Oxomensi* confixae.

1144. **Merkle** *was versteht man unter einer Lehrentscheidung* „ex cathedra" ? Ibid. p. 297. 321—353. Dissertatio opponitur asserto Professorum Monacensium (*Döllingeri* et aliorum), quasi nullum extaret universaliter agnitum criterium diiudicandi, num haec vel illa R. P. definitio „ex cathedra" sit prolata. Assertum hoc auctor historice erroneum esse tum negative tum positive demonstrat, recensendo positiva criteria, e quibus certo cognosci valeat, num Summus Pontifex ex cathedra locutus sit necne.

1145. **Merkle** *ein weiterer Beitrag zur Klärung der Dinge, die gegenwärtig vor sich gehen.* Ibid. pag. 310. Recensio *Iani.*

1146. **Merkle** „Frohschammer" *für und gegen* „Ianus". Ibid. p. 361. Inprimis eam *Frohschammeri* super Iano censuram evolvit, quod Ianus et socii negando infallibilitatem R. Pontificis consequenter negare debuissent etiam infallibilitatem Ecclesiae. De opere Frohschammeri iam supra sermo fuit, et simul notatum, auctorem hunc omni auctoritati Ecclesiae bellum indicere.

1147. *Erwägungen für die Bischöfe des Concils über die Frage der päpstlichen Unfehlbarkeit.* Ibid. p. 367. Brevis recensio famosi opusculi Döllingerii: e qua duntaxat se-

quentia notamus verba: „Jenes Glaubensbekenntniss, das die Väter des VIII ökum. Concils unterschrieben, und das unübersteigliches Bollwerk für die höchste und volle Lehrgewalt des Papstes über die gesammte Kirche ist, wird dadurch nicht beseitigt, dass es der Verfasser ignorirt, — obwohl die Apologeten der Unfehlbarkeit ein so grosses Gewicht darauf legen, und *Fenelon* durch dasselbe die Gallicaner sehr in die Enge trieb. Ebenso bieten das dritte, sechste, siebente ökum. Concil sehr starke Stützpuncte für die Unfehlbarkeitslehre."

1148. *Der Papst nach dem Bilde, welches Christus selbst von ihm entworfen hat.* Ibid. p. 369. Commentarius in Luc. V. 1—10. de captura piscium, et doctrina Christi in navi Petri sedentis: „Im 10 Verse (ex hoc iam homines eris capiens) gibt der Herr dem Petrus selbst den Wink, den ganzen Vorfall nicht im nächsten, sondern in einem höhern Sinne aufzufassen. *Somit hat Christus selbst seinen Lehrstuhl bleibend im Schiffe Petri aufgerichtet.* Nicht nur diesesmal ertönt Christi unfehlbares Wort aus Petri Schiff, sondern immer wird es von dort her zu vernehmen sein."

1149. *Quousque tandem?* Ibid. p. 377. Recensio libelli: „Erwägungen für die Bischöfe etc." quae iam p. 367, ut supra, breviter instituta fuit. In hac posteriori recensione argumentis pluribus ostenditur, auctorem libri esse *Döllingerum*, et librum ipsum esse verum extractum *Iani*. Censor repetit iudicium in ephemeride Moguntina *Mainzer Journal* super libro Döllingeri enunciatum: „Das Concil wird dem Skandal ein Ende machen, dass kath. Theologen eine uralte und nahezu ganz allgemeine Lehre als aus Betrug, Fälschung und schlechten Absichten hervorgegangen, brandmarken und um die theologischen Beweise ihrer hervorragendsten und zahllosen Vertreter sich gar nicht kümmernd die entgegengesetzten Beweisversuche der Jansenisten, Febronianer, und theilweise der Protestanten reproduziren, als ob nie eine Widerlegung derselben stattgefunden hätte."

1150—1151. *Das Concil im Vatikan und die Münchener Byzantiner.* Ibid. pag. 385. Castigantur denuo scripta *Döllingeri*. Articulum praesentem transsumtum invenimus ex

folio pastorali Monasteriensi: *Pastoralblatt für die Diöcese Münster.* 1869. p. 142.

1152. *Eine zeitgemässe Erinnerung.* Ibid. pag. 391. In memoriam revocat *Iano* ceterisve impugnatoribus infallibilitatis R. P. censuram *Alexandri VIII* de 7 Dec. 1690 super thesi: „futilis et toties convulsa est assertio de R. P. supra Concilium Oec. auctoritate, atque in fidei quaestionibus decernendis infallibilitate"; iuxta quam „quicunque eam docuerit, defenderit etc. ipso facto incidit in excommunicationem" (Romano P. reservatam).

1153. **Merkle** *die dem apost. Stuhle schuldige Pietät.* Ibid. p. 393. Extollit pietatem, qua *Bossuetus* non obstante suo erroneo gallicanismo erga S. Sedem ferebatur, dum de ea scribebat: et pietati huic opponit modernorum liberalium scribendi rationem de Rom. Pontifice; profert quoque plura priorum seculorum documenta de obligatione summae venerationis ac obedientiae erga S. Sedem, citando in fine discussionis haec *Benedicti XIV* verba: *Habitus fidei catholicae dignoscitur ex cordis demissione et obedientia erga Deum, Ecclesiam Catholicam, et eius visibile caput Romanum Pontificem in omnibus, quae pertinent ad credendum et operandum propter salutem aeternam.* (De beatif. l. 3. c. 3.)

1154. *Ein paar interessante Aktenstücke zur Agitation in Sachen des Concils.* Ibid. pag. 398. De controversia Eppi Aurelianensis *Dupanloup* cum redactore ephemeridis *Univers* in obiecto infallibilitatis Rom. Pont. Documenta, de quibus hic sermo, vulgata fuere in ephemeride *Le Monde:* e quibus apparet, ea, quae Eppus Aurelianensis de inopportunitate definitionis infall. R. P. in sua circulari litera proposuit, nequaquam esse cleri Aurelianensis sensa.

1155. *Infallibilität:* **Schweizerische Kirchen-Zeitung.** 1869. pag. 174. Pro infallibilitate Rom. Pont. dum ex cathedra decernit.

1156. *Infallibilität des Papstes.* Ibid. p. 283, Eiusdem cum praecedente argumenti, eo unice demto, qurd auctor ar-

ticuli non se credere affirmet, quaestionem hanc in Concilio pertractandam fore.

1157. **Scheeben** *der Papst und seine neuesten Verläumder:* **Broschürenverein.** V. 10. Frankfurt. 1869. Popularis deductio, *Ianum*, et auctores duplicis opusculi: *Erwägungen*, et *Reform* castigans, ostendendo non modo pericula, ex dictis operibus fidei impendentia, verum et fallaces, erroneasque assertiones, quibus ipsa scatent.

1158. *Die Münchener Conciliums-Artikel der* Allgemeinen Zeitung: **Histor. polit. Blätter** *für das katholische Deutschland.* München. 1869. t. 64. p. 317. De articulis his sententiam suam ita pronunciat recensens: „Man muss sich eigens kaltes Blut anschaffen, wenn man mit katholischem Herzen die erwähnten Artikel besprechen oder auch nur lesen will, namentlich wenn man sich dabei die Vergangenheit des muthmasslichen Verfassers (Döllinger) vergegenwärtigt. *Die ganze Arbeit durchzieht ein Ton des geifernden Hohns und des sprudelnden Ingrimms*, der den Verfasser keinen Augenblick zur Ruhe kommen lässt. Darum fehlt auch in der Darstellung des sonst augenscheinlich sehr stylgewandten Autors jede logisch fortschreitende Ordnung; die Gedanken und die historischen Citate kollern daher, wie sie ihm eben in die Feder gekommen sind, sich wiederholend und bunt durcheinander laufend. *Geschichtliche Thatsachen sind reichlich angezogen, aber jede nur zum criminalistischen Zwecke und hiezu eigens noch mit Gift bestreut.* Von der ersten bis zur letzten Zeile sind die Grenzen einer anständigen Erörterung überschritten und von einer bis zur Unmännlichkeit erhitzten Leidenschaft zu Boden getreten."

1159. *Die Gewalt des allgemeinen Concils in der Kirche:* **Das ökumen. Concil, Stimmen aus Maria-Laach.** *N. F.* Freiburg. 1869. III. Heft. p. 11. Totus articulus agit de infallibilitate R. P. sequentes statuendo et uberius explicando assertiones: 1. *Dem Concil steht die Unfehlbarkeit zu, weil die Kirche unvergänglich ist.* 2. *Das Concil ist unfehlbar, weil sein Oberhaupt unfehlbar ist.* „Im allgem. Concil (sunt verba auctoris) bethätigt sich die Unfehlbarkeit, die dem Papste als dem Nachfolger Petri eigen ist. Nachdem

nämlich der Papst es angesagt, geleitet und auf ihm den Vorsitz geführt hat, muss er es genehmigen und bestätigen; und weil hiebei nach allgemeinem Zugeständniss seine Lehrautorität gegen jeden Irrthum sicher gestellt ist, wird es auch die von ihm getragene, in ihren Beschlüssen bestätigte Versammlung sein. Was der Papst allerdings für sich thun konnte, thut er bei diesem Anlasse mit grösserer Feierlichkeit, indem er seine Brüder im Episcopate mit sich zu einem einzigen gemeinsamen Tribunal, zu einem gemeinsamen Gerichtshofe vereinigt, zu einem Richterstuhl, dem er gleichsam die belebende Seele, die Form gibt." 3. *Wozu nützt das Concil, wenn der Papst unfehlbar ist?* „Ist strenge genommen die Gewalt des Papstes mit dem Concil zusammengenommen in sich selber nicht grösser als die des Papstes ohne das Concil, so erhält dieselbe gleichwohl dadurch, dass der Papst dieselbe im Vereine mit dem mitrichtenden Episcopate ausübt, den höchsten Grad von Unwiderleglichkeit, und sein Recht wird selbst für jene unwidersprechlich, welche noch am hartnäckigsten an ihren Irrthümern festhalten." 4. *Die höchste disciplinäre Gewalt kommt dem Concil zu in der Unterordnung unter den Papst, als das Oberhaupt der Kirche.*

1160. *Die Augsburger* Allgemeine Zeitung *und das bevorstehende allg. Concil.* Ibid. IV. 70.

1161. **P. P. Rudis** *Petra Romana, oder die Lehre von der Unfehlbarkeit des Papstes, zeitgemäss beleuchtet und gewürdigt.* Regensburg. 1869. Auctor pseudonymus *(Andries* in Dioec. Limburgensi) dirigit suum opus exclusive ad Romano-Catholicos; materiale suum, ex operibus recentissimis *Schraderi, Schneemanni* etc. collectum in duas tribuit sectiones, prognosim et diagnosim. Prior sectio in sex subsectiones divisa ostendit obiectum infallibilitatis pontificiae ita, ut manifestum fiat, eandem unice ad res fidei ac morum restringi, et quidem ea addita conditione, ut definitio ex cathedra edatur a Romano Pontifice tamquam doctore Ecclesiae universae; porro competere hanc praerogativam Summo Pontifici etiam citra Concilium Oecumenicum, et ante consensum Epporum,

imo independenter a simili consensu. Pars posterior in 9 subsectionibus uberrime proponit argumenta pro sic intellecta et circumscripta infallibilitate R. P. quippe ex S. Scriptura, Traditione, historia, constitutione fundamentali Ecclesiae, ratione, scientia, libertate, sanctitate, regimine ac propagatione regni Dei in terris.

Opus antelatum simulatque luce publica donatum fuit, praeter quamplurimas in diariis et periodicis scriptis recensiones tantillam velitationem literariam in se excivit. Primus, qui opus examini subiecit, erat editor *Bonnensium* pagellarum theologicarum:

1162. **Reusch** *Theologisches Literaturblatt.* Bonn. 1869. p. 451. Huic respondit auctor pseudonymus:

1163. **Rudis** *Prolog und Epilog zur zweiten unveränderten Auflage der Petra Romana. Eine Rechtfertigung gegen das Referat des Professors Dr.* „Reusch“ *im Bonner Lit. Blatt 1869 nr. XII. Mit Berücksichtigung der Coblenzer Laienadresse und der* Civilta Cattolica. Regensburg. 1869. Surrexit et alius adversarius:

1164. **Fr. Michelis** Prof. zu Braunsberg, *die Unfehlbarkeit des Papstes im Lichte der kath. Wahrheit, und der Humbug, den die neueste Vertheidigung damit treibt.* Braunsberg. 1869. Broschuram *Michelisii*, calumniis ac conviciis refertam, refutavit Auctor pseudonymus:

1165. **Rudis** *Katholisch oder Humbug? Offene und freie Fragen an D. F.* „Michelis“ *Prof. der Philos. vorgelegt.* Regensburg. 1869. Professor Brunsbergensis, *Michelis*, nec post energicam hanc refutationem tacuit, sed novum emisit in lucem librum:

1730. *L' Infallibilita del Papa secondo S. Tommaso d' Aquino per V. P.* Napoli. 1870. Demonstrare conatur, D. Thomam soli Romano Pontifici non tribuisse inerrantiam, sed tantum Papae cum Eppis vel in Synodo congregatis, vel alio modo consentientibus.

1731. *Che cosa il Papa, ossia del Primato e della Infallibilita Pontificia.* Genova. 1870. Negata infallibilitate, ipsum Primatum sic extenuat, ut Romanum Pontificem duntaxat *primum inter pares* faciat.

Lit. Angl. Hisp. Holl. Russ. 1732—1736. In *Anglia* ephemerides prout Concilium generatim, ita et infallibilitatem R. P. impugnabant. Simulatque *Postulatum* Epporum pro infall. R. P. Concilio praesentatum fuit, strinxit contra illud in diario **Times** Anglicanus quidam minister calamum; quem paulo post alii sequebantur articuli earumdem ephemeridum. Ad ea, quae ephemeris *Times* contra Iesuitas, quasi summum influxum ac gubernium Concilii tenentes, spargebat, reposuit *Civilta* ironice per sequentes *Gazeti* versiculos:

„Pomum marito Iesuitis credulo
Porrexit Eva Iesuitis credula.
Cainus olim fratris in caput dedit
Mandibulam aselli: Iesuitae svaserant,
Si quid odiosi (seu bonum seu sit malum)
Alicubi factum est, Iesuitae fecerint,
Id ab officina prodiit Iesuitica."

(*Civilta.* 1870. VII. 10. p. 99.) Porro in diario **Standard** vulgata fuit epistola celebris Convertitae **Newman** ad Eppum Birminghamensem *Ullathorne*, infallibilitati personali R. P. neutiquam propitia*). — Mense Iunio in diario **Times** continebatur correspondentia inter AEppum Anglicanum Cantuariensem et Eppum itidem Anglicanum Glocestriensem adversus infallibilitatem et Concilium Vaticanum. In opere periodico *North British Review* vir catholicus *Lord Acton* historiam Synodi Vaticanae, et signanter quaestionis de infallibilitate R. P. scripsit, praerogativae huic infensam.

1737. *Papal Infallibility and persecution. By an english Catholic.* London. 1870. Auctor opusculi dubia proponit super quaestione infall. R. P. quoad Catholicos Angliae ex obtutu iuramenti fidelitatis civilis, in cuius formula diserte continetur: non esse dogma fidei, quod Papa sit infallibilis.

---

*) Ex opere *Cecconii* de Concilio Vaticano in lucem edito manifestum fit: Sacerdotem *Newman* a. 1868 inter illos theologos extraneos Romae designatum fuisse, qui instar Consultorum pro praeparatoriis ad S. Synodum laboribus Romam evocati extiterunt: sed ob minus faventem valetudinem excusatum et nequaquam evocatum esse.

1738. In *Hollandia* acuit calamum contra dogmaticam definitionem infall. R. P. tempore ferventis controversiae **Bennink Ianssonius** in libro hollandice edito, cuius titulus germanicus est: *Geschichte der altkatholischen Kirche in Holland; Beitrag zur Würdigung des gegenwärtigen Streites in der römisch-kath. Kirche.* Haag. 1870.

1739. *A Declaraçao da infallibilidade do Papa a luz das obras dos theologos mas eminentes da eschola ultramontana: do jesuita* Cl. Schrader, *do* P. Faber, *do* Arcebispo de Malines etc. Paris. 1870. Opus portugallicum.

1740. Liber *Iani* de Papa et Concilio in russicum idioma translatus et editus est a *W. Ladinski.* Berolini. 1870.

Lit. Germanica. 1741—1742. **Sepp** *kirchliche Reformentwürfe, beginnend mit der Revision des Bibelkanons. Ehrerbietige Vorlage an das Vatic. Concil.* München. 1870. Liber hic ideo duntaxat recensetur inter opera rubricae praesentis, quod in praefatione solemnem interponat auctor protestationem contra infallibilitatem R. P. Ceterum argumento libri omnem fere deesse soliditatem, et in auctore cognitionis debitae defectum observari censuit Prof. Bonnensis *Reusch* in critica analysi libri eiusdem: *Theol. Lit. Blatt.* Bonn. 1870. p. 241.

1743—1744. **Pichler** *die wahren Hindernisse und die Grundbedingungen einer durchgreifenden Reform der kath. Kirche zunächst in Deutschland.* Leipzig. 1870. Totus pene liber apostatae sacerdotis Bavarici contra infallibilitatem non modo Papae sed Ecclesiae, item contra dogma de una ac sola salvifica Ecclesia R. Catholica dirigitur; estque calumniis ac conviciis plenum, nec refutatione dignum. Uberiorem opusculi recensionem sic concludunt editores fasciculorum *Lacensium:* (Stimmen aus Maria-Laach. VIII.) „Möchte das weite Russland (illuc se recepit auctor, subin ob furtum exilio mulctatus) dem Verfasser zu *durchgreifenden* Aufklärungen über seine Lage verhelfen. Dem deutschen Klerus aber dürfte die *Schandsäule*, welche *Pichler* in der *Reform der kath. Kirche* „seiner" deutschen Wissenschaft aufgerichtet hat, immer-

hin von Nutzen sein; auch das vatikanische Concil könnte dadurch bestimmt werden, in *durchgreifender* Weise die *wahren Hindernisse* der Reform zu beseitigen."

1745. **Clemens Schmitz** kath. Priester, *ist der Papst persönlich unfehlbar? Aus Deutschlands und des* „P. Deharbe" *Katechismen beantwortet.* München. 1870. Demonstrare cupit, in *Catechismis* Germaniae inde a tempore *Canisii* usque ad recentissimos dies nullum inveniri fundamentum pro eo, ut asseri valeat, fideles personalem infallibilitatem R. P. credidisse. Primos fuisse in Germania Catechismos Iesuitae *Deharbe,* qui hanc doctrinam proponebant. Examinat uberius propositiones Deharbianas, et concludit: credibile haud esse, ut Concilium personalem infall. R. P. definiat, cum secus doctrina haec in manifesta inveniretur oppositione cum vetusta Ecclesiae Germanicae fide.

1746. **Ioh. Huber** *die Freiheiten der Französischen Kirche.* München. 1870. Extractus ex opere gallico *Loysoni* de famosa Declaratione Gallicana anni 1682.

1747. **H. St. A. v. Lianno** *das grosse kirchliche Gebrechen unserer Zeit.* München. 1870. Quaestionis de infallibilitate R. P. suscitationem Societati Iesu adscribit, et hoc ex incidenti per decursum totius (nullius ceteroquin pretii) libelli gravissime invehitur in hunc Ordinem, eique mala quaevis imputando, profitetur non modo suam intimam erga famigeratum opus *Reform der römischen Kirche* (1869) adhaesionem, verum etiam votum exprimit, reformationes in Ecclesia Romana ultra proiecta dicti operis extendendi.

Augustanae universales ephemerides, prout a. 1869, sic a. 1870 praecipuum fere constituebant in Germania organon relationum et discussionum adversus infallibilitatem R. P. Articulos proinde harum ephemeridum notare oportet:

1748. *Römische Briefe vom Concil:* **Allgemeine Zeitung.** Augsb. 1870. p. 25. Est continuatio epistolarum ex anno 1869, quae haud levem excitarunt attentionem, quaeque *Monachii* si non fabricatae, certe exornatae et perpolitae fuisse existimantur. Ultima epistolarum, 67, continetur ephe-

meridis antelatae p. 3345. Iis, quae de epistolis his iam in literatura nostra identidem enunciavimus, nil adiiciendum censemus, id unice attingendo, quamlibet epistolam adversus infallibilitatem dirigi.

1749—1756. **I. v. Döllinger** *einige Worte über die Unfehlbarkeitsadresse.* Ibid. p. 301. Infausta haec declaratio Döllingeri, die 19 Ianuar. signata, (de cuius agendi ratione iam in literatura anni 1869 plura per nos dicta existunt,) est quasi quoddam Manifestum adversus Synodum Vaticanam et cumprimis doctrinam de inerrantia pontificia. Qui eam attente perlegit, non potest abs summo dolore confiteri, in ea eiusmodi asserta occurrere, quae in viro catholico tolerari non possunt. Declaratio quippe opponitur Postulato Praesulum fere quingentorum, qui infallibilitatem Summi Pontificis, in Ecclesia constanter assertam, tandem formaliter pronunciari a Synodo petebant. Non veretur declarans Monacensis asserere: „Ecclesiam non posse quidquam instar erroris damnare, quod hactenus non reiecit; Postulatum Praesulum ita esse comparatum, ut ecclesiasticam revolutionem cum succussione ipsius fundamenti fidei excitare valeat; doctrinam de pontificia infallibilitate, etiamsi in Concilio definiretur, non posse constituere fidei obiectum etc.“ Insuper asserit: decretum Concilii Florentini de Primatu esse corruptum, siquidem verba: *quemadmodum etiam in gestis Oecum. Conciliorum et in sacris canonibus continetur* modificata sint contra originariam legendi rationem a Graecis depostam: *iuxta eum modum, quo et in gestis et in sacris canonibus* etc. Praeter manifestos hos errores continet declaratio plura argumenta assertis Postulati Praesulei opposita: quae tamen quam infirma sint, luculenter demonstrarunt eruditi, declarationem ad trutinam vocantes, prout subsequa literatura docebit. Non solum in Germania sed et alibi non exigua sive virorum literatorum sive inferioris conditionis hominum cohors declarationem datis ad auctorem literis, adhaesionem testantibus, suam fecit. — In Italia ephemeris liberalis Taurinensis *Il Concilio Ecumenico*, mox per extensum italice reddidit declarationem Döllingeri: „Nr. 15. dd. 30 Ian. 1870. p. 232: *Alcune Parole intorno all' Indirizzo dell' Infallibilita.*“ — Germaniae literatorum

declarationes plures referunt Augustanae ephemerides: e. g. p. 441 Professorum *Vratislaviensium;* pag. 549 *Pragensium*; pag. 557 *Bonnensium;* pag. 595 *Braunsbergensium;* pag. 648 *Coloniensium* aliquot virorum; p. 668 Professorum *Monasteriensium* etc.

1757. **Michelis** *zur Charakteristik der Infallibilitätsadresse.* Ibid. p. 369. Cruda expectoratio, summum odium erga Iesuitas, quos Postulati Praesulei facit auctores, spirans.

1758. **Frohschammer** *Dr. Pichler's neuestes Werk.* Ibid. p. 513. Recensio et apologia libri, quem paulo ante indicavimus: *Die wahren Hindernisse* etc.

1759. *Adresse an den Bischof von Trier gegen die Dogmatisirung der Unfehlbarkeit des Papstes.* Ibid. p. 539.

1760. *Die Kölner Adresse an* Döllinger. Ibid. p. 737. Apologia epistolae, quam nonnulli cives Colonienses instar adhaesionis Döllingero misere, ut paulo supra retulimus.

1761. *Die Freiheiten der französischen Kirche.* Ibid. p. 801. Recensio et encomium operis gallici a *Iulio Loyson* pro famosa declaratione gallicana anni 1682 editi.

1762. **Theodor Frommann** *kritische Beleuchtung des Florentiner Unionsdecrets.* Ibid. p. 885. Assertum *Döllingeri* de corruptione studiosa textus C. Florentini super Primatu R. P. reiicit quidem: assentitur tamen alteri sententiae Döllingeri, quod Praesules in Syn. Vaticana non habeant ius, ad decretum Florentinum de Primatu, velut lapidem quempiam lydium, provocandi, quum id mox a sua origine additionibus et modificationibus obnoxium, nequaquam purum permanserit.

1763. *Ein Brief des Grafen* „Montalembert". Ibid. p. 1052. Versio germanica epistolae celebris viri ad quemdam Praelatum directae, in qua suam a propugnanda infallibilitate pontificia aversionem manifestat, Praesulemque Aurelianensem laudibus effert, ut suo loco iam diximus.

1764. **Döllinger** *die neue Geschäfsordnung des Concils und ihre theologische Bedeutung.* Ibid. p. 1057. Altera non minus fervida ac acerba declaratio, eo directa, ut ordinem

rerum in Concilio tractandarum a S. Sede praescriptum in invidiam adducat, tamquam novum, in Ecclesia hactenus incognitum, et manifeste eo tendentem, ut quaestioni de infallibilitate R. P. in Synodo decidendae deserviat, traducere haud vereatur.

1765—1766. *Über die Definition der päpstlichen Unfehlbarkeit.* Ibid. p. 1101. Articulus ex ephemeride Borussica *Norddeutsche allg. Zeitung* transsumtus.

1767. *Die Infallibilitätsfrage und der Stuhl für hebräische Sprache am College de France.* Ibid. p. 1171. Inter quaestionem de infallibilitate R. P. Concilio propositam, et rehabilitationem „Ernesti Renan" in cathedra Instituti Gallici nexum quaerit, e quo id resultare ait, ut Regimen Gallicum per rehabilitationem dicti Rationalistae suam displicentiam manifestet erga quaestionem infall. pontificiae.

1768. In iisdem foliis Augustanis p. 1366. anonymus quispiam contra infallibilitatem R. P. argumentum ducit ex *Litaniis OO. SS.* in quibus Ecclesia orat: *Ut Domnum Apostolicum et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris:* cum, ut ait, preces hae manifestum reddant, sicut Papam ita et alios eccl. ordines in rebus religionis ac fidei errare posse!

1769. *Vom Concil.* Ibid. p. 1385. Recensio opusculi ab Eppo Aurelianensi contra AEppum Mechliniensem editi, et in literatura nostra suo loco citati.

1770. *Die Folgen des Concils.* Ibid. p. 1453.

1771. *Während des Concils. Laien-Betrachtungen.* Ibid. p. 1641. Tam prior quam praesens articulus expendit sequelas definitionis de infall. R. P. quas periculosas fore existimat.

1772. *Französische und deutsche Inopportunisten.* Ibid. p. 1790. Uberior analysis operis *Eppi Aurelianensis*, cum reflexione ad libros germanicos, idem argumentum tractantes.

1773. **Overbeck** *das Londoner Exemplar des Florentiner Unionsdecretes.* Ibid. p. 2237. Auctor pariter, ac *Frommann* superius citatus, tenet, textum decreti de Primatu,

signanter verba: *in universum orbem tenere Primatum* originarie fuisse corruptum.

1774. *Die Gutachten und Bemerkungen der Minoritätsbischöfe über den Entwurf des Unfehlbarkeitsdecrets.* Ibid. p. 2261. Fragmentum ex officiosa synoptica analysi observationum super schema de infallibilitate R. P. quae in Monumentis nostris Conciliaribus tota exhibetur.

1775—1776. *Luthers reformatorische Grundsätze.* Ibid. p. 2277. Argumentum articuli hac quaestione determinat auctor: *Welche Richtung wird gegenüber dem päpstlichen Infallibilismus der evangelische Protestantismus im ganzen und grossen einschlagen?* Huc spectat etiam alter articulus: *Bunsen's Bibelwerk.* Ibid. p. 2501.

1777. **Frommann** *zum Florentiner Unionsdecret.* Ibid. p. 2473. Continuatio discussionis, paulo ante memoratae, cum reflexione ad sententiam aeque ante citatam *Overbeckii.*

1778. *Zur Concils-Literatur:* „Observationes quaedam de infallibilitatis Ecclesiae subiecto." Ibid. p. 2509. Recensio opusculi a Card. *Rauscher* vulgati.

1779. *Zur Spanischen Kirchengeschichte.* Ibid. p. 3015. Ex historia Concilii Toletani XV de a. 688 demonstrare conatur articulus, eius temporis Eppos Hispanos non credidisse inerrantiam R. P.

1780. **I. v. Döllinger** *einige Worte über die Unfehlbarkeitsadresse, und: Die neue Geschäftsordnung des Concils und ihre theologische Bedeutung. Zwei Gutachten.* München. 1870. Separata editio duplicis declarationis *Döllingeri* ex ephemeride Augustana *Allgemeine Zeitung.*

1781. **Gratry** *der Herr Bischof v. Orleans und der Herr Erzbischof von Mecheln. Briefe an M. Dechamps. Autorisirte Übersetzung nach der IV Auflage des Originals von* **Fridolin Hoffmann.** *Erster, Zweiter, Dritter, Vierter Brief.* Münster. 1870. Germanica versio IV epistolarum presbyteri Oratoriani, de quibus iam suo loco retulimus.

1782. **A. W. Dieckhoff** *Schrift und Tradition. Eine*

Widerlegung der römischen Lehre vom unfehlbaren Lehramte und der römischen Einwürfe gegen das evangelische Schriftprincip; mit besonderer Beziehung auf die Schrift des „Fr. v. Ketteler“ *Bischofs von Mainz:* Das allg. Concil und seine Bedeutung für unsere Zeit. Rostock und Malchin. 1870. Liber heterodoxus. Opus Eppi Moguntini, cui opponitur, in literatura nostra iam indicatum habetur.

1783. **J. Frohschammer** *Beleuchtung der päpstlichen Encyclica vom 8 Decemb. 1864 und des Verzeichnisses der modernen Irrthümer. Nebst einem Anhang: Kritik der Broschüre des Bischofs von Orleans. Zweite, mit einem neuen Vorworte vermehrte Auflage.* Leipzig. 1870. Opusculi istius adversus Encyclicam et Syllabum a. 1865 prima vice editi nova recusio nil praeter novam praefationem novi continet, in ea autem infallibilitas pontificia impugnatur.

1784. **Gerhard Uhlhorn** *die Unfehlbarkeit des Papstes;* est quarta dissertatio in opere auctoris: *Das römische Concil. Hannover. 1870. p. 88.* contenta. Liber heterodoxus.

1785. *So segnet der Papst! Eine Fastengabe für Christen aller Bekenntnisse, worinnen die wahre Menschen- und Nächstenliebe in päpstlich-unfehlbarer Weise gepredigt wird.* Bremen. 1870. Contra anathemata, quae canonibus conciliaribus adiici solent.

1786. *Neue Preussische* (Kreuz) *Zeitung.* 1870. Plures continet contra Concilium et infallibilitatem R. P. articulos, sed magnam prodentes rei catholicae ignorantiam.

1787—1793. Periodicum folium Viennense **Die Gegenwart,** *politische Wochenschrift* in cursu anni 1870 aliquot articulos in sensu liberali evulgavit quos tamen Redactor catholicus *Chowanetz* non fecit suos, imo tardius ad viam stricte catholicam reversus infallibilitatem R. P. strenue propugnavit et vindicavit. Primi generis articuli sunt: 1. *Neue Schrift in der Tagesfrage*, pag. 7. Continuat recensionem libelli *Michelisii* adversus infallibilitatem, quam iam a. 1869 inchoaverat, et probat viri huius asserta. 2. *Streiflichter aus Rom*, p. 15. 39. auctore *X. Y. Z.* Döllingerum sequitur, et relationes mendaces Roma acceptas (ut praetendit) vulgat. 3. *Döllinger* contra *Döllinger?* p. 80. Döllingerum, tamquam aucto-

rem *Considerationum* (Erwägungen) tuetur contra opusculum: *Neue Erwägungen.* 4. *Infallibilität und Primat*, pag. 197. Itidem pro Döllingero, et contra ephemeridem romanam *Civilta.* 5. *Zur letzten Stunde*, p. 217. Singularem profert opinionem: „Wenn man den Satz (Papa ex cathedra loquens est infallibilis) schon, trotzdem sich die Kirche bei der Nichtdogmatisirung desselben 19 Jahrhunderte lang wohl befand, zum klar bestimmten Glaubartikel erheben will, so sollte er in eine solche engbegrenzte Fassung eingerahmt werden, dass jeder Zweifel ausgeschlossen sein müsse, a) *wann* der Papst *ex cathedra* spricht, und b) dass dieser Ausspruch niemals in einen gegensätzlichen Zusammenstoss mit den Aussprüchen eines versammelten allg. Conciliums kommen könne; dass mit andern Worten a) *ein unfehlbares päpstliches Dekret nur in dem Zeitraum zwischen 2 Concilien Geltung habe*, und b) *mit keinem von einem allg. Concil promulgirten Lehrsatz collidiren dürfe, vielmehr sich diesem unterordnen müsse, wie denn die päpstliche Unfehlbarkeit ihre Wurzelkraft nur aus dem Boden des Concils empfange.*“ 6. *Die rechte Formel*, pag. 259. Propositionem schematis de R. Pontifice, dum qua Pontifex et summus doctor ad universos fideles loquitur, in rebus fidei et morum, infallibili acceptat quidem: sed simul Döllingerum ac socios mitius tractari optat, et adressam Vratislaviensium docentium (quae tamen erronea est) probat. 7. *Drei Bischofsbroschüren*, pag. 378. Opuscula Card. *Rauscheri*, Card. *Schwarzenbergii* seu potius *Mayeri*, et Eppi *Hefele* contra definitionem infallibilitatis extollit.

1794—1795. **Trummer** Can. Seccov. *Zeugniss der Einzelkirchen gegen die isolirte oder absolut-persönliche Unfehlbarkeit des Papstes.* Graz. 1870. Proponit: in Scholis *Austriacis* signanter *Graecii*, usque recentissima tempora de infallibilitate has theses traditas et propugnatas fuisse: 1. *Affirmamus in genere, subiectum infallibilitatis esse Apostolos eorumque successores seu Magisterium Petro-Apostolicum.* 2. *In specie non solum Pontificem neque solos Eppos absque Pontifice.* 3. *Id iuris Eppis competere Pontifici iunctis, dispersis vel in Concilium congregatis.* — Iuvat subnectere observationem, quae in ephemeride *Oesterr. Volks-*

freund. 1870. nr. 23. deductioni *Trummeri* apponitur: „Dieser Ausführung müssen wir die Bemerkung anfügen, dass bei der Unfreiheit, welche die kath. Kirche in Oesterreich bis in die jüngste Zeit gerade bei Ernennung der Professoren und Bestimmuug der Lehrbücher der Theologie zu erdulden hatte, der von Dr. Trummer geführte Beweis für das kirchliche Bewusstsein der betreffenden Diöcesen uns nicht haltbar erscheint."

1796. **Döllinger** *gegen die Unfehlbarkeit:* **Oesterr. Volksfreund.** 1870. nr. 18. Extractus declarationis Döllingeri de 19 Ian. 1870 in ephemeride *Allg. Zeitung* factae.

1797. **Döllinger** *und das Concil von Florenz.* Ibid. nr. 33. Proponit in extractu argumentum Döllingeri contra infallibilitatem R. P. ex eo deductum, quod verba decreti Florentini de Primatu, prout nunc citantur, essentialiter modificata seu corrupta sint. Animadvertit tamen ephemeris *Volksfreund:* „Es ist so ziemlich anerkannt, dass *Döllinger* in seinen Bemerkungen die Ehrfurcht verletzt hat, die jeder Katholik den am Concil versammelten Hirten der Kirche schuldet; es scheint aber auch, dass seine Aufstellung selbst von rein wissenschaftlichen Seite manche arge Blösse bietet."

1798. *Zum Concil.* Ibid. nr. 104. Animadversiones in catholicas ephemerides, quae broschuras Praesulum, et sermones contra infallibilitatem R. P. in Concilio habitos severius recensebant, signanter *Diritto cattolico, Osservatore cattolico* etc. Uno verbo excusare nititur ephemeris Vindobonensis sic dictam Minoritatem seu Oppositionem Patrum Concilii.

1799. In eadem ephemeride nr. 131. *triplex correspondentia romana* vulgatur pro defensione Minoritatis Epporum.

1800—1818. Literarium folium *Bonnense* **Theologisches Literaturblatt** per decursum anni 1870. multa recensuit opera de infallibilitate Rom. P. tractantia, in sensu liberali partim partim etiam contrario. Praecipuas recensiones, quae tamquam totidem eruditae dissertationes haberi valent, commemoramus.

1. **Schulte** recenset pag. 1. ss. 53. ss. gallicum opus *Mareti* anno 1869 de Concilio et pace religiosa editum, atque a nobis uberius iam indicatum. De pretio operis sic censet Schultius: „— Das Werk enthält *in nuce* die wichtigsten Argumente der gemässigten gallicanischen Schule; sodann will es das gebildete Publicum bezüglich der scheinbaren Cardinalfrage des Concils besser informiren und dazu beitragen, dass das befürchtete Dogmatisiren der päpstlichen Unfehlbarkeit unterbleibe." Quae in Mareti opere contra infallibilitatem pontificiam proponuntur, sua facit Schultius (qui subseque magnus evasit definitae infallibilitatis R. P. oppugnator). Liceat subiicere iudicium editorum *Lacensium* (Stimmen aus Maria-Laach) de recensione Schultii: „Wenn der gelehrte Kirchenrechtslehrer in der Infallibilität eine *Qualität* anzunehmen scheint, so hat er darin unzweifelhaft die Theologen gegen sich; sie fassen dieselbe als einen göttlichen *Beistand,* der offenbar einer physischen Person ebenso wohl als einer moralischen von Gott verheissen sein kann. *Dass aber die Unfehlbarkeit des Papstes wie die der Kirche auf einer Erklärung Christi ruhen muss*, wird wohl Niemand bestreiten. Eben um das rechte Verständniss solcher Erklärungen (Luc. 22, 32. Ioan. 21, 15—17. Matth. 16, 18.) handelt es sich bei der Definition jener Lehre." — 2. Allusiones ad infallibilitatem et simul contrariae observationes occurrunt in folio Bonnensi p. 59. 62. s. 164. 203. 216. ss. 243. 291. 354. 361. 409. 419. 441. 489. 495. 529. 569. etc. per censores *Reusch*, *Hölscher*, *Friedrich*, *Schulte*, *Langen*, *Stumpf*, *Ginzel.* In his recensionibus tum opera sic dictorum infallibilistarum ad severam vocantur trutinam, tum opuscula contra infallibilitatem encomiis cumulantur, signanter declarationes *Döllingeri,* et libelli in causa Honorii PP. vulgati.

1819—1822. In *M. Ducatu Badensi* duae cumprimis ephemerides protestanticae *Badische* (alte) *Landeszeitung*, et *Süddeutsches prot. Wochenblatt* eo temeritatis processerunt, ut vulgarent: complures ecclesiasticos viros ex M. Ducatu stare a partibus sic dicti *Iani*, de quo etiam famosas 24 theses consarcinarunt *(Ianusthesen).* Verum mox patuit, mendaces esse similes relationes, ecclesiasticis tum singillative tum col-

lective suas protestationes interponentibus, cumprimis duobus Parochis *Matt* et *Benz v. Eichsel.*

1823. *Sendschreiben des* **Bischofs von Orleans** *an den Klerus seiner Diöcese über die Frage der päpstlichen Unfehlbarkeit. Autorisirte deutsche Uebersetzung. Neue Aufl.* München. 1870.

1824. *Eine Gewissensfrage an uns Evangelische Angesichts des Römischen Concils:* **Protestantische Kirchenzeitung.** 1870. nr. 12. Comparat inerrantiam Pontificiam cum principio protestantico S. Scripturae, et priori adiudicat proëdriam: „Diese Stellen (Matth. X. 20. — Ioan. XVI. 13 etc.) dienen den Katholiken viel besser zum Beweise ihrer Kirchenunfehlbarkeit, als uns zum Beweise unserer Schriftunfehlbarkeit. *In ihnen ist vom Schreiben und von den Schriften der Apostel mit keinem Wort die Rede. Die Katholiken haben jedenfalls ein besseres Recht, aus solchen Verheissungen des Herrn ihre Kirchenunfehlbarkeit zu folgern.* Sie können sagen, so gewiss die Kirche auf Erden über die Lebenszeit der Apostel hinaus bestanden hat, und noch besteht, und so gewiss der Befehl des Herrn in alle Welt auszugehen und aller Kreatur zu predigen, *über die Lebenszeit der Apostel hinaus für alle späteren Zeiten der Kirche gilt:* so gewiss *müssen auch alle mit diesem Befehl verbundenen Verheissungen weiter gelten.* Den Nachfolgern der Apostel ist dasselbe befohlen, ihnen muss auch dasselbe verheissen sein, was den Aposteln verheissen war, der Beistand des heil. Geistes und das Leiten in alle Wahrheit. *Das sind berechtigtere Schlussfolgerungen, als die, welche wir blos für die neutestamentlichen Schriften ziehen.*"

1825. **H. J. Gräber** *kurze protestantische Unterweisung über die Unfehlbarkeit des Papstes.* Elberfeld. 1870.

1826—1827. *Bericht über die Bemerkungen der hochw. Väter des Concils zum Schema: über den Primat des Römischen Pontifex. Deutsche Uebersetzung mit lateinischem Texte.* München. 1870. Ex ephemeridibus *Allgem. Zeitung* separatim editum.

1828. **Döllinger's** *Worte über die Unfehlbarkeits adresse:* **Allgemeine Kirchenzeitung.** Darmstadt. 1870 nr. 6. 7.

1829. *Die Opposition auf dem Concil.* Ibid. nr. 12.

1830. *Der Papst und das Concil.* Ibid. nr. 13.

1831. *Cardinal* „Schwarzenberg" *und Bischof* „Strossmayer" *auf dem Concil.* Ibid. nr. 26.

1832. *Die Unfehlbarkeit des Papstes und die kirchliche Opposition in Deutschland, oder: die Schwäche der deutschen Opposition in ihrem Kampfe gegen die Ultramontanen:* **Hengstenberg** *Evang. Kirch. Zeitung.* Berlin. 1870 nr. 58—60.

1833—1834. *Stimmen aus den Kirchenvätern zur kirchlichen Zeitfrage. Zusammengestellt von einem Laien der ED. Köln.* Köln. 1870. Tredecim Patrum usque S. Gregorium M. testimonia seligit, ita detruncata, et e context extracta, ut videri possit, ea infallibilitati R. P. contraria esse De auctore opellae huius satis sit transscribere opinionem censoriam *Lacensium* (Stimmen aus Maria-Laach): „Allgemein ist bekannt, wie man den Sinn eines Schriftstellers da durch *verdrehen* kann, dass man seine Worte aus ihrem Zusammenhange reisst. Diese *Fälscherkunst* erreicht durch tendenziöse Zusammenstellung vieler so misshandelten Stelle nur um so sicherer ihr Ziel. *Vorstehende Broschüre* biete uns hievon ein eklatantes Beispiel, indem sie durch dies *eine patristische Lehre herausbringt, die sich zur wirklichen Väterlehre verhält, wie die Nacht zum Tage und die Finsterniss zum Lichte.* Die Väter haben die Beschlüsse allgemeiner Concilien als ein Evangelium verehrt; *Tendenz jener Schrift* aber *ist keine andere, als gewisse liberale Katholiken zum Festhalten an ihrer Meinung zu ermuntern,* trotz des zu erwartenden Verdammungsurtheils der allg. Synode vom Vatikan."

1835—1836. *Schwierigkeiten der Lehre von der päpstlichen Unfehlbarkeit und ihre Lösung durch die moderne Infallibilisten. Von einem Priester der Diöcese Paderborn*

Münster. 1870. Non maioris pretii, quam praecedens libellus, de quo sequens dopromitur iudicium in antelata *Lacensi* collectione: „Während des Concils ereignete sich dasselbe, was der grosse *Görres* von der Zeit der Gefangennehmung von Clemens August gesagt hat: *Broschüren kommen, wie Hagelwetter und Heuschrecken ziehen. Jeder, der seit 50 Jahren einen verrückten Gedanken gehabt hat, für den er keine Abnehmer finden konnte, sucht ihn jetzt zu Markt zu bringen.* Wir dürfen uns darum nicht wundern, dass mit so vielen Andern *ein Priester der Paderborner Diöcese* sich beeilt hat, gegen die päpstliche Unfehlbarkeit zu schreiben. Was ist auch leichter? Man braucht ja nur zusammenzuklauben, was in den andern Broschüren schon enthalten war. Anders hat in der That unser Verfasser nicht gehandelt."

1837—1886. **Rheinischer Merkur,** *kirchlich-politisches Wochenblatt, herausgegeben von* **Fridolin Hoffmann.** Köln. 1870. Folia sub hoc titulo vulgata summum erga Ecclesiam Cath. eiusque visibile Caput odium spirabant, articulosque de Concilio et infallibilitate R. P. haereticos partim, partim schismaticos continebant.

Signanter: 1. p. 2: *Das Concil.* Sub hoc titulo 27 numerantur articuli, ultimus p. 272.

2. p. 4: *Die Unfehlbarkeitsfrage.*

3. p. 26: *Das Concil und die weltliche Regierungsgewalt des Papstes.* Universim 8 articuli.

4. p. 46: *Die Unfehlbarkeitsfrage und die Jesuiten.*

5. p. 79: *Das Pastoralschreiben des Bischofs von Paderborn.*

6. p. 89: *Die Bulle:* Apostolicae Sedis. (de Censuris).

7. p. 121: *Hat der heil.* Thomas v. Aquin *die Unfehlbarkeit des Papstes gelehrt?*

8. p. 139: *Die Freiheit des Vatic. Concils.*

9. p. 151: *Die Lehre des Erzbischofs* Dechamps *von Mecheln über die Unfehlbarkeit des Papstes mit besonderer Beziehung auf die* Causa Honorii.

10. p. 162: *Die providentielle Bedeutung des Vatic. Concils.*

11. p. 165: *Ce qui se passe au Concile.*

12. p. 182: *Die Folgen einer Dogmatisirung päpstlicher Unfehlbarkeit.*

13. p. 183: *Die päpstliche Unfehlbarkeit und die Bestrafung der Ketzer.*

14. p. 202: *Die dogmatische Bedeutung der gegenwärtigen kirchlichen Wirren.*

15. p. 214: *Erzbischof* Kenrick *über das Concil.* — Praeter hos articulos, velut totidem dissertationes, omni fere pagina contra Concilium, et inerrantiam R. P. quamplurimas vulgavit haec ephemeris correspondentias. Quocirca AEppus Coloniensis, et post hunc alii etiam Praesules ephemerides praeallatas editis decretis damnandas ac prohibendas duxerunt.

1887—1888. *Frage eines Jesuiten an die protestirenden Bischöfe „Dr. Strossmayer" etc. wie an den Stiftsprobst „D. Döllinger," und alle gegen die Unfehlbarkeit des Papstes sich erhebenden kath. Theologen: Wollt und könnt Ihr die ganze christliche Kirche zur Lüge machen?* Hamburg. 1870. Opus ironicum, satyricum, cuius auctori deest vel maxime communium Ecclesiae institutionum ac doctrinarum cognitio. Non immerito censor quidam opusculum hoc vocavit: *Apocryphe Waare, ein recht plumper Betrug, — dem angeblichen Jesuiten eine Menge von Albernheiten uud Abgeschmacktheiten in den Mund legend.*

1889.—1890. *Aktenstücke zum Concil: das Infallibilitätsschema und die Minoritätsgutachten. Originaltext und Uebersetzung. Separatabdruck aus der* „Allgemeinen Zeitung." Stuttgart und Augsburg. 1870. Extractus ex *Schemate et analytica synopsi observationum*, in quantum in ea Minoritatis reflexiones continentur. Superius iam meminimus huius extractus.

1891. **Theodor Frommann** *zur Kritik des Florentiner Unionsdekrets und seiner dogmatischen Verwerthung beim Vaticanischen Concil der Gegenwart.* Leipzig. 1870. Est uberior et magna ex parte novis curis elaborata deductio articulorum, quos auctor in ephemeride Augustana *Allgemeine Zeitung* (ut suo loco diximus) vulgaverat. Examinat critice, et non obstante sua protestantica confessione, satis impartialiter, obiectiones a *Döllingero* de studiosa corruptione textus a La-

tinis facta positas, easque neutiquam subsistere enunciat, prout neque verba *quemadmodum etiam* in fine decreti Florentini occurrentia, aliis (a Döllingero adductis) subtrusa fuisse probat; imo nec id negat, ex verbis decreti Florentini posse deduci infallibillitatem Papae. Interim existimat verba *iudicem supremum* in decretum Concilii false inserta fuisse. At vero verba haec in decreto Vaticano minime continentur.

1892—1893. **A. B. Lutterbeck** (sacerdos ob erroneas sententias suspensus ab ordine et officio) *an Pabst Pius IX bei Gelegenheit seines Verlangens, von dem römischen Concil für unfehlbar erklärt zu werden: eine Denkschrift.* Giessen. 1870. Omnem infallibilitatem, non Papae solum, sed Ecclesiae negat, et argumenta, quae pro inerrantia Papae adferuntur, examini subiicit. Magnis laudibus prosequuntur auctorem ephemerides: *Allgem. Zeitung.* 1870. p. 3239 in articulo: *Die katholische Philosophie und die römische Dictatur.*

1894. **C. Waagen** *über die Aufgabe des öcumenischen Concils zu Rom. Zweite mit Vorwort und Anmerkungen vermehrte Auflage.* München. 1870. Praefatio, quae novae accessit editioni, (primam in literatura anni 1869 citavimus) tota contra personalem infallibilitatem R. P. dirigitur.

1895. **J. H. Reinkens** Prof. Vratisl. *Papst und Papstthum nach der Zeichnung des heil.* **Bernhard** *von Clairvaux. Uebersetzung und Erläuterung seiner Schrift:* „De Consideratione." Münster. 1870. Totus liber contra supremam auctoritatem, cumprimis docendi, seu infallibilitatem est concinnatus: eo tendunt principia in Introductione et in expositionibus Bernardi proposita; auctoritatem Papae tum a Conciliis tum ab Epporum extra Concilium potestate dependentem facit, et omnia pene D. Bernardi (potestatis Pontificiae sublimitatem praeclare evolventis) verba in suum scopum detorquet.

1896—1897. **Joh. Friedrich** Professor Monac. *das päpstlich gewährleistete Recht der deutschen Nation, nicht an die päpstliche Unfehlbarkeit zu glauben.* München. 1870. Ex eo, quod secundum Concordata cum Natione Germanica Sec. XV conclusa *Concilii Constantiensis* decreta acceptata sint, infert, nationi Germanicae ius surgere, contra

infallibilitatem R. P. protestandi, siquidem inter decreta Constantiensia contineantur et illa de superioritate Concilii supra Papam (Sess. IV. et V.), quae infallibilitatem excludunt. Ad hanc argumentationem Friedrichii responsum ab eruditis mox fuit: decreta duntaxat fidei in C. Constantiensi lata per S. Sedem approbata extitisse, quod *Hefele* (hodie Eppus Rottenburgensis) extra omne dubium posuit.

1898. *Wie es auf dem Concil zugeht.* München. 1870. Versio germanica impii libri gallici: *Ce qui se passe au Concile,* quem Praesidum Concilii voto damnatum esse superius monuimus.

1899. **Hermann Hölzel** *Unfehlbarkeit. Ein Wort der Zeit in drei Abtheilungen:* 1. *Tabula rasa.* 2. *Freiheit und Recht.* 3. *Menschliche Unfehlbarkeit.* Wien. 1870.

1900. **P. Gschwind** schweiz. Pfarrer, *die kirchliche Reform und das erste Vaticanische Concil.* Bern. 1870. Multum disserit contra infallibilitatem pontificiam, et doctores catholicos eam propugnantes acerbiore stylo perstringit, ducem sequens auctorem libri: *Reform der römischen Kirche. Leipzig. 1869.* quem suo loco iam recensuimus.

1901. *Zwei Briefe an den heil. Geist im Concil.* Wien. 1870. Auctor Hebraeus.

1902—1911. *Stimmen aus der kath. Kirche über die Kirchenfragen der Gegenwart.* München. 1870. Sub hoc titulo collegit in 2 voluminibus auctor anonymus 9 broschuras liberalium catholicorum praeprimis infallibilitatem Rom. Pont. oppugnantium, quas suis locis iam perstrinximus: signanter *Döllingeri*, *Huberi*, *Schmitzii*, *Lianno*, *Friedrich*, *Reinkens* etc. Videtur tota collectio opponi praeclaris fasciculis Lacensibus *Stimmen aus Maria-Laach;* et spectato argumento, quod collectio Monacensis pertractat, iure insigniri posset hoc titulo: *Ianus continuatus.*

1912. *Katholische Stimmen aus den Waldstätten.* Luzern. 1870. Scriptum periodicum in Helvetia, infallibilitati pontificiae infestum.

1913. **Nürnberger** *Anzeiger.* 1870. Plurimis numeris tentavit invidiam et odium conflare doctrinae de infallibili magisterio R. P. praesertim nr. 67. 77. 81. etc.

1914. *Ein ernstes Wort an die kathol. Geistlichkeit.* Karlsruhe. 1870. Contra sic dictum absolutismum Papae et infallib. R. P.

1915. **C. Kleinert** *Wolfgang Dietrich von Raitenau, Erzbischof zu Salzburg im Kampfe mit den Jesuitismus der römischen Kirche.* Leipzig. 1870. Auctor proponit antelatum Praesulem tamquam exemplum, quod imitentur Patres Conc. Vaticani. (Vorbild jener hellsehenden Prälaten des XIX Jahrhunderts, die auf dem römischen Concil den Kampf gegen Jesuitismus und starres Festhalten an vernunftwidrigen Satzungen auf's Neue begonnen haben.)

1916—1917. **Hoffmann** Gen. Superint. *Brief an die kath. Bischöfe Deutschlands:* **Deutschland,** *eine periodische Schrift zur Beleuchtung deutschen Lebens in Staat, Kirche* etc. Berlin. 1870. II. B. Longa epistola (159 paginas efficiens), cuius scopus est, Eppos docere, quid credere quid agere debeant, ut finaliter protestantes fiant. Articulus ex incidenti S. Conc. Vaticani et infallib. R. P. in eo discussae concinnatus. Auctor articuli *Germanum sincerum* se subscripsit; cuiusmodi subscriptioni ephemeris *Wiener Kirchenzeitung 1871. p. 464.* adiecit voculam: *asinus.*

Lit. Hungarica. 1918. **H. P.** (Hatala Péter) *a csalatkozhatlan Pápa:* **Szabad Egyház.** Pest. 1870. nr. 70—76. 81. 82. 84. 88.

1919. *Honorius Pápa.* Ibid. nr. 106—141. Eodem auctore.

1920—1921. *Római út:* **Egyházi és iskolai hetilap.** K. Fehérvár. 1870. p. 45. Auctor una redactor ephemeridis, **Carolus Éltes** iter romanum pro Concilio in comitiva sui Praesulis susceptum describens, §. 24 uberius proloquitur de infallibilitate R. P. amplectendo eorum sententiam, qui quaestionis huius discussionem ac definitionem ex ratione opportunitatis impugnabant. Prodivit itineris descriptio etiam in separato libello sub eodem titulo. — Idem auctor edidit libellum: *A csalhatatlanság.* Károly-Fehérvár. 1870. Propositis *pro*

et *contra* argumentis, opportunitatem definitionis impugnat, et Praesules, qui ab oppositione steterunt, laudat, nec dubitat affirmare, sensum Hungariae totius eundem esse (!?)

1922. Az *Observationes quaedam de infallibilitatis Ecclesiae subiecto* röpirat. Ibid. p. 137. 143. Recensio opusculi per Cardinalem Vindobonensem *Rauscher* elucubrati, opus dilaudans.

1923. *Azon röpirat tartalma, mellyet* **Ketteler Báró** *Mainzi Püspöknek tulajdonitanak.* Ibid. p. 151. Recensio sic dictae *Quaestionis* in Helvetia impressae, de qua suo loco plura proponuntur.

---

2. *Literatura de nonnullis opusculis catholicis contra opportunitatem definitionis infall. R. P.*

1924—1927. **(Card. Rauscher)** *Observationes quaedam de Infallibilitatis Ecclesiae subiecto.* Neapoli. 1870. et paulo post Vindobonae. 1870. Sex et decem capitibus absolvitur opusculum: 1. *De quonam quaeratur.* Hoc ex obtutu quaestionem sic proponit auctor: „De eo quaeri, num quaedam de fide moribusque definitio ex eo solo, quod a Successore S. Petri edatur, necessitatem inferat, eam ut doctrinam a Deo revelatam amplectendi, ita, ut nullo casu in dubium vocari possit, quin Deo ipsi obedientia debita negetur; an vero, num fide certa tum demum habenda sit, cum de consensione Ecclesiarum quomodocunque manifestata constiterit?“ 2. *Unitatis fidei Martyrum temporibus custodia.* Hoc capite praeferenter inculcat auctor: maximum momentum primis seculis testimonio Ecclesiarum, seu potius Epporum, tamquam iudicum et testium fidei tributum, et doctrinam, in quam omnes Eppi Concilii consentirent, Apostolicae traditioni conformem habitam fuisse. 3. *Concilia universalia et S. Sedes.* Relationem S. Sedis ad Concilium sic definit, ut asserat, nullum quidem Concilium oecumenicum sine Romano Pontifice haberi, nec decreta Constantiensia in exemplum trahi, et unice sic velut a concilio oecumenico condita considerari posse, quatenus a

Summo Pontifice probantur; porro oecumenicum concilium non esse Parlamentum, quod praesidente Summo Pontifice de Christianorum fide suffragiorum pluralitate disponat: attamen enunciat auctor: „ad decretorium in rebus fidei iudicium requiri, ut omnium Ecclesiarum consensus pateat, seu ut unanimis sit vel ferme unanimis Patrum sententia.“ 4. *Doctrina de catholicae veritatis criterio temporibus SS. Patrum.* Probare contendit: „absque successore S. Petri definitionem, quae regula fidei immobilis et irreformabilis sit, fidelibus nullatenus proponi posse; ast iuxta Patrum Ecclesiae sensa nec sine Ecclesiarum consensione sufficienter manifestata constitui; — ex ipsa Conciliorum historia manifestum reddi, Ecclesiam fidei definitionibus, quas Summus Pontifex solus, sive in particulari Concilio ederet, haud eam tribuisse certitudinem omne dubium excludentem, quam Concilio Oecumenico adiudicavit.“ 5. *Summi Pontifices Concilii Chalcedonensis causam agentes.* Refutare nititur assertum patronorum infallibilitatis pontificiae, quasi hanc luculenter probet declaratio Graecorum Hormisdae Papae oblata. 6. *Lis de tribus Capitulis.* Persvadere cupit: neque Graecos neque Latinos Vigilium Papam tamquam infallibilem fidei iudicem credidisse. 7. *Epistola ad Sergium.* Honorium Papam non ut privatam personam, sed tamquam Pontificem semet enunciasse tenet, et a reprehensione immunem nequaquam fuisse. 8. *Sententia in Honorium lata.* Hanc iustam fuisse censet, et dicit: „Honorium de quaestione fidei, — munere Pontificis fungentem definitionem edidisse, quae emendatione summopere indigebat, et ad plurimos in novam tentationem inducendos multum contribuit.“ 9. *Quorumdam Pontificum de ministro Sacramenti Ordinis sensa.* Ostendere satagit: nonnullos Summorum Pontificum decretis et actis monstravisse, se credere, quod Sacramentum Ordinis a virtute ministri pendeat. 10. *Pontificum medio aevo in reges et regna potestas.* Potestatem Pontificum in temporalia Regum perstringit, et notissimum esse ait: „Summos Pontifices usque seculum XVII potestatem super gentes et regna sibi tamquam a Deo acceptam attribuisse et doctrinam oppositam reprobavisse.“ 11. *Ecclesiae ad potestatem civilem ratio.* Hoc ex obtutu asserit: „Domino visum non

fuisse, S. Petro temporalem conferre gladium; — Ecclesiaeque nos servire, cum quae praeteriere, ut praeterita agnoscimus, et in eius ad civilem potestatem ratione statuenda sequimur ea principia, quae Ecclesia antiqua numquam non tenuit.“ 12. *Respublica Christiana.* „Multum abest, inquit Auctor, ut ad societatem civilem, quae vere christiana sit, constituendam Pontificia de regibus iudicandi potestas requiratur. — Praeterea, licet valde desiderandum sit, ut cives unanimes cuncti veritatem catholicam profiteantur, regnum tamen, cuius lege incolis a fide catholica alienis iura civilia addicuntur, re et nomine catholicum esse potest. — Si christiani edocendi forent, Pontificibus potestatem, quam medio aevo in reges et regna exercuerunt, a Christo Domino traditam esse, triumphum agerent religionis osores etc.“ 13. *S. Thomas Aquinas et Ordinum Religiosorum scholae.* Hoc capite auctor et „mirari se ait, S. Thomam, confictis Gratiani textibus fidem habendo doctrinae de infallibilitate Pontificum portas scholarum aperuisse; et quaerit: quomodo et quando doctrina haec de fide esse coeperit, quum adhuc a. 1679, dum *Bossuetus* librum a S. Sede approbatum, et infallibilitatem de fide haud esse asserentem vulgaverat, scholarum disputationi relicta extiterit?“ 14. *Concilium Lugdunense II.* Ostendere conatur, in hac Synodo nil contineri, quod doctrinae de inerrantia Pontificis Romani suffragetur. 15. *De obedientia S. Sedi debita.* Hanc plenam esse hodie fatendo, necessitatem nullam subversari existimat decernendi, quod decreta R. P. per se irrefragabilia sint. 16. *Fidei definitionum ad temporum necessitates ratio.* In postremo hoc capite inopportunitatem definitionis expendens, sic concludit: „Declaratione edita, Summum Pontificem solum et absque aliorum Apostolorum successoribus de fidei et morum rebus iudicio infallibili decernere, Concilia Oecumenica ea privarentur auctoritate, propter quam S. Gregorius M. ipsa tamquam IV Evangelia se venerari professus est; — hac adoptata sententia intimo Ecclesiae antiquioris sensui bellum moveretur etc.“ — De opusculo praesenti in fasciculis Lacensibus *Stimmen aus Maria-Laach.* (VIII. 150. ss.) sic pronunciatur: „Den Hauptsatz bildet *der vierte gallicanische Artikel* in der Form: Eine päpstliche dogmatische Entschei-

dung verpflichtet erst dann zum Glauben, wenn der Beitritt der Kirche feststeht. — Die Observationen halten sich im Allgemeinen mit *M. Maret* auf dem gleichen Standpunct, nur mit dem Unterschiede, dass sie der Souverainetät der Majorität auszuweichen suchen. — Man kann zu dem Meisten sagen: *Es ist Wahrheit, — nur eben nicht die volle Wahrheit.*" — Recensens anonymus in ephemeride *Allg. Zeitung. 1870. p. 2509.* historicis deductionibus in libro contentis suum non denegat pretium, sed existimat, Auctorem consequenter debuisse longe aliam formare conclusionem, nimirum hanc: *quod propositio de discutienda infall. R. P. sit haeretica!*

1928. *De Summi Pontificis infallibilitate personali. Sine ira et studio.* Neapoli. 1870. Opusculi Auctor (non, ut opinio ferebat, Cardinalis Pragensis *Schwarzenberg*, sed Professor Pragensis **Salesius Mayer**) determinato statu quaestionis: *num quilibet B. Petri successor specialem istam praerogativam habeat, ut, quandocunque tamquam Papa aliquam circa fidem moresque definitionem toti Ecclesiae edicere constituerit et solemniter edixerit, haec declaratio iam eo ipso dotem infallibilis fidei doctrinae possideat, cui irrefragabilis fidei assensus sub peccato haereseos debeatur?* asserit, sententiam hanc esse *recentiorem,* et prolatis argumentis, quae pro infallibilitate personali R. P. adferri solent, proponit amplectiturque argumenta contra eandem: 1. quod argumenta e S. Scriptura et Traditione desiderentur; 2. quod definitionem fidei a solo Papa editam a reliquo Magisterio Apostolico secernat et seiungat, seu visibilem definitionis vel actus nexum cum ceteris Eppis non esse necessarium doceat, contra Ecclesiae rationem ac institutum; 3. quod commisceat rationes et modos, quibus infallibilis doctrina apparet, quive perquam diversi sunt; 4. quod Eppi et Concilia desinant esse necessaria membra Magisterii Apostolici, si solus Papa infallibiliter de fide determinet; 5. quod ex personali Papae infallibilitate et inspiratio continua divina, et impeccabilitas Papae consequatur. Ex his vero argumentis deducit una auctor inopportunitatem definitionis, cumprimis relate ad diversissimos Ecclesiae hostes quotidie insurgentes, et Civilia Gubernia, a

liberali factione dependentia, eoque ipso ad novos contra Ecclesiam assultus prona.

1929. *De Pontificia infallibilitate, qualis in Concilio Vaticano definienda proponitur, dissertatio theologica.* Neapoli. 1870. Auctor, **Petrus Richardus Kenrick** AEppus S. Ludovici in America Sept., agnoscit quidem infallibilitatem R. P. „dum cum collegio Epporum, cuius est caput et praecipua pars, concordat"; at negat eum pro inerrante habendum, „nullo Epporum orbis universi assensu accedente"; hancque sententiam ita probare satagit, quod existimet, illam de R. Pontifice „se solo" infallibili opinionem carere auctoritate S. Scripturae ac Traditionis, et „duplicem admittere in Ecclesia infallibilem auctoritatem, quam tamen nec ratio nec Epporum iura certissima patiantur." Per decursum libelli Auctor saepius cum affectu scribere videtur, et cum contemtu eorum, qui pro infallibilitate R. P. pugnant; imo pag. 27. non dubitat pronunciare: „Quemadmodum ex ficta Constantini M. Silvestro R. P. facta donatione illa sententia de Pontificis potestate in temporalibus orta aut saltem confirmata fuit, et omnes fere mentes pervasit: sic ea, quae nunc obtinet, sententia Pontificiae inerrantiae ortum duxit aut saltem confirmationem accepit ex confictis antiquiorum RR. PP. decretis et epistolis, aliorumque veterum libris. Contraria sententia numquam defensoribus caruit, et per decem saltem priora Ecclesiae secula sola recepta est. Ab XI seculo, quando Graecorum schisma factum est, accepit vires sententia illa, et invaluit miseria temporum obscuriorum, et iis artibus, quas supra commemoravi, adiuta et quasi confirmata (fuit)." Ad calcem opusculi plura proponit Auctor de Concilio Vaticano, quae ad rem non pertinent, et addit: „decretum de pontificia infallibilitate, si tale repugnantibus magno numero aliarum nationum Eppis (praeter Italos) ferretur, non posse haberi pro testimonio universalis Ecclesiae, fidem, quam a maioribus accepit, tradentis, etiamsi accedat Pontificia confirmatio, quae rerum naturam non mutat, sed unice solemniter testatur, omnia in Concilio rite acta fuisse." (Praemisit auctor, maioritatem Epporum consistere ex Italis, Missionariis, et Vicariis Apostolicis, aliisve Eppis, qui dioecesim non habent.)

1930—1931. **P. R. Kenrick** (idem AEppus) *Concio in Concilio Vaticano habenda, at non habita.* Neapoli. 1870. Opusculum isthoc Auctor, ut ipse im Monito indicat, ideo vulgavit, quia imposito die 3 Iunii discussioni schematis in Generali Congregatione fine, ipse cum aliis plus minus 40 Patribus proloqui impeditus, „iure suo divino, mentem suam de gravissima hac re aperiendi, per typographiam utendum esse duxerit." Argumentum Concionis XI paragraphis complectitur Auctor: 1. *Observationum scriptoris vindiciae.* Vindicare contendit observationes 138 in *Synopsi Observationum* contentas, (in Monumentis Concilii occurrunt) contra reflexiones Cardinalis AEppi Dubliniensis. 2. *Iurisdictio Apostolorum universalis adhuc in corpore Epporum manet.* Ut id evincat, videtur admodum enervare classicorum pro Primatu Petri locorum vim et virtutem. 3. *Primatus R. P. probationes scripturisticae ad trutinam revocatae.* In hoc § reipsa sic extenuat vim probandi locorum Scripturae S. pro Primatu, ut vix quidquam iuris remaneat pro B. Petro eiusque Successore. Ita enim se enunciat: „Habemus in S. Scriptura testimonia luculentissima missionis omnibus Apostolis datae et divinae assistentiae omnibus promissae. — Non habemus vel unum locum Scripturae, de cuius vero sensu non disputetur, in quo aliquid eiusmodi Petro seorsim ab aliis promittatur." 4. *F. P. Kenrick AEppi olim Baltimorensis de Pontificia infallibilitate sententia.* Praesens § continet vindicias sui asserti, quod frater auctoris Patritius AEppus Baltimorensis infallibilitatem R. P. haud tradiderit. Occasionem huic de sententia AEppi Baltimorensis *Patritii Kenrickii* controversiae praebuit enunciatio actualis Baltimorensis APraesulis *Martini Spalding* in Concilio facta, quod dictus AEppus reipsa infallibilem R. P. auctoritatem propugnaverit. 5. *Ecclesiae dispersae assensus.* Existimat, huic negativam potius quam positivam inesse auctoritatem; ad novam vero definitionem fidei necessario requiri Concilium Generale. 6. *M. I. Spalding actu AEppi Baltimorensis de Pontificia infallibilitate quae olim fuerat sententia.* Persvadere vult, AEppum Baltimorensem a. 1866 aliter sensisse, quam nunc, de infall. R. P. 7. *AEppi Westmonasteriensis* (Manning)

concio. Doctrinae fidei et doctrinae catholicae fidei nulla substantialis distinctio. Impugnat AEppum Westmonasteriensem, quod infallibilitatem personalem R. P. in numerum doctrinarum fidei retulerit. 8. *Pontificia infallibilitas non tradita est ut doctrina fidei in Anglia, Hibernia, aut Statibus Unitis Americae.* Id probare nititur e responsis a. 1815, et 1825 Parlamento Britannico a clero Catholico redditis. 9. *Casus moralis.* Alludit ad libellum, cuius auctor censebat, grave peccatum admissum iri ab Eppo, qui pro infallibilitate R. P. sententiam diceret, quin prius proprio marte rem sedulo examinaret. 10. *Carisma infallibilitatis.* Impugnat AEppum Westmonasteriensem, qui infallibilitatem pro carismate habuit: et ait, „infallibilitatem nihil aliud esse, quam traditionem Ecclesiae divinitus fundatae et divina assistentia custoditae, ne errores toleret, aut aliquid quod non sit verum proponat." 11. *Additamentum ad decretum primum de Fide.* Hic quoque APraesuli Westmonasteriensi contradicit, asserens, ex eo, quod ad calcem decreti I de fide Constitutiones S. Sedis de reiectis pravis opinionibus servari iubeantur, non sequi, infallibilitatem S. Sedis eo ipso agnosci. — Opusculum *Kenrickii* APraesulis in ephemeride protestantica *Allgem. Zeitung. 1870. p. 2841.* magnis effertur laudibus!

1932. *Disquisitio moralis de officio Epporum in emittendis suffragiis circa personalis et independentis infallibilitatis R. P. definitionem. Solis Eppis typis mandata nec publice edenda.* 1870. Auctor, (a multis pro uno e Patribus Concilii creditus) tres proponit quaestiones: 1. *An Eppus possit sine gravi peccato concurrere per suffragium suum ad condendum decretum, quo R. P. infallibilitas personalis et independens definiatur tamquam fidei catholicae dogma: nisi prius coram Deo in sinceritate conscientiae suae de hac doctrina ut revelata semperque in Ecclesia ut tali passim tradita et credita veram plenamque certitudinem habuerit?* 2. *Quomodo efformandum sit certum illud iudicium, ut circa quaestionem propositam suffragium affirmativum tuta conscientia dari possit?* 3. *Quomodo tandem se gerere debeat Eppus, postquam accuratum quaestionis*

examen perfecerit? Ad *primam quaestionem* respondet *negative:* „si enim Eppus, inquit, non habens illam certitudinem, suffragari nihilominus praesumeret pro definitione huiusmodi, *peccaret* multipliciter a) *contra veracitatem*, aliud scilicet ore dicendo, quam mente cogitet; b) *contra fidem*, se exponens periculo violandi sacrum fidei depositum; c) *contra iustitiam*, innumeros homines ad mortem animae damnans, gladium anathematis exerendo pro doctrina, de qua, an vere revelata sit, non esset omnino certus; d) *contra officium consulendi paci et unitati Ecclesiae*, quippe, quantum in se esset, sanctam Dei Ecclesiam imprudentia et temeritate sua perturbando et scindendo; — nisi oculos et aures claudere velit, ut nec quae in quibusdam partibus iam agi incipiunt, videat, nec audiat quae de Germania, de Gallia, de Hungaria, de Britannia maiori, de America et de aliis regionibus nuntiantur. — Et ex hac quadruplici parte peccatum esset gravissimum, utpote in materia gravissima." — Ad *secundam quaestionem* respondet: „Iudicium Eppi circa quaestionem infallibilitatis personalis et independentis R. P. efformari debere a) *personali examine;* b) *prudenter*; c) *argumentis proprie dogmaticis.* E *personali examine* sequi, non sufficere amplecti opinionem, quaecunque illa sit, Romani Pontificis: id enim esset petitio principii, insufficiens fundamentum iudicii, circulus vitiosus ridiculus; nec sufficere, sequi opinionem aliorum Epporum, qui stant pro infallibilitate, cum omnes Eppi qua iudices causam ipsi perpendere debeant, ne Concilium, quod coetus est iudicantium, fiat turba coecutientium. *Prudentia* in iudicio duo supponit: ut deponantur praeiudicia scholarum, et omnes rationes *pro* et *contra* attenta consideratione introspiciantur et cautissime ponderentur. — *Argumenta* stricte *dogmatica* alia non sunt, quam vel aperti Scripturarum ss. textus, vel antiqua et certo constans Ecclesiae cath. traditio." — Ad *tertiam quaestionem* respondet: „Tres praecipuos exitus huius examinis dari posse, vel *dubium*, vel *probabilitatem*, vel *certitudinem.* In dubio, Eppum definitioni suffragari non posse; in probabili vel etiam probabilissimo, sed tamen non certo casu, proferri non posse in causa fidei affirmativum iudicium, ac proin in utroque casu per *non placet* esse respondendum;

in casu denique certo (quod auctor satis difficile fore existimat) adhuc examinandum et perpendendum fore, *an expediat nunc temporis, tantis praevisis tempestatibus et malis inde orituris, eam definiri doctrinam, quam numquam Ecclesia per decem et octo secula definiendam hucusque iudicavit?*“ Inopportunitatem definitionis probat pluribus argumentis, censens: „per novam definitionem campum praeliorum haereticis, schismaticis et incredulis dilatandum esse; Guberniorum assultus augendos; inter ipsos catholicos tot animarum in fide infirmarum perturbationem, defectionem, ruinam; tum apertas tum latentes adversus auctoritatem Concilii rebelliones subsecuturas; multorum corda ab affectu et devotione erga S. Sedem prorsus avertenda; Statuum et Ecclesiae in universa Europa separationem, et huius inevitabilem consequentiam, ruinam quippe principatus civilis R. P. sequi debere etc.“ — Tandem concludit brevi adhortatione ad Eppos: „Nihil in re tam gravi, tam sancta, tam mere divina considerandum esse, nisi pure Deum, et Ecclesiam, et animas; nullum placendi desiderium, nullum displicendi timorem, nullum affectum aut respectum quemlibet humanum, nullum partium vel gentis studium, nullum praeconceptae aut iam assertae ligamen opinionis; uno verbo, quod omnia complectitur, suum unusquisque suffragium sic emittat, quasi statim moriturus et de hoc rationem Summo Iudici, qui scrutatur secreta cordium, redditurus.“

1933. *Ad venerabiles et reverendissimos Patres in Concilio Vaticano Oecumenico coadunatos humillima supplicatio.* Paris. 1870. Breve monitum ad Patres Concilii, ut a discutienda ac definienda quaestione infallibilitatis Pontificiae abstineant: cum ipsa nondum sufficienter eliquata, parum utilis, imo et valde periculosa sit, cumprimis ex parte schismaticorum et protestantium, signanter Anglicanorum, quorum reditus ad Ecclesiam per definitionem hanc nimium difficilis redderetur.

1934. *Quaestio:* (adinstar Manuscripti impressa) *num regimen Ecclesiae sit monarchicum absolutum, an monarchicum temperatum? seu alio modo, num Romano Pontifici concessa sit a Christo Domino tota omnino plenitudo pote-*

statis, an concessa sit potissima quidem pars potestatis, sed non tota, ita, ut tota plenitudo eccl. potestatis constet tum ex potestate R. P. tamquam elemento potissimo, et ex potestate Epporum tamquam elemento longe inferiore et priori subordinato? Item, num magisterium et iudicium supremum et infallibile ita resideat in Romano Pontifice, ut ipse solus independenter a quacunque cooperatione et consensu fratrum suorum et Ecclesiae sit supremus et infallibilis iudex? 1870. Opus praesens, magnam eruditionem et diligentiam commonstrans, (ut informati sumus) *Solodori in Helvetia* excusum, auctore quopiam presbytero e Soc. Iesu, (sumtibus tum Eppi Moguntini (Ketteler) tum aliorum Germaniae et Hungariae Praesulum,) argumentum suum sequente proponit syllogismo: „Illa potestas est Rom. Pontifici adscribenda, quae 1. sufficit, ut explicentur SS. Scripturae; quae 2. respondet illi constitutioni Ecclesiae, quam Evangelium et Apostoli tradunt; 3. quae eruitur ex universali traditione Patrum et ex universali fide Ecclesiae in Oecumenicis Conciliis theoretice et practice manifestata; 4. quae omnia monumenta christiana, scilicet Patres, Concilia, historias harmonice componit; 5. quae efficit, ut in constitutione Ecclesiae divina sapientia, bonitas et virtus magnificentius resplendeant; 6. per quam Primatus R. P. maiorem amorem, reverentiam et fiduciam inspirat; et 7. omnes a catholica religione aversi vehementius ad unitatem alliciuntur et invitantur: atqui si definiatur, *Romanum Pontificem habere quidem veram iurisdictionis potestatem in universam Ecclesiam, sed temperatam; Romano Pontifici collatam fuisse a Christo in Petro potissimam ecclesiasticae potestatis partem, sed non totam omnino plenitudinem; Romanum Pontificem esse quidem supremum et infallibilem magistrum et iudicem, sed non solum et a tota Ecclesia omnino independenter, sed unitum cooperationi et consensui fratrum suorum:* talis potestas attribuitur Rom. Pontifici, quae sufficit, ut explicentur ss. Scripturae ceterisque omnibus supra recensitis capitibus satis fiat; et e contra, *si definiretur, Rom. Pontificem esse monarchum omni ex parte absolutum, ipsi soli collatam esse totam omnino potestatis plenitudinem, ita, ut ad constitu-*

endam plenitudinem eccl. potestatis nullo modo requiratu velut aliquod elementum potestas totius Eppatus; Romanum Pontificem ex propria sua sola potestate, independenter quacunque sive antecedente sive concomitante sive subse quente cooperatione et consensu fratrum suorum, esse in fallibilem, adscriberetur Romano Pontifici eiusmodi illimi tata potestas, quae 1. *non est necessaria ad explicanda ss. Scripturas; quae* 2. *non descendit ex ipsa constitution Ecclesiae;* 3. *non eruitur ex universali Patrum tradition universalique fide Ecclesiae; quae* 4. *reddit conciliationen monumentorum ecclesiasticorum valde difficilem et impedi tam; quae* 5. *importaret derogationem illarum legum, qua etiam in opere redemtionis divina sapientia et bonitas sib praescripsit;* 6. *redderet Primatum R. P. invisum et su spectum;* 7. *atque non modo non alliceret ad unitatem il los, qui separati sunt, sed magis arceret et impermeabilen abyssum inter nos et illos poneret, et multos catholicos in firmos in fide non sanaret, sed, quod maxime est timen dum, ad extrema consilia urgeret.* Ergo.“ Sic construct syllogismo, propositionem *minorem* per singulas partes pro bare pergit, et infert sequentes 7 circa totidem *Minori* puncta *conclusiones:* „1. Secundum Evangelium, secundun universalem interpretationem Patrum adaequatum Ecclesia fundamentum non esse solum Petrum, sed Petrum cum Apo stolis; 2. ex Constitutione Ecclesiae, qualem fundavit Christus qualem exhibent Evangelia et communis consensus Patrun explicat, totam plenitudinem potestatis residere in Collegi Apostolico, cuius caput est Petrus; 3. totam antiquitaten semper credidisse et docuisse, quod ad constituendam Eccle siam docentem utraque potestas, Petri et Apostolorum, neces saria sit, et in harmonica unione utriusque supremum residea magisterium; 4. id ipsum patere ex perpetua ac universal Ecclesiae praxi, signanter e quaestione de rebaptisandis, d causa Caeciliani, de Pelagianis etc.; 5. ex praxi Ecclesiae i Conciliis Oecumenicis, signanter ex damnatione Honorii Papae 6. non in unius R. Pontificis auctoritate, sed in unanimi con sensione omnium Ecclesiarum collocatam esse fidei regulam e *ipsa ratione* constare: quum nonnisi sic solvatur problem

modo Deo digno, si uni inter Eppos concedatur primatus, et magisterium supremum collocetur in unanimi consensione istius supremi capitis cum omnibus Eppis per orbem diffusis; — 7. difficultates omnes facile solvi.“ Tandem opus suum his, itidem 7, *corollariis* concludit: „1. Non posse definiri personalem et a tota Ecclesia independentem infallibilitatem, nisi prius omnia argumenta, quae contra illam ex Scripturis, ex traditione, ex Conciliis, ex historia et ex theologica ratione deducuntur, funditus solvantur; 2. nullam esse necessitatem faciendae huiusmodi definitionis; 3. videri rem inauditam, contra eam praxim, quam in suis definitionibus Ecclesia semper servavit, — contra quam magna pars Cleri et Epporum insurgit et alte proclamat: de hac re fieri non posse synodalem definitionem, quin fundamentales Concilii oecumenici canones atrociter violentur; 4. ex hac definitione, quae tam malis ominibus incipitur, nonnisi schisma intra ecclesiam et extra omnium acatholicorum adversus nos atrox et irreconciliabile odium imminere; 5. inde fore, ut Concilium, ad sananda vel lenienda mala congregatum, causa vel occasio existeret, cur haec mala adeo excrescerent, ut futuri remedii quaelibet humana spes sublata esset; 6. Potestatem supremam R. P. numquam a Clero, et Eppatu tam splendide agnitam, tanta obedientia et devotione veneratam esse, quam hoc nostro tempore; si haec devotio nunc temporis obnubilari videretur, causam fore infelicissimam hanc quaestionem; — 7. Non haec esse mala, quibus seculum laborat, nec hanc medicinam a S. Oec. Concilio expectari: sed defectum fidei in divinitatem Iesu Christi, et in divinam ac infallibilem auctoritatem Ecclesiae, esse duas illas gravissimas plagas, quae societatem inficiant, et funditus corrumpant; has duas veritates argumentis ex omnibus fontibus theologicis petitis dilucidare, confirmare, credibiles efficere, hoc fore opus dignum tanto Concilio, et dignum, quod posteri aeterna memoria et veneratione prosequerentur.“

1935. **Car. Ios. de Hefele** Eppus Rottenburgensis, *causa Honorii Papae.* Neapoli. 1870. Tres quaestiones sibi proponit solvendas: 1. „*Num Honorius aliquid ex Cathedra tamquam dogma fidei praescripserit, quod tamen reapse haereticum*

fuit? 2. *Num Concilium quoddam oecumenicum ius sib vindicaverit, sententiam ferendi de Pontifice sic decernente eumque ceu haereticum condemnaverit?* 3. *Quo sensu hae condemnatio a coaevis praesertim a RR. Pontificibus re cepta et diiudicata fuit?*" Ad *primam* quaestionem respon det: „Honorium dogmaticam definitionem dare, dogma Ec clesiae enunciare voluisse, simul autem terminum orthodox dogmaticum reiecisse." Ad *secundam* quaestionem reponit „Synodum Oec. VI ius sibi vindicasse sententiam ferendi d Papa ex Cathedra loquente, et condemnasse ipsius ex cathedr datum fidei decretum, eumque anathemate perstrinxisse eo quod haereticam doctrinam confirmasset." Ad *tertiam* quaes tionem respondet: „neminem illius temporis inveniri, qui cre didisset, Concilium hoc procedendi contra Honorium modo au non iuste aut non competenti auctoritate egisse; siquiden omnes Eppi in Synodo hanc sententiam approbaverint, Legat Pontificis iudicio lato assenserint, et Summus Pontifex Leo I sententiam synodalem propriis verbis repetierit, anathema d Honorio prolatum a Synodis Oec. VII et VIII reiteratum fuerit tandem in libro diurno Curiae Romanae (a V—XI Sec.) vetu reperiatur formula iuramenti pontificii, iuxta quam Pontifice profitebantur se agnoscere Conc. Oec. VI, quod auctores nova haereseos — cum Honorio anathemate defixit sempiterno; ex hinc autem consequi, usque ad Sec. XI quemlibet Pontificem munus auspicantem iureiurando firmasse, tum quod Concilium Oec. iudicare possit Papam propter haeresin, tum quod Hono rius a Concilio VI iure fuerit anathematisatus, quia suo fide edicto haeresin approbaverit." In *Sectione altera* auctor refel lere conatur Scriptores, qui vim ac momentum damnationi Honorii diminuere satagebant. Libellus eruditi Praesulis Rot tenburgensis pluribus opusculis occasionem praebuit, quae su loco recensemus.

1936—1937. *L' Unanimité dans les Conciles Oe cumeniques.* Paris. 1870. Item: *De l' Unanimité mo rale necessaire dans les Conciles pour les Definition dogmatiques. Memoire presente aux Peres du Concile d Vatican.* Naples. 1870. Auctor prioris libelli (passim Epp Aurelianensi *Dupanloup* adscripti) pacis ecclesiasticae studi

ut ait, motus, et territus periculis Ecclesiae ob decretum de infall. R. P. imminentibus, persvadere conatur Patribus Concilii, non licere in Synodis Generalibus aliquid circa fidem definire, nisi omnium vel fere omnium Epporum suffragia accedant; et asserit plane: contrariam sententiam defendere tantumdem fore ac inficiari hinc certam Ecclesiae doctrinam, illinc universam traditionem historicam. Potissimum ex Commonitoriis 22 et 23 *Vincentii Lirinensis* suam propugnat opinionem. Alterius opusculi auctor (fors idem Eppus) his praecipue argumentis unanimitatem moralem suffragiorum in statuendis dogmaticis decretis necessariam esse probare nititur; quod extet regula notissima *S. Vincentii Lirinensis* „quod ubique quod semper etc.“; quod sacrum fidei depositum omnibus Ecclesiis commune sit; quod iuxta *Bellarminum* dogmata catholica consensione Ecclesiarum nitantur; quod Conciliorum praxis hoc ipsum confirmet; tandem quod Pius IV in C. Tridentino instar principii iuris statuerit, dogmaticum Patrum decretum nonnisi unanimi consensu edi posse.

1938—1940. *Reponse de* **M. l' Eveque d' Orleans** *a M. Dechamps Archeveque de Malines.* Paris. 1870. Responso hoc dd. 1. Mart. 1870 iustificare conatur Praesul Aurelianensis suam de inopportunitate definiendae infallibilitatis pontificiae sententiam (1869) contra obiectiones AEppi Mechliniensis (1869). Responsum Aurelianense occurrit quoque in *Univers.* 1870. nr. 1045. s. — Post responsum Aurelianense denuo levavit vocem AEppus Mechliniensis: **Dechamps** *deuxieme Reponse a M.* Dupanloup *Eveque d' Orleans, suivie de divers Documents relatifs a l' Infaillibilite.* Paris et Malines. 1870.

1941—1943. *Lettre de M.* **Spalding** *Archeveque de Baltimore, a M. Dupanloup Eveque d' Orleans.* 1870. Reflexiones contra epistolam Praesulis Aurelianensis ad AEppum Mechliniensem, et coutra praetensam suffragiorum unanimitatem. Respondit ad hanc epistolam: **Dupanloup** *Reponse a M.* Spalding *Archeveque de Baltimore; accompagnée d' une lettre de plusieurs Eveques Americains a M. l' Eveque d' Orleans.* Paris. 1870. Praeter literam Americanorum Praesulum, continet broschura etiam *epistolam AEppi S. Ludovici*

(Kenrick) *ad AEppum Baltimorensem* contra assertum, quasi frater suus *Patritius Kenrick* condam AEppus Baltimorensis infallibilitatem R. P. popugnasset.

Inserimus hoc loco aliquot versiones antelatorum operum Eppalium:

1944. *Eine Stimme vom Concil über die persönliche Unfehlbarkeit des Papstes. Aus dem Lateinischen der Neapolitanischen Ausgabe.* Münster. 1870. Versio germanica latini operis, quod Cardinali *Schwarzenberg* tribuebatur, reipsa vero *Mayerum* habet auctorem.

1945. **Hermann Rump** *die Honorius-Frage, von* „C. J. v. Hefele" *Bischof von Rottenburg. Aus dem Lateinischen übersetzt.* Münster. 1870. Ex latino superius citato germanice redditum.

1946—1947. *Honorius und das VI allgemeine Concil. Von* „C. J. v. Hefele," *Bischof v. Rottenburg. Autorisirte Uebersetzung mit einem Nachtrag des Verfassers.* Tübingen. 1870. Alia versio eiusdem libri cum appendice ab auctore adiecta, defensionem sui operis continente.

Huc spectant adhuc bina gallica opuscula:

1948. **Hefele** Eveque de Rottenbourg, *le monothelisme et le Pape Honorius:* **Correspondant.** Paris. 1870. des 25 Ian. 10 et 25 Fevr.

1949. **Hefele** *encore un mot sur le Pape Honorius.* Paris. 1870. Tam prior articulus, quam praesens opus instar versionis gallicae opusculi ab Eppo Rottenburgensi vulgati consideranda sunt.

---

3. *Literatura catholica pro infallib. R. P.*

I. *Ex Gallia.*

1950. **Dom Prosper Gueranger** Abbé de Solesmes, *de la Monarchie Pontificale a propos du livre de M. l' Eve-*

que de Sura. Paris, et Mans. 1870. Opus contra librum *Mareti* Eppi Surani *du Concile et de la paix religieuse.* Docta refutatio: cuius prior pars animadversiones continet in opus Mareti, posterior autem pertractat quaestionem: an infallibilitas R. P. ad dogma elevari possit? et affirmativum responsum ex Scriptura, Traditione, praxi Ecclesiae, fide populi etc. ubertim demonstrat. Praecipua vitia operis Mareti detegit sequentia: quod de quopiam bello ac certamine in Ecclesia sermonem faciat, quod tamen non existit; quod relationem scholae italicae Bellarminianae ad scholam gallicam Bossueti non recte evolvat; quod reiecta naturali ac unice vera methodo, declarationes et decreta S. Sedis Ap. posteriora de iuribus Primatus e prioribus explicare contendat, quum tamen haec ex illis exponere debuisset; quod simpliciter praetermittat de summi momenti quaestione disserere, quomodo videlicet explicari possit, Pontifices Summos in Ecclesia constanter supremam docendi et controversias decidendi auctoritatem exercuisse, eorumve decretis ac iudiciis Ecclesiam se subiecisse; quod plenam notionem Generalis Concilii a Papa indicti, directi et confirmati haud suppeditet; quod formas gubernandi civiles ad Ecclesiam transferat; quod Papam in obversum decreti Florentini de plenitudine potestatis Pontificiae subiiciat corpori Ecclesiae; quod sibi saepissime contradicat, et historica data non semper accurate ac fideliter proponat. Probata dein in parte altera operis infallibilitate pontificia ex multiplicibus fontibus, eiusque definibilitate ad lucem posita, adiicit appendicem reflexionum adversus Eppi Aurelianensis et ephemeridis *Correspondant* argumenta de inopportunitate definiendae inerrantiae Pontificiae. Insigne opus Abbatis Benedictini Solesmensis *apostolico Brevi* meruit distingvi, quod quemadmodum meritas tribuit auctori laudes ob egregie disiectas fallacias, erroresve adversariorum praerogativae pontificalis, ita gravibus verbis hos ipsos adversarios perstringit. Tenor Rescripti Apostolici est: „Dil. fili etc. Dolendum profecto est, dilecte fili, nonnullos esse inter *catholicos,* qui, dum hoc nomine gloriantur, *vitiatis penitus imbuti principiis,* adeo *praefracte istis adhaerent,* ut non modo plane subiicere nesciant intellectum adverso huius S. Sedis iudicio, communi etiam Epporum as-

sensu et commendatione roborato; sed imo censentes societatis humanae progressum et felicitatem illis omnino niti, *Ecclesiam inclinare* conentur *ad sententiam suam,* seque solum sapere arbitrati reliquam omnem catholicorum familiam aliter sentientem *ultramontanae* partis nomine designare non erubescant. Quam quidem *insaniam* eo compellunt, ut *divinam ipsam Ecclesiae constitutionem refingere* adgrediantur et exigere ad recentiores civilis regiminis modos, *quo Supremi Rectoris ei a Christo praepositi facilius deprimant auctoritatem*, cuius praerogativas expavescunt. Quamobrem *perniciosas* quasdam *doctrinas* saepius *improbatas* audacter in medium proferunt, uti indubias aut saltem plane liberas, *corradunt e veteribus earum propugnatoribus captiunculas historicas*, *mutila Scriptorum testimonia*, *calumnias Romanis Pontificibus affictas*, *sophismata* quaevis; eaque omnia sepositis omnino solidis argumentis, quibus centies explosa sunt, *impudentissimi* regerunt: eo spectantes, ut animos commoveant, suaeque factionis homines et imperitorum vulgus adversus communem ceterorum sententiam incitent. Quo sane incoepto praeter damnum invectae perturbationis fidelium, et detractarum ad trivia gravissimarum quaestionum, *insipientiam audaciae parem* deplorare cogimur. Nam si firmiter cum ceteris catholicis tenerent oecumenicam Synodum a Spiritu S. regi, soloque eius afflatu definire ac proponere quae credenda sunt, numquam in animum inducerent vel ea definiri posse uti de fide, quae revelata revera non sunt, aut obsint Ecclesiae, vel humanas artes impedimento esse posse Spiritus S. virtuti, quominus ea, quae revelata sunt et Ecclesiae utilia, definiantur. Vetitum certe non ducerent, ea qua decet ratione proponi Patribus difficultates, quas huic aut illi definitioni obstare arbitrantur, ut lucidior e disceptatione veritas emergeret; at uno huius acti studio prorsus abstinerent ab artibus, quibus captari solent in comitiis populi suffragia, tranquillique et reverentes expectarent supernae illustrationis effectum. *Utilissimam* igitur *operam Ecclesiae te impendisse censuimus, qui praecipua ex eiusmodi scriptis refellenda suscepisti, eorumque simultatem, violentiam et artes ea soliditate demonstrasti, eo nitore, ea sacrae archaeologiae scientiaeque eccle-*

siasticae copia, ut plurima paucis complexus, praestigium omne sapientiae abiudicaveris iis, qui sententias involvebant sermonibus imperitis; restitutaque veritaie fidei, iuris et historiae, cultis indoctisque fidelibus consulueris. Pergratum itaque tibi ob oblatum volumen profitemur animum exitumque faustum et amplissimum ominamur lucubrationi tuae. Eius vero auspicem et paternae nostrae benevolentiae pignus apost. bened. etc. Datum Romae die 12 Martii 1870."

1951—1953. **Gueranger** *Defense de l' Eglise Romaine contre les accusations du R. P.* „Gratry." 1. 2. 3. Paris. 1870. Quemadmodum praecedente libro Eppum Suranum, ita tribus praesentibus fasciculis Oratorianum presbyterum *Gratry* refutat, seu epistolas ipsius ad AEppum Mechliniensem erudite pro more suo in nihilum redigit. Satis sit memorare, quam praeclare Solesmensis Abbas obiiciat Oratoriano Gallo tria gallica pro supremo S. Sedis magisterio testimonia. Primum Synodi *Melodunensis* a. 1579: „Omnes et singuli tum clerici tum laici amplectantur et aperta professione *eam fidem* pronuncient, quam *S. Romana Ecclesia, magistra, columna et firmamentum veritatis*, profitetur et colit. Ad hanc enim propter suam principalitatem necessum est omnem convenire Ecclesiam." Alterum *Petri de Marca* AEppi Parisiensis: „Commune hoc officium *communionis cum Ecclesia Romana*, cui impendendo cum ceteris provinciis *Gallia* adstringitur, cognoverat ante omnes vetustissimus ille Lugdunensium antistes *Irenaeus*, qui *unus scripsit, quod omnes sentiebant:* Ad Romanam Ecclesiam, inquit, propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam; quasi diceret: iuxta sinceriorem illorum verborum interpretationem *eam esse vim unitatis, quae principium et originem a Petri Sede trahit, ut cum ea sentiendi necessitatem ceteris imponat.*" Tertium celebris Cameracensis APraesulis *Fenelonii:* „Quaeris a me, quid sentiam de Summorum Pontificum auctoritate. Praesto est responsum. Ea, quam amplector, sententia ita in medio posita est, ut non desperem, transalpinos vestros nostrosque cisalpinos doctores eo temperamento conciliari posse; neque tamen spero, criticos in eam sententiam descensuros esse; sobrie sapere nolunt, temperata quoque aspernantur. — Hos

plus quam haereticorum sectas Ecclesiae metuo; siquidem catholico nomine personati intra septa Ecclesiae impune grassantur. — Eos tantum hic compellare sat erit, qui pacis et unitatis amantes fatentur, *Ap. Sedem ex institutione Christi aeternum Ecclesiae Catholicae fore fundamentum, caput atque centrum.*"

1954—1961. **Dechamps** Archeveque de Malines, *Lettres au* „P. Gratry": 1. *Lettre ou Introduction.* 2. *Le Pape Honorius.* 3. *Le Breviaire.* 4. *Les Decretales.* Paris et Malines. 1870. Quatuor epistolis Gratrii opposuit Mechliniensis Antistes aeque quatuor literas, suumque adversarium ad silentium redegit. Epistolae primum in *ephemeridibus Parisiensibus* vulgatae, subseque separatim edltae, quasvis obiectiones Gratrii elidunt: Honorium Papam vindicant; Breviarii Romani auctoritatem sustentant; (refellendo fundate *Gratrii* obiectionem, quasi in lectione Breviarii Romani de S. Leone II studio et fraudulenter exmissum sit nomen Honorii Papae, in Syn. CPna propter errorem monotheliticum damnati) declarationem cleri Gallicani anni 1682 perstringunt, et declarant, tempus iam adesse, ut doctrinae declarationis huius, hactenus per Ecclesiam toleratae, tandem reiiciantur. Ex epistola II ad presb. orator. Gratrium notare licet, Eppum Gratianopolitanum (hodie AEppum Lugdunensem) *Ginoulhiac* in sua resolutione quaestionis conferentialis de praetenso Honorii Monothelitismo a. 1867 reiecisse suspicionem interpolationis, ex eo, quod Honorius Papa nec regulam fidei in suis epistolis pro Ecclesia statuerit, nec dogmaticam definitionem ediderit, nec haereticam doctrinam positive succolaverit, ac proinde nulla adsit sufficiens ratio ad effugium interpolationis assumendum.

1962. **L. Vevillot** *la Liberté du Concile.* Paris. 1870. Libellus mole parvus sed magni pretii, retundit obiectiones adversariorum infallibilitatis contra libertatem Synodi positas.

1963. **Planté** *le Gallicanisme et le Jansenisme comparés, depuis 1682 jusqu' a nos jours.* Nantes 1870. Solida refutatio Gallicanae Declarationis anni 1682, et apologia inerrantiae pontificiae.

1964—1972. *Tu es Petrus*; — *L' infaillibilite du Pape*; — **Foesser** *de infallibilitate Petri et successorum*;

— **Thierry** *Gousset et l' infaillibilite;* — **Mury** *l' infaillibilite des Papes d' apres l' histoire:* **Revue catholique de l' Alsace.** 1870. nr. 1. 7. 9. 13. Partim articuli originales, partim recensiones. Disquisitio latina tertia est ligata oratione concinnata: e qua unum alterumve versum subnectimus:

„Divo quae soli Petro Deus edidit olim,
Petrum infallibilem lucida verba probant.
Ast quae iura Deus voluit concedere Petro,
Successori omni cessa fuisse liquet.
Omnipotens autem si non est vana locutus,
Tunc infallibilis stat quoque Papa Pius."

In eodem opere periodico occurrunt sequentes articuli minores pro infall. R. Pontificis: pag. 214: **Mury** *un poeme intitulé:* „La Veillée de Pie IX, *par* Pennarun;" pag. 241: **Marbach** *le Concile du Vatican et M.* „Schneegans" (contra asserta viri huius in ephemeridibus proposita; — p. 329: **Marbach** *le Progres religieux et le Concile du Vatican;* — p. 337: **Wernert** *le docteur* „Sepp" *et le Concile.*

1973. *L' Infaillibilité du Pape: simple Reponse aux arguments de M.* „Dupanloup." *Par un Theologien.* Paris et Malines. 1870.

1974. *Le Gallicanisme d' apres M.* „Dupanloup": **Petit Echo de Rome.** Paris. 1870. I. 694.

1975. *Ephemerides de l' Infaillibilité.* Ibid. pag. 773. 790. II. 5. 21. 37. 54. 71. 86. ss. Sub praevio titulo vulgant gallicae ephemerides historiam et documenta pro infallibilitate a Gallis agnita.

1976. **Gassiat** *les Irreconciliables de l' Eglise.* Ibid. II. 103. Contra *Loyson* et alios gallicanos scriptores, pro famosis articulis Gallicanae declarationis anni 1682 pugnantes.

1977. *Erreurs et mensonges historiques relatifs a la Papaute et a l' Eglise.* Ibid. p. 108. 124. praetensas aberrationes Pontificum in fide reiicit.

1978—1981. **Buguet** *Rome ou la mort! Commentaire de l' appel de Pie IX aux protestants.* Ibid. pag. 775. ss.

Disquisitio isthaec iam in literatura anni huius de Concilio Vaticano generali memorata a nobis fuit: sed nec hoc loco praetereunda est, quia identidem tractat quaestionem de infallibilitate: signanter p. 793: *La raison sans l' infaillibilite*; p. 810: *La Bible sans l' infaillibilite de l' Eglise Romaine*; III. p. 119: *Rome base inebrandlable de la foi dans tous les siecles.*

1982. **Cantu** *le Gallicanisme et le Quietisme:* **Le Contemporain.** 1870. nr. 103. p. 390.

1983. **Maynard** *l' assemblée du Clerge de France en 1682:* **Revue des questions historiques.** 1870. Livr. 16.

1984. **Mermillod** Eveque d' Hebron, *Lettre pastorale sur le Concile et l' Infaillibilité.* Geneve. 1870. Eximia epistola pastoralis, fusius indicans, doctrinam de infallibilitate R. P. esse vetustissimam Ecclesiae doctrinam, ab ipso Christo Domino traditam. Omnes obiectiones adversariorum fundate dispellit eadem epistola.

1985. **E. de Marin** *de l' infaillibilite doctrinale attachée au caractere apostolique de l' Eglise; precedé d' une lettre de felicitation de M.* „Roviere de Cabrieres" *Vicaire General de Nimes.* Paris et Bruxelles. 1870. Auctor uberius expendit meritum Honorii Papae, et obiectiones exinde petitas dispellit.

1986. **H. Ramiere** S. I. *l' abbé* „Gratry" *et M.* „Dupanloup" *Eveque d' Orleans.* Toulouse. 1870. Tam Honorium adversus *Gratrii* accusationes iustificat, quam observationes *Dupanloupii* contra opportunitatem definitionis de infallib. R. P. enervat: sequenti apostolico rescripto *Pii IX* laudatus: „Novas animadversiones tuas in eorum scripta, qui catholicorum animos perturbare non desinunt, libenter excepimus; nec inopportunum certe praesentibus adiunctis censuimus *supplementum* illud *hebdomadarium*, quod de Concilii rebus adiicere coepisti periodicis commentariis tuis de cultu SS. Cordis Iesu. Expedit enim, ut qui facile sophismatis arte commoventur, originis eius malitia cognita cautiores fiant, et ab omni vento doctrinae se circumferri non patiantur. Hanc vero originem te

nuper dilucide demonstrasse gaudemus per illum, quem oculis subiecisti, consensum errorum, utut discordium et invicem pugnantium; siquidem omnes norunt, in hoc unum omnes convenire errores, ut veritati adversentur, solumque cunctis esse concordiae illicem veritatis odium. Quae sane malignitas fontis dum ostendit, sensus hodie demum audacter erumpentes occasione nacta ex ipsa profluere opinionum indole, quas scriptores profitentur: simul auctoritatem eorum subvertit, reprobatque sententiam, et praeterea sponte fideles inclinat ad impensiorem observantiam et amorem erga hanc veritatis cathedram, quam huiusmodi armis impeti vident, et cuius ductu structas fidei suae insidias tam facile se vitare posse comperiunt. Gratulamur itaque tibi, laboribusque tuis faustiorem semper et ampliorem ominamur exitum. Eius vero auspicem et paternae benevolentiae nostrae pignus apost. bened. etc. Datum Romae die 9 Mart. 1870.“

1987. **Schneemann** S. I. *Etude sur la question d' Honorius. Traduit de l' allemand.* Paris. 1870. Versio gallica opusculi germanici ante plures annos concinnati, occasione controversiae per presbyterum Oratorii Gratry suscitatae instituta et in lucem edita.

1988—1990. *Mandement de M. l'* **Eveque de Strasbourg** (Räss) *portant jugement et condamnation de deux lettres de M. l' abbe* „Gratry.“ 1870. Decretum Eppi Argentinensis literas Gratrianas damnans prodiit mox in pluribus gallicis ephemeridibus, signanter *Monde* nr. 30. Eppus pro motivo damnationis assumsit plures erroneas, Ecclesiae et S. Sedi iniuriosas, et ad damnatos iam errores ducentes sententias auctoris. Conabatur Auctor, vulgata primum in diario *Gazette de France*, dein in epistola quarta declaratione, contra errores sibi imputatos se tueri, suamque inconcussam erga auctoritatem Ecclesiae adhaesionem profiteri. Verum, quum non obstante censura praesulea errores suos porro quoque ab se manuteneri fateatur, declaratio ipsius non est sufficiens, vereque animadvertit Censor *Lacensis:* „Dass diese Erklärung nicht genügt, ist leicht ersichtlich, da der Verfasser gerade das aufrecht hält, was ihm hauptsächlich das gerechte kirchliche Urtheil zugezogen hat.“

1991—1992. **Marin de Boylesve** S. I. *Catechisme de controverse: L' Infaillibilite.* Poitiers. 1870. Ex ephemeride *Semaine liturgique de Poitiers* separatim edita disquisitio, occasione vulgatae pastoralis literae Aurelianensis contra opportunitatem definitionis elucubrata, et catechetica methodo observationes Aurelianenses dissipans.

1993. *Le Concile et le Bas Clerge francais.* 1870. Exiguae molis broschura pro Clero inferiore edita, et pro infallibili R. P. magisterio pugnans.

1994. **I. B. F. Pompallier** Archeveque d' Amasie, *Lettre pastorale sur l' Auctorite de l' Eglise Catholique.* Lyon. 1870. Cumprimis infallibile magisterium S. Sedis propugnat.

1995. *Priviléges de S. Pierre et de ses successeurs jusqu' a la fin des temps. Par un pretre du Diocese de Viviers.* Largentiere. 1870. Ex historia probat privilegium inerrantiae R. P. et castigat declarationem gallicanam anni 1682.

1996. **Colombier** S. I. *la Condamnation d' Honorius, et l' Infaillibilite du Pape:* **Etudes religieuses** — *par des Peres de la Comp. de Iésus.* Paris. 1870. IV. Serie. T. 4. p. 819. et T. V. 29. 257. 373. 533. Initium eruditae dissertationis in ultimo anni 1869 fasciculo continetur, et continuatur Tomo V anni 1870. Ab omnibus obiectionibus, quas sive *Maret* sive *Gratry* formavere, vindicat causam Honorii, et praerogativam pontificiae inerrantiae egregie tuetur.

1997—1999. **Matignon** S. I. *du Pouvoir judiciaire des Eveques en matiere de foi: Reponsa a un nouvel Ecrit de M.* Maret. Ibid. V. 93. Refutat librum, quem instar apologiae suae concinnavit a. 1869 *Maret,* ut suo loco notavimus: *Le Pape et les Eveques, defense du livre sur le Concile* etc. Apposite ad rem citat Auctor verba *Ballerinii* (de primatu R. P.) circa quaestionem: an decisio S. Sedis novo examini Synodi Oecumenicae subiicienda sit eo scopo, ut post examen de ea iudicium feratur? „In his circumstantiis quis eiusmodi examen cum libertate quadam dissentiendi aut

contradicendi haereticis vel schismaticis, bono unitatis concessum, in argumentum trahere potest contrarium auctoritati apostolicae, *acsi de apostolica definitione licuerit ambigere, antequam concilium post examen et cognitionem concordiae eiusdem definitionis cum veterum Conciliorum et Patrum doctrina sententiam ferret?* Nonne haec ratio si quid valeret, libertas quoque dicenda esset concessa dissentiendi vel a definitionibus synodi generalis, si ad persvadendos contumaces novum examen novumque iudicium institueretur?" — Disquisitio prodivit Parisiis 1870 separatim edita ex antelato opere periodico. Paulo post autem novam vulgavit auctor disquisitionem: *Du droit iudiciaire des Eveques. Seconde reponse a* Maret. Paris. 1870.

2000—2001. **Matignon** S. I. *la Question de l' infaillibilite papale aux cinq premiers siecles de l' Eglise, a propos des lettres du* „P. Gratry." Ibid. V. 400. Ex sensu ac sententia primorum 5 seculorum demonstrat tum id, quam necessaria existimata fuerit communio cum S. Sede Romana in rebus fidei, tum id, quod omnes crederent, S. Sedem, super quam Ecclesia fundata est, errare haud posse; ubique refellendo asserta Gratrii, et in memoriam ipsius revocando classicos Patrum textus, Irenaei, Cypriani, Ambrosii, Optati, etc. Ex *Ambrosio* memorat: „Advocavit ad se Eppum, — percunctatusque ex eo est, *utrum cum Eppis Catholicis, h. e. cum Romana Sede conveniret.*" (Lib. de obitu Satyri.) Ex *Gelasio:* „Non veremur, ne *apostolica sententia* resolvatur, quam et vox Christi et maiorum traditio, et canonum fulcit auctoritas, *ut totam potius Ecclesiam semper ipsa iudicet.*" (Ep. ad Faust.) — Dissertatio *Matignoni* separatim quoque edita est Paris. 1870.

2002. **Ch. Daniel** S. I. *la Controverse sur les lettres du* „P. Gratry." Ibid. V. 630. Recensio plurium opusculorum contra epistolas Gratrianas.

2003. **Colombier** S. I. *a propos de la quatrieme lettre du* „P. Gratry." Ibid. V. 956. Examen criticum et detectio errorum in quatuor epistolis Gratrii occurrentium.

2004. **Colombier** S. I. *la Cause d' Honorius.* Ibid. VI. 148. Recensio aliquot opusculorum de causa Honorii.

2005—2006. **Gautrelet** S. I. *Lettres d' un Theologien a une dame du monde sur les discussions soulevées par la question de l' infaillibilite.* Paris. 1870. Item: *Lettres d' un Theologien a un homme du monde sur la question de l' infaillibilite du Souverain Pontife.* Lyon et Paris. 1870.

2007. **Colombier** S. I. *le Pape* Honorius *et M.* „Hefele." Paris. 1870. Epistola ad Eppum Rottenburgensem pro Honorio.

2008. **De Iubainville** *la Litterature sur le Pape Honorius:* **Revue bibliographique universelle.** 1870. V. 2.

2009. **Lefebve** *la 1 lettre du P.* „Gratry" *a M.* „Dechamps" *sur l' infaillibilite du Pape:* **Revue catholique de Louvain.** 1870. III. 2. p. 193.

2010—2011. **Gueranger** *de la Definition de l' Infaillibilite Papale a propos de la lettre de M. d' Orleans a M. de Malines:* **Revue du Monde Catholique.** Paris. 1870. N. Serie. IX. 1. Crisis epistolae Eppi *Aurelianensis* (Dupanloup) ad AEppum *Mechliniensem* (Dechamps). Prodivit etiam distincte eodem anno Parisiis.

2012—2014. **Dechamps** *l' infaillibilite et le Concile general*: *Lettre a M.* „Dupauloup" : *Lettres au P.* „Gratry." *Ed. IX.* Malines. 1870. Nona editio aucta est tum Brevi Apostolico ad auctorem, tum epistolis ad Praesulem Aurelianensem et ad presbyterum Gratry.

2015—2016. *Reflexions d' un theologien sur la reponse de M. l' Eveque d' Orleans a M. l' Archeveque de Malines.* Turin et Paris. 1870. Opusculum praesens non multo post altera editione cum auctoris nomine prodivit in lucem sub titulo: **H. Sauvé** chan. theol. *Reflexions sur la reponse etc. Deuxieme edition, revue, corrigée, et augmentée.* Laval. 1870.

2017—2019. **Ramiere** S. I. *la mission du Concile revelée par l' abbé* „Gratry". Toulouse. 1870. Articulus ephemeridis *Bulletin du Concile* separatim editus, et Gratrii literas infallibilitati adversas acute perstringens. Item: *L' Abbé* „Gratry", *le Pseudo-Isidore, et les Defenseurs de l' Eglise Romaine.* Toulouse. 1870.

2020. **Baron de Letino Carbonelli** *l' inopportunité de la Question d' opportunité. Lettre a M. l' Eveque d' Orleans.* 1870.

2021. **Nardi** *observations sur les lettres de M. l' Eveque d' Orleans.* Paris. 1870. Versio gallica ex italico originali, iam laudato in literatura anni 1869.

2022. **Gueranger** *Reponse aux dernieres obiections contre la definition de l' infaillibilite du Pontife Romain.* Paris. 1870. Examen opusculi: *Observationes quaedam de infall. Eccl. subiecto* Neapoli vulgati. Omnia XVI capita opusculi percurrit, et detectis in eodem pluribus sophismatibus et erroribus, cumprimis relate ad proiectatum quaestiones dogmaticas decidendi modum svadet auctori, (Card. Rauscher) ut sepositis suis XVI capitibus, maioritati Concilii se associet: ne secus ansa praebeatur, ipsum Dominum, Ecclesiae fundatorem, accusandi, quasi in sua Ecclesia certum ac stabile fundamentum et supremum pro controversiis omni tempore dirimendis necessarium iudicium constituere intermiserit!

2023. **Freppel** Eveque d' Angers, *veritable etat de la question agitée entre le Pape S. Etienne et S. Cyprien, touchant le bapteme des heretiques. Leçons faites a la Sorbonne en 1863.* Turin. 1870. Opusculum ex occasione quaestionis de infall. R. P. denuo vulgatum, ad confutandos eos, qui existimant, nullum extare primis seculis vestigium creditae infallibilitatis pontificiae.

2024—2025. **Boylesve** S. I. *le Pape et les Gallicans d' autrefois.* Paris. 1870. Examen declarationis gallicanae anni 1682. Item: *L' Eglise et le Pape.* Paris. 1870.

2026. **Felix** S. I. *l' infaillibilite pontificale: Conference a Notre-Dame de Paris.* Paris. 1870.

2027—2028. **H. de Valori** *Infaillibilite du Pape;* et: *Rome, le Christ, et le Concile.* Paris et Avignon. 1870.

2029. **Marie-Antoine** Mission. Capucin, *Entretiens theologiques sur les grandes questions du jour: Concile, Infaillibilite.* Toulouse. 1870. Insigniter pertractat quaestionem de infallibilitate. Ostendit: *Gallicanismum* non esse *nationalem* opinionem Gallorum, imo potius doctrinam de infall. R.

P. fuisse in Gallia constanter propugnatam. Citat *Gersonii* verba: *Ante Constantiense Concilium ita mentes occupaverat ista — de Summi Pontificis infallibilitate — traditio, et tam radicata et medullitus imbibita erat, ut oppositorum doymatisator fuisset de haeretica pravitate notatus vel damnatus.* (De pot. Eccl.)

2030. *G. M. I. D. Iubile du Concile. Quatrieme edition.* Lyon. 1870. Distincto capite agit de infallibilitate R. P.

2031. **F. Marie** O. Praem. *de l' infaillibilite pontificale:* **La Cour d' Honneur de Marie.** Avignon. 1870. p. 987.

2032. *Probabilités d' une Definition:* **L' Echo de Rome,** *Publication hebdomadaire scientifique.* Paris. 1870. I. 187.

2033. *La Lettre de M.* „Gratry". Ibid. p. 216.

2034. *De l' Orthodoxie du Pape Honorius I.* Ibid. p. 229.

2035—2036. **Nardi** *le Pape Honorius.* Ibid. p. 232. Extractus ex articulis in ephemeride Mediolanensi *L' Osservatore Cattolico* primum vulgatis.

2037. **M. Aymar** *M. Gerbet et M. Gratry.* Ibid. p. 234. Producit ex opere *Gerbeti* „de Roma christiana" inscriptionem seu epitaphium Honorii I Papae, ad refutandum Gratrium. Inscriptio sic habet:

„Pastorem magnum laudis pia proemia laudant,
Qui functus Petri hac vice summa tenet;
Effulget tumulis nam praesul Honorius istis,
Cuius magnanimum nomen honorque manet.
— — Quem *doctrina potens* quem sacrae regula vitae
Pontificum pariter sanxit habere decus.
Sanctiloqui semper in te commenta Magistri
Emicuere, cui tamquam fecunda nimis
— — *Tecumque veritas ad vitae metam permanet.*"

2038. *Le Livre de* „Ianus". Ibid. p. 234.

2039. **Desbons** *de la Minorite dans les Conciles Oecumeniques.* Ibid. p. 250. et II. 49.

2040. *Lettre de* **S. Vincent de Paul** *sur l' opportunité des decisions en matiere de foi.* Ibid. p. 252. Sententiam *S. Vincentii a Paulo* super inerrantia decisionum fidei S. Sedis explicat.

2041. *L' Oecumenicite du Concile de Florence.* Ibid. p. 253. 282. Ex historia C. Florentini et temporis immediate sequentis ostendit oecumenicitatem huius Synodi contra obiectiones illorum, qui decretum Florentinum de Primatu impetunt.

2042. *Mandement de M. l'* **Eveque de Strasbourg** *portant jugement et condamnation des deux lettres de M. l' abbé* „Gratry". Ibid. p. 293.

2043. *Le Dr.* „Döllinger" *et la Petition des Eveques au Concile.* Ibid. p. 294. 309. Expendit tam adserta Doctoris Monacensis quam argumenta Patrum Concilii in Postulato de infallib. R. P. contenta.

2044. *Le Pape Honorius et le P.* „Gratry". Ibid. p. 297. 333. 342. Profert testimonia fidei in praerogativam inerrantiae S. Sedis tempore Honorii Papae.

2045. *Opportunite d' une Decision en faveur de la doctrine de l' infaillibilite du Pontife Romain.* Ibid. p. 312. Iuxta opus *Guerangerii* Abbatis Solesmensis de pontificali monarchia, superius laudatum.

2046. *Lettres au P.* „Gratry" *par M.* „Dechamps" *Archeveque de Malines.* Ibid. p. 314. 325. 380. 397.

2047. *Texte des lettres du Pape Honorius et du Patriarche Sergius.* Ibid. p. 329.

2048. **Gueranger** *Contradictions de M.* „Maret". Ibid. p. 345.

2049. *Reponse a la 2 lettre du P.* „Gratry". Ibid. p. 359.

2050. *Mandement de M. l'* **Eveque de Quimper et de Leon** *sur l' Infaillibilite du Pape.* Ibid. p. 364.

2051. **E. d' Alzon** *Extrait d' une lettre de M. d' Alzon, Vicaire General de Nimes.* Ibid. p. 373. Pro opportunitate definitionis infallibilitatis pontificiae.

2052. *La derniere lettre du Comte de* „Montalembert." Ibid. p. 374. Crisis epistolae ad Praelatum quemdam datae contra infall. R. P.

2053. *Un argument contre M.* „Dupanloup." Ibid. p. 377.

2054. *Lettre de M.* „Spalding" *Archeveque de Baltimore a M.* „Dupanloup" *Eveque d' Orleans.* Ibid. p. 390. AEppus Baltimorensis reflexiones ponit contra plura asserta Eppi Aurelianensis in huius literis ad APraesulem Mechliniensem contenta.

2055. *Unanimité du Concile dans les decrets dogmatiques.* Ibid. p. 392. 405. Contra praetensam suffragiorum unanimitatem.

2056. **Gueranger** *De la Definition de l' Infaillibilite Papale a propos de la Lettre de M. d' Orleans a M. de Malines.* Ibid. p. 408. 421.

2057. *Academie de S. Thomas d' Aquin.* Ibid. p. 427. Extractus dissertationis per *P. Gatti* O. Praed. in Academia huius Ordinis lectae de sententia S. Thomae pro infallibilitate R. P.

2058. *Ephemerides de l' Infaillibilite.* Ibid. II. 6. 29. 45. 61. 77. 100. 125. 141. 157. 172. etc. Collectio documentorum ex Gallia pro infallibilitate R. P.

2059. **Nardi** *Observations sur les lettres de l' Eveque d' Orleans.* Ibid. II. 35. Liber Nardii prodivit separatim Paris. 1870. ut suo loco notavimus.

2060. **Gassiat** *Gallicanisme et Demagogie.* Ibid. p. 79.

2061. **Nardi** *un Dogma nouveau.* Ibid. p. 87. Refellit *Mareti* praecipuam obiectionem, acsi per definiendam inerrantiam R. P. novum dogma stabiliretur, ostendendo, doctrinam de hac praerogativa S. Sedis in Ecclesia semper viguisse.

2062. **Iean de Vicq** *a l' Ecole, les Gallicans!* Ibid. p. 111.

2063. **Gassiat** *la Moderation Gallicane.* Ibid. p. 127.

2064. *Du Gallicanisme theologique: Lettre de M. l'* **Archeveque de Cambrai** *a son Clerge.* Ibid. p. 131. 146. 161. Epistola pastoralis Archi-Praesulis Cameracensis, quam in Monumentis nostris Conciliaribus exhibuimus.

2065. **Desbons** *les adresses au S. Pere.* Ibid. p. 176. De epistolis Cleri Curati Galliarum ad Summum Pontificem pro inerrantia eiusdem in rebus fidei ac morum. Huiusmodi epistolas exhibuimus in nostris Monumentis Conc. Vatic.

2066. **Gustave Contestin** *le Pape Honorius I:* **Bouix** *Revue des Sciences eccles.* Arras et Paris. 1870. XXI. 97.

2067. **Durand** *une nouvelle edition de la Theologie de Toulouse.* Ibid. p. 134. Citat auctor novissimam editionem *Theologiae Tolosanae* (instar libri classici in Galliis adhibitae), de infallibilitate S. Sedis sic disserentis: „*Hodie IV praefati articuli*, (1682) *utpote auctoritati vere supremae Summi Pontificis oppositi, etiam in Gallia respuuntur, nec illos ab aliquo publice edoceri iam toleraret auctoritas ecclesiastica.* Iamvero quaestio est: *utrum Romanus Pontifex ex cathedra loquendo sit infallibilis*, eiusque decreta sic emissa sint prorsus irreformabilia, antequam accedat Ecclesiae consensus? *Negativa sententia a pluribus olim propugnata fuit, in Galliis praesertim, atque consignata in declaratione Cleri Gallicani. Hodie vero haec sententia ab omnibus deseritur.* In hypothesi autem, si fieri posset, quod maior pars Epporum se separaret a Summo Pontifice, eique minor pars tantum adhaereret, sine dubio infallibilitas permaneret apud Eppos Summo Pontifici adhaerentes. Romanus Pontifex est fons visibilis, a quo dimanat omnis saltem expedita iurisdictio in Ecclesia.“

2068. **E. Grandclaude** *conditions et fondements de l' infaillibilite des Conciles Oecumeniques.* Ibid. p. 189. Omnem Concilii Oecumenici auctoritatem et inerrantiam a Papa pendere ostendit, allegans antiquiorum aeque ac recentiorum doctorum sententias eum in sensum depromtas, ut assererent: *Ab ipso* (Papa) *pendere solo decernere, dirimere, declarare, definire authentice fidem universalem ac necessariam; — infallibilem assistentiam Spiritus S. non esse aliunde repetendam, quam a promissione Divo Petro facta; unde propter connexionem, quam supponimus dari inter Eppos et Pontificem Maximum in Concilio Generali, statuendum*

esse, Eppos illic congregatos nullo modo errare posse in rebus de fide decernendis; si tamen fuerint congregati totius orbis Eppi, absentibus Pont. Max. et eius legatis, Eppos subiici erroribus; citra et contra singulorum suffragia, imo praeter et supra omnium vota, Pontificis solius declarationi atque sententiae validam vim ac irreformabilem adesse potestatem.

2069. **Montrouzier** S. I. *une leçon de Catechisme sur l' infaillibilite du Pape.* Ibid. p. 305. Brevis catechetica instructio.

2070. **H. Girard** *Les objections contre la definition dogmatique de l' infaillibilite pontificale.* Ibid. p. 323. Crisis responsi, quod Eppus Aurelianensis dedit APraesuli Mechliniensi.

2071. **Defourny** presb. D. Remensis, *Sentiments du Clerge du second ordre et des fideles français sur le Pape: reponse a M.* „Dupanloup." Ibid. p. 400. Refellit Eppi Aurelianensis observationes ex effatis et factis inferioris Cleri Gallicani et fidelium, e quibus eruitur: tenuisse olim iam et clerum et fideles: *Ecclesiam Romanam errare non posse; — hanc esse Sedem, ad quam determinatio fidei et approbatio veritatis catholicae, ac haereticae impietatis detestatio maxime pertinet; communem fuisse apud theologos et canonistas Galliae usque annum 1682 sententiam, quae inerrantiae privilegium Romano Pontifici adiudicat;* (Petr. de All. — Ferraris) iureque optimo scripsisse ad Gallos Clementem XI: *Interrogate maiores vestros, et dicent vobis, non esse particularium Antistitum, Apostolicae Sedis decreta discutere, sed adimplere.*

2072. **Petr. le Tallec** *Theses ex universa theologia.* Romae. 1870. Auctor, sacerdos gallicus e Seminario SS. Cordis Mariae, in thesibus his IV Nonas Iul. in *Collegio Romano S. I.* propugnatis 24 propositiones inseruit de Ecclesia et Conciliis, signanter *de monarchia in Ecclesia B. Petro et successoribus collata, de inerrantia Papae ex cathedra loquentis, de superioritate eiusdem supra Concilia, de invali-*

ditate decisionum seu doctrinalium seu disciplinarium, si non accedat approbatio Pontificia, de Sede Petri, sine qua nec bene sit nec omnino sit Ecclesia etc. Dedicavit opellam suam B. Petro Principi App. cum sequente inscriptione: *Petre, Apostolorum Princeps, Ecclesiae conspicuum Caput et Magister, cui inerrantis iudicii donum, perpetuo iure ad successores tuos Romanos Pontifices transmittendum, Christus Deus contulit; hanc te auspice et patrono de re theologica universa disceptationem init* Petrus le Tallec *sacerdos e Seminario gallico SS. Cordis Mariae, teque orat, ut, qui Magnum Concilium Vaticanum ante tuos collectum cineres moderaris, exiguum ingenii tentamen bona ope iuves.*

2073—2074. **Guignard** *Reflexions d' un laique sur la lettre de M. l' Eveque d' Orleans au clerge de son diocese relativement a la definition de l' infaillibilite au prochain Concile.* Corbeil et Troyes. 1870. Nova editio. Librum hunc commendat *Chantrel* in ephemeride „Univers" 1870. nr. 987 velut talem, qui observationes Aurelianenses funditus dissipet et evertat.

2075—2077. **Eug. Veuillot** in praeclara ephemeride sua **Univers**. 1870. nr. 989. primam epistolam *Gratry* ad AEppum Mechliniensem castigat, una et diaria gallica *Gazette, la France, Moniteur* etc. in quibus *Gratry* laudatus fuit. — Idem Redactor *nr. 990* ex historia Synodi Oec. VI. vindicat *Honorium* ab accusationibus Gratrii; ac rursum *nr. 992* castigat tam Gratrium, quam eius apologetas in diariis liberalibus gallicis.

2078—2079. **Aubineau** recenset nr. 990 eiusdem diarii opus *Loysoni* apologeticum pro declaratione anni 1682. — Idem eiusdem scriptoris literas apologeticas pro suo opere ad redactionem diarii missas, docte refutat nr. 995.

2080. **Chantrel** ibid. nr. 976. analisat *pastoralem instructionem Eppi Leodiensis* **Montpellier** *de Conc. Oec. Vat.* a. 1869 editam. In ea doctus Praelatus auctoritatem Summi Pontificis et infallibilem et Oecumenica Synodo superiorem esse commonstrat.

2081—2082. **E. Schnaiter** *le Pape Honorius et M. Gratry.* Ibid. nr. 993. 997. 1007. 1012. 1018. Erudita Honorii apologia contra epistolas Gratrianas. Ei subnectit *Vevillot* iudicium Eppi Gratianopolitani *Genovilhac* de controversia Honorii a. 1868 depromtum, et per nos superius iam laudatum.

2083—2085. **Desquers** *lettres sur le dernier ecrit de M.* „Gratry". Ibid. nr. 993. Epistolae criticae, quas diversi censores adversus scripta Gratrii ad redactionem diarii *Univers* expediverunt. Similes epistolae occurrunt etiam nr. 999. 1018.

2086—2087. *Univers* — Nr. 995: *Guerangeri* Abbatis Solesmensis crisim super opusculum Gratrii de Honorio extractive producit. — Ibidem indicatur: *Gratrium* in libro *Mois de Marie* a. 1859 edito Meditatione 13 — *diserte profiteri inerrantiam Rom. Pontificis qua Capitis Ecclesiae et Supremi Doctoris.*

2088. **Iules Morel** *M. l' abbé Gratry et Galilee.* Ibid. nr. 998.

2089. *Discours prononce par M.* **Berteaud** *Eveque de Tulle dans l' Eglise de S. André della Valle a Rome.* Ibid. nr. 999. De infallibilitate R. P.

2090. **Cornet** *M. Döllinger et l' Infaillibilité.* Ibid. nr. 1000. Severa crisis, ut meretur, articuli Döllingeriani in Augustana ephemeride mense Ianuario evulgati. De hoc articulo Censor sic iudicat: „Voila bien des efforts d' erudition pour echapper au S. Esprit! et la tirade finale suffit a faire comprendre, sans le secours du discernement surnaturel, quel est l' esprit qui s' est longtemps abrité sous l' anonyme et qui vient aujourd' luic éplucher les syllabes pour obscurcit la verité et égarer les fideles! M. Döllinger, en étudiant pendant la moitie de sa vie les ecrits de la Riforme du XVI siecle, en a sucé le venin; il le distille depuis 1861, en se donnant la mission de faire la chronique scandaleuse des Papes et d' avilir la sainte Eglise. *Alea iacta est.* Libre a lui de chercher querelle aux Péres du Concile par ses exégeses sophistiques empruntées des bouquins du gallicanisme: nous n' en admirerons pas moins dans le *Videtur Spiritui S. et nobis*,

grand, sublime et solennel, le souffle de cet Esprit qui nous montre une fois de plus la malediction de la science égoiste et orgucilleuse. *In ruinam et salutem multorum in Israel.*"

2091. **E. Schnaiter** eiusdem diarii nr. 1002. extractive memorat decreta recentiorum *Conciliorum Galliae* pro infallibilitate R. P. signanter CC. *Remensis*, *Ambianensis*, *Avenionensis*, *Albiensis*, *Aquensis*, *Senonensis*, *Lugdunensis*, *Tolosani*, *Auscitani*, *Turonensis*, *Burdigalensis:* quae omnia de irreformabili Papae iudicio in rebus fidei loquuntur.

2092. **E. Vevillot** in eodem numero (1002) *Honorium* contra Gratrianas exceptiones tuetur.

2093. *Discours prononcé par M. l'* **Eveque de Poitiers** *dans l' Eglise de S. André della Valle le XIV Ianvier 1870 en la Fete de S. Hilaire.* Ibid. nr. 1003. Pro inerrantia pontificia.

2094. *Lettres au P.* „Gratry" *par M.* „Dechamps" *Archeveque de Malines.* Ibid. nr. 1004. 1036. 1037. 1049.

2095. **Desbons** *la Minorité dans les Conciles Oecumeniques.* Ibid. nr. 1005.

2096. „M. Döllinger" *et les Definitions* „ex cathedra". Ibid. nr. 1005. Ex antiquis documentis explicatur sensus definitionum *ex cathedra*.

2097. **Chantrel** eiusdem ephemeridis nr. 1007 refutat *Döllingerum* in merito controversi ab ipso textus decreti Florentini.

2098. **E. Vevillot** *nouvelle brochure de M.* „Gratry". Ibid. nr. 1010. Refutatio secundae epistolae Gratrii ad AEppum Mechliniensem.

2099—2100. I. **Morel** *Correspondance entre l' Eveque d' Orleans et M. Urquardt.* Ibid. nr. 1012. Celebris anglicani doctoris *Urquardti* (in nostra literatura iam laudati) correspondentia cum Eppo Aurelianensi de huius reflexionibus quoad definitionem infallibilitatis R. P. Correspondentia haec vulgata fuit primum in ephemeride *Diplomatic Review* de 2 Febr. 1870.

2101. *Discours prononcé par M. l'* **Eveque de Carcassone** *dans l' Eglise de S. André della Valle a Rome le*

XI Ianvier 1870. Ibid. nr. 1016. Pro infallibili magisterio R. P.

2102. **Cornet** *Manifestations Ianistes en Allemagne.* Ibid. nr. 1016. et 1030. De Döllingerianis motibus in Germania.

2103. *Opportunité d' une decision en faveur de la doctrine de l' infaillibilité du Pontife Romain.* Ibid. nr. 1017. et 1021. Extractus ex opere *Guerangeri:* „De la monarchie pontificale".

2104—2105. **I. Morel** *deuxieme lettre de M.* „Gratry" *a M. de Malines.* Ibid. nr. 1017. Crisis alterius epistolae Gratrianae. Ei continuo subnexa est alia eiusdem epistolae recensio: *La seconde lettre de M. Gratry,* quae in XI capitibus eandem penitus prosternit.

2106. **Chantrel** *reflexiones in epistolam secundam* „Gratryi" *ad AEppum Mechliniensem.* Ibid. nr. 1019.

2107. **A. Maunoury** *le Pape Honorius et M. Gratry.* Ibid. nr. 1021. Commentatur in literas *Leonis II,* per quas acta Concilii Gen. VI de Honorio anathematisato approbavit, et detegit plures errores in latina versione textus.

2108. **Schnaiter** nr. 1021 diarii eiusdem censet: declarationem anni 1682 ex principiis schismaticis Conc. Basileensis ortam esse.

2109. *Instruction pastorale de M. l'* **Archeveque de Cambrai** *sur le Concile Oecum. du Vatican.* Ibid. nr. 1023. Litera pastoralis AEppi Cameracensis pro infall. R. P. Roma ad Clerum dimissa, cuius textum exhibuimus in Monum. Concilii Vat.

2110. **Schnaiter** in eodem nr. 1022. plurium mutilationum in citatione textuum arguit *Gratrium.*

2111. **L. Vevillot** *les Fausses Decretales.* Ibid. nr. 1024. Contra *Gratrii* epistolas, cum reflexione ad recentiores eruditorum disquisitiones.

2112—2113. **Desquers** nr. 1027. refellit argumentationes ephemeridis *National* adversus infallib. R. P.

2114. *Mandement de M. l'* **Eveque de Strasbourg** *portant jugement et condamnation de deux lettres de M.* „Gratry". Ibid. nr. 1029. Decretum Eppi Argentoratensis

(Räss) de damnatis primis duabus literis Gratrii ad APraesulem Mechliniensem.

2115—2122. **Desquers** *Mandements de NN. SS. les Eveques pour le Careme de 1870.* Ibid. nr. 1029. 1031. 1033. 1037. Extractus e literis pastoralibus Praesulum Galliae, in quantum pro infallibili R. P. magisterio se enunciant; signanter Praesulum: *Atrebatensis*, *Ruthenensis*, *Pictaviensis*, *Augustodunensis*, *Bituricensis*, *Versaliensis*, *Cenomanensis*, *Corisopitensis.*

2123. **I. Morel** explicat fusius textum classicum *Irenaei* pro Primatu Ecclesiae Romanae: *Ad hanc enim Ecclesiam* etc. iuxta opus *Guerangeri:* „La Monarchie Pontificale" etc. Ibid. nr. 1030.

2124—2125. In eodem numero diarii *Univers* continetur duplex litera ad *Gratrium:* una ab Eppo Diakovariensi *Strossmayer*, altera ab Eppo *Briocensi:* utraque pro dicto presbytero favorabilis. Subnectit redactio diarii congruam animadversionem contra duplicem epistolam Praesuleam. Textum germanicum epistolae Eppi Diakovariensis iam citavimus.

2126. **Schnaiter** *S. Vincent de Paul et la Question de l' Opportunité.* Ibid. nr. 1031. Sententia *S. Vincentii* pro inerrantia R. P.

2127—2128. **Du Lac** *la nouvelle lettre de M.* „Gratry". Ibid. nr. 1032. 1036. Extractus e refutatione Gratrii a *Guerangero* adornata in libro: *Defense de l' Eglise Romaine* etc. Idem refellit nr. 1042 tertiam Gratrii epistolam, et plures mendaces citationes eiusdem retegit.

2129—2142. *Circulaire de M. l'* **Eveque de S. Dié** *portant condamnation de deux lettres de M.* „Gratry." Ibid. nr. 1033. Similis tenoris literas pastorales Epporum *Leodiensis* et *Atrebatensis* continet sequens numerus 1034; item Epporum *Cenomanensis*, et *S. Claudii* nr. 1035.; porro Eppi *Ruthenensis* nr. 1039 sub titulo: *Circulaire — sur les nouvelles aggressions dirigées contre le S. Siege et l' Eglise Catholique;* et AEpporum *Tolosani,* ac *Cameracensis* nr. 1051.; prout et literas adhaesionis ad censuram Eppi Argentinensis ex parte Praesulum *Montis Albani*, *Versaliensis*, *S. Dionysii* nr. 1040. tum ex parte Eppi *Lucionensis* nr. 1047.;

Eppi *Ratisbonensis* nr. 1052.; *Patriarchae et Praesulum ritus chaldaei* nr. 1056. et plurium adhuc Praesulum in subsequis numeris diarii.

2143. *S. Bernard et l' Infaillibilite.* Ibid. nr. 1041. Suppl. Ex opere *Iosephi a S. Stephano* O. Cist. *Theol. dogmata* desumtum, et per nos in opere nostro iam exhibitum, continet multiplices titulos, quibus *D. Bernardus* sui temporis Pontifices Maximos ornavit, ceu totidem testimonia pro sententia huius Ecclesiae Doctoris de infall. R. P.

2144. **I. Morel** nr. 1048 infallibilitatis pontificiae adversariis in memoriam revocat declarationem, quam a. 1831 ephemeridis *Avenir* scriptores *Lamennais*, *Gerbet*, *Lacordaire*, *Montalembert* etc. S. Sedi praesentarunt, in qua et *thesim de superioritate Concilii supra Papam reiiciunt,* et *supremam docendi auctoritatem in Romano Pontifice agnoscunt*, et plenam ei subiectionem promittunt.

2145. **Guignard** nr. 1048 et 1086 probat contra *Döllingerum,* in decreto Florentino nullam intervenisse falsificationem.

2146. *La nouvelle Sorbonne.* Ibid. nr. 1048. Anonymus Professor theologiae ad „novam Sorbonam" refert triumviros *Maret*, *Gratry* et *Loyson,* eorumque asserta confutat.

2147. **Du Lac** *S. Thomas d' Aquin et l' infaillibilité des Pontifes Romains.* Ibid. nr. 1049.

2148. *Lettre de M.* **Bonjean** *Vicaire Ap. de Ceylon a M.* „Dupanloup" *Eveque d' Orleans.* Ibid. nr. 1051. Contra responsum Eppi Aurel. ad APraesulem Mechliniensem.

2149—2150. **Du Lac** *la nouvelle lettre de M. l' Eveque d' Orleans.* Ibid. nr. 1053. Recensio critica epistolae Aurelianensis Praelati ad APraesulem Mechliniensem. Allegat cetera inter sequentem textum celebris *Roccaberti* „Bibliothecae Maximae Pontificiae" conditoris: *Adeo certum est, privilegium non errandi Romano Pontifici esse concessum, ut non modo catholica veritate tenendum sit, ipsum in rebus fidei errare non posse; verum etiam oppositum ut haereticum ab Ecclesia damnari valeat.* (De infall. R. P. l. 1. c. 1.) — Idem auctor prosequitur recensionem nr. 1063 et 1072: *La derniere lettre de M. l' Eveque d' Orleans.*

2151. **Desquers** *de l' accord des Eveques dans la condamnation des hérésies.* Ibid. nr. 1071. Contra praetensam unanimitatem moralem suffragiorum.

2152. **Desjardins** S. I. *les Autorités de M. l' Eveque d' Orleans.* Ibid. nr. 1071. 1077. 1093. Doctum examen epistolarum Eppi Aurelianensis, non modo plures errores retegens, quibus illustris Praelatus se obnoxium fecit, verum etiam citatis ab illo auctoritatibus alias opponens, et clare evolvens, communiorem et veriorem fuisse theologorum sententiam de eo, quod Papae definitionis infallibilitas non pendeat a Concilio, sed etiam extra illud quaestionem fidei infallibiliter definiat.

2153. *Lettre de M.* **Spalding** *Archeveque de Baltimore a M.* „Dupanloup" *Eveque d' Orleans.* Ibid. nr. 1073. Contra epistolam Eppi Aurelianensis ad APraesulem Mechliniensem, cum reflexione ad suum Postulatum circa schema infallibilitatis, (ut in Monumentis Conc. narravimus).

2154. **Cornet** *les principes de M.* „Döllinger." Ibid. nr. 1078.

2155. **Gueranger** *de la Definition de l' infaillibilite papale a propos de la lettre de M. d' Orleans a M. de Malines.* Ibid. nr. 1082. 1086. Extractus ex libro *Guerangeri* iam laudato.

2156. **Chantrel** *la lettre de D.* „Newman" *a M.* „Ullathorne." Ibid. 1087. Examinat *epistolam Newmanni ad Eppum Birminghanensem* contra infall. R. P. per nos iam citatam; et observat, auctorem in suis occasionalibus sermonibus a. 1857 editis infallibilitatem R. P. tamquam Vicarii Christi propugnasse.

2157. *Mandement de M. l'* **Eveque de Moulins** *sur le Concile et sur l' inestimable don d' une definition de l' infaillibilité pontificale.* Ibid. nr. 1088.

2158. **A. Roussel** *Lettre de plusieurs* (deux) *Eveques d' Amerique a M. l' Eveque d' Orleans.* Ibid. nr. 1091. Crisis epistolae, quam duo Americani AEppi, quippe *S. Ludovici* (Kenrick) et *Cincinnatensis* (Purcell) contra literam AEppi Baltimorensis (paulo superius laudatam) Eppo Aurelianensi misere.

2159—2160. **Du Lac** *nouvelle lettre de M. l' Eveque*

d' Orleans a M. l' Archeveque de Baltimore. Ibid. nr. 1093. Succincta crisi prosequitur epistolam: uberius eandem examinat nr. 1096. et 1099.

2161. **Desbons** *la Minorité dans les Conciles.* Ibid. nr. 1094.

2162. *Lettre de M. l'* **Eveque de Versailles** *au clerge de son diocese.* Ibid. nr. 1098. Pro plenitudine potestatis Vicarii Iesu Christi et inerrantia eiusdem magisterii.

2163. *La Bretagne et le Gallicanisme.* Ibid. nr. 1099. Evolvit articulus constantem provinciae huius gallicae adhaesionem erga supremam R. P. docendi auctoritatem, ab omni errore immunem.

2164—2165. **Du Lac** nr. 1102. refellit ephemerides *Gazette de France*, in quibus sententia *Bellarmini* sic proponebatur, quasi infallibilitati pontificiae minus fuisset propitia.

2166. **Morel** nr. 1107. examini subiicit impium libellum (suo loco notatum) gallicum: *Ce qui se passe au Concile*, quem Patres quoque Concilii condemnarunt.

2167. **F. Raillard** *le Pape est infaillible.* Ibid. nr. 1106. Auctor de Clero Parisiensi.

2168—2169. *Tradition de l' Eglise de Chartres touchant l' autorité du Souverain Pontife.* Ibid. nr. 1109. Ex scripto periodico *La Voix de Notre-Dame de Chartres* transumtus articulus.

2170. **Guignard** eodem numero (1109) recenset librum *Plasmanni* (per nos iam citatum) de AEppi Mechliniensis sententia. (Lettre critique a M. de Malines.)

2171—2172. Eiusdem diarii nr. 1111 continetur brevis recensio opusculi: *Disquisitio moralis de officio Epporum in emittendis suffragiis circa personalis et independentis infallibilitatis R. P. definitionem.* Opusculum superius citavimus et uberius analisavimus. Fusior recensio occurrit nr. 1113 et 1131. diarii *Univers*, auctore *Guignardo.*

2173. *Lettre de M. l'* **Archeveque de Cambrai** *au clerge de son diocese.* Ibid. nr. 1118. Altera litera pastoralis APraesulis Cameracensis Roma ad Clerum contra Gallicanis-

mum dimissa, et in nostris Monumentis Conc. Vat. per extensum vulgata.

2174. *Breve apostolicum Pii IX ad redactorem primarium diarii* **Aloysium Vevillot** Ibid. nr. 1118. Cum ephemeris *Univers* inconcussae suae adhaesionis erga principem Ecclesiae Cathedram multiplici ratione splendida ediderit documenta, sequente meruit illius redactor honorari Rescripto Summi Pontificis: „Pius PP. IX. etc. Significationes illas devotionis et amoris, quas proprio et sociorum tuorum nomine a te factas excepimus, dum amplam a fidelibus commissam ephemeridi tuae stipem nobis offerebas, acceptissimas quidem habuimus; nec parum ipso munere delectati sumus, sive uti pignore filialis pietatis plurimorum, sive etiam uti *fructu certaminis, a te iamdiu pro religione et hac S. Sede suscepti.* Splendidius tamen istud et nobilius fieri nobis est visum, cum didicimus, a popello praesertim et ab inope Galliarum clero haec nobis collata fuisse subsidia, siquidem eo plures in hoc opus convenisse oportet, quo tenuiores esse debuerunt singulorum symbolae; unde patet, antiquam fidei simplicitatem vigere in plerisque, et *eiusmodi esse Clerum, qui arctae animorum cum ista veritatis cathedra coniunctioni confirmandae promovendaeque naviter adlaboret.* Quare vix quidquam svavius contingere nobis potest per haec tempora, qui moerentes conspicimus, *quantum gliscentes passim errores animabus periculum conflent, et quo nisu Ecclesiae et huius S. Sedis osores filios nostros a nobis avellere conentur.* Quamobrem gratulamur tibi sociisque tuis ob faustum laborum vestrorum exitum; gratulamur illis, qui eos in propriae pietatis confirmationem convertunt; gratulamur clero, qui eorum vestroque proposito adstipulatur exemplo zeloque suo; et omnibus mercedem religione sua et caritate diguam adprecamur. Divini vero favoris auspicem paternaeque nostrae benevolentiae pignus tibi, dilecte fili, sociis, familiaeque tuae ac ceteris, quos commendavimus, bened. apost. etc. Datum Romae die 19. Maii 1870.

2175. **F. Dunot** *du pretendu droit des minorités dans les Conciles Generaux.* Ibid nr. 1119. 1121. Contra praeten-

sam a minoritate Synodi unanimitatem suffragiorum in rebus fidei decernendis.

2176. **Gueranger** *la quatrieme lettre du P.* Gratry. Ibid. nr. 1122. 1129. 1139. 1155. Examen quartae epistolae *Gratryi* ad AEppum Mechlin.

2177.—2178. **Du Lac** nr. 1126 contra ephemeridem *Correspondant* necessitatem unanimis suffragii propugnantem.

2179. *Extrait de la reponse de D.* Gueranger *aux dernieres obiections contre la definition de l' infaillibilite du P. R.* Ibid. nr. 1127.

2180.—2181. **Dunot** *une page de theologie gallicane.* Ibid. nr. 1130. Citat ex opere gallicano *Claudii Regnier* Parisiis 1789 edito sententiam eiusdem super eo, quod maior pars Epporum Romano Pontifici unita sufficiat ad decernendam de fide quaestionem.

2182—2183. **Pierre Pradie** *l' infaillibilite du Pape.* Ibid. nr. 1131. Est extractus ex philosophico auctoris opere *de philosophie et de science.*

2184—2185. **Desjardins** S. I. *de l' Unanimité dans les definitions de foi.* Ibid. nr. 1132. 1135. 1138. Doctus commentarius in praxim Ecclesiae de ratione suffragiorum sub Conciliis, simul confutatio depostae unanimitatis in suffragando. Huc pertinet et alia refutatio dicti opusculi sub nr. 1142 auctore *Du Lac.*

2186. **Antoine de Macedo** Eveque de Para (Brésil) nr. 1133. vulgat literam de eo, quod *Eppus Aurelianensis* contra omnem theologorum sensum et Ecclesiae mentem desideret unanimitatem suffragiorum in Concilio quoad res fidei. Citat inter alia hanc *Melchioris Cani* sententiam: *Pondus Conciliis dat Summi Pontificis et gravitas et auctoritas: quae si adsit, centum Patres satis sunt; si desit, nulli sunt satis, sint quamlibet plurimi. Nec si maior pars Patrum vere sentiat, Summus Ecclesiae Pontifex repugnabit; id enim ad peculiarem Christi procurationem pertinet, semperque pertinebit, ne Ecclesia in factiones duas dividatur. Nec Romanus unquam Pontifex contra Patres vere sentientes dixit.* (De Loc. theol. l. 5. c. 4.)

2187. **Chantrel** *documents de Hongrie, qui montrent bien quelle a toujours été la croyance de ce pays catholique relativement a l' infaillibilité du souverain Pontifé.* Ibid. nr. 1133. Recenset aliquot documenta pro constanti traditione Ecclesiae Hungaricae de infallibili magisterio R. P. partim ex „Conciliis Hungaricis editionis Péterffyanae", partim ex nostro opere „de Rom. Pontifice 1867. vulgato." Sunt autem documenta haec: *damnatio declarationis Cleri Gallicani de a. 1682 in Synodo Tyrnaviensi* eiusdem anni facta; *doctrina Synodi Tyrnaviensis de a. 1560; decreta Synodorum Strigoniensis a. 1858, Colocensis a. 1863;* item *nova editio Scripturae S.* in hungaricum idioma conversae, sub auspiciis APraesulis Agriensis 1865 facta, in notis ad Luc. XXII. 31. 32.

2188. **I. Morel** nr. 1134 examinat libellum: (Eppo Aurelianensi tamquam auctori adscriptum) *de l' Unanimite morale necessaire dans les conciles.*

2189. *Lettre de M. l'* **Archeveque de Cambrai** *au Clerge de son diocese sur le Gallicanisme theologique.* Ibid. nr. 1136. Gallicanismi erudita castigatio et eversio. Tertia epistola pastoralis AEppi Cameracensis pro inerrantia R. P.

2190—2192. **De Lansade** eodem numero (1136) recenset ephemerides Parisinas *Revue des Deux-Mondes,* et *Journal des Debats,* quae articulos vulgarunt infallibilitati adversos.

2193. **Jaquenet** *croyance de la Hongrie a l' Infaillibilité du souverain Pontife.* Ibid. nr. 1136. Censuram *Synodi Hungaricae* sub Primate *Georgio Szelepcsény* habitae de declaratione gallicana anni 1682 exhibet.

2194—2195. **Eug. Vevillot** nr. 1137 recenset liberalem ephemeridem Aurelianensem infallibilitati R. P. inimicam *L' Impartial du Loiret.*

2196. *Lettre de M. l'* **Eveque du Puy** *au clerge de son diocese sur le Concile Oecumenique du Vatican.* Ibid. nr. 1139. Pro infallibilitate R. P.

2197—2198. **Cornet** *l' Allemagne et la doctrine de l' infaillibilite.* Ibid. nr. 1142. De statu quaestionis in Germania disserens, citat ex opere *Antonii Wissingh* professoris

Trevirensis circa finem sec. 17 scribentis (Medulla totius theol. schol.) versus sequentes:

„*Q.* Si quaeras, *an Pontifex sit supra Scripturam?*
R. Nego: rerum Artifex non vult hic rupturam;
Ast *habet iudicium controversiarum*
Primum, summum, ultimum, in hac inventarum.
Habet et legitimam hanc auctoritatem
In totam Ecclesiam, atque potestatem,
Ut quae credibilia cunctis sunt, proponat,
Quaeque agibilia, omnibus imponat.
Q. Circa quae sit *infallibilis Papae auctoritas?*
R. Papa si quid sentiat ut doctor privatus,
Non vero definiat, est errare natus;
Errare non poterit in definiendo,
Si ut Papa dixerit, aut praecipiendo,
Dum quid re-vel approbat circa normam morum,
Summam nobis generat fidem sic dictorum;
Nam in hoc praestituit normam agendorum
Omnibus, et *adimit dubia errorum.*"

2199. **Dunot de S. Maclou** *l' Unanimite condamné par son propre aveu.* Ibid. nr. 1143.

2200—2201. *Lettre Circulaire de M. l'* **Eveque de Limoges** *au Clerge de son diocese.* Ibid. nr. 1144. Pro infallibilitate R. P. — Nr. 1153. continetur similis epistola *Eppi Foroiuliensis et Tulonensis.*

2202. **Desbons** *les Adresses au S. Pére.* Ibid. nr. 1149. Momentum magnum inesse ostendit epistolis, quas Clerus inferioris ordinis in Gallia pro infallibilitate R. P. ad Summum Pontificem dimittebat.

2203. *Lettre de M. l'* **Archeveque de Toulouse** *au Clerge de son diocese.* Ibid. nr. 1155. Eximia apologia inerrantiae Pontificiae, argumenta colligens quamplurima super hac Ecclesiae doctrina constanter credita, cumprimis in *Ecclesia Tolosana.*

2204—2205. *Les Oblats de Marie Immaculée et l' infaillibilité pontificale.* Ibid. nr. 1156. Articulus desumtus e periodicis paginis: *La Semaine liturgique de Marseille.*

2206. **Adrien de Thuret** nr. 1157 evolvit doctrinam *S. Augustini* de summis praerogativis Romanae Ecclesiae.

2207. Eiusdem diarii nr. 1159 ex *Catechismo* pro Dioecesi *Bisuntina* per actualem Card. AEppum *Caesarium Mathieu* praescripto et ex *liturgicis libris* ibi usitatis probatur: *Cardinalem hunc non posse inter illos numerari, qui infallibilitatis sunt adversarii* (Cardinalis Bisuntinus in Concilio semper ad Minoritatem pertinuit). In Catechismo Papa per eminentiam *doctor* appellatur, non solum fidelium sed et pastorum; in liturgia Bisuntina vero ad diem 3 Iulii ad missam et vesperas haec continentur: „*Navis Petri non quassatur*, contra fluctus obfirmatur, frustra ventis agitatur, *non timet naufragium;* — Petre, rector civitatis Christi, radix unitatis, *fons et norma veritatis.*“

2208. *Circulaire de M. l'* **Eveque de Rodez** *au Clerge de son diocese sur le Concile, l' infaillibilite pontificale et la grande manifestation du Clerge français.* Ibid. nr. 1160. Praeclara deductio pro infallibilitate pontificia, potissimum e testimoniis recentiorum Galliae Conciliorum. — Omnes articuli (133) e praestante diario **Univers** indicati et intimae erga Ecclesiae Caput visibile adhaesionis, et solidae doctrinae ac eruditionis, et singularis in debellandis adversariis dexteritatis dant specimen.

2209—2211. *Paris et les Péres du Vatican: Lettres Romaines sur l' Infaillibilite. Par le Theologien d' un Eveque au Concile.* Paris et Bruxelles. 1870. In forma epistolari erudite non minus quam vere percenset argumenta et tendentias adversariorum infallibilitatis, eaque acute perstringit. Novem epistolis constat opusculum, quae sub sequentibus titulis indicantur: „1. Etat des esprits a Paris. 2. Pourquoi le gallicanisme est-il a Paris l' opinion dominante? 3. L' opinion de l' ecole ultramontaine sur l' infaillibilite du Pape est-elle une doctrine absurde et ridicule? 4. La doctrine de l' infaill. du Pape est-elle absurde ou ridicule quant a son objet? 5. L' infaill. du Pape, envisagée dans son sujet, est-elle une doctrine absurde ou ridicule? 6. L' idée d' une infaill. personelle est-elle nouvelle pour un chrétien et inouie dans l' Eglise? 7. Existe-t-il une connexion necessaire entre l' infaill.

doctrinale et l' impeccabilité morale eu la sainteté? 8. La sagesse divine ne serait-elle pas en défaut si elle avait fait de l' infaill. pontif. la pierre angulaire de son Eglise et le premier principe de sa consideration sociale? 9. Les jugements *ex cathedra* sont-ils autre chose qu' une locution absurde ou ridicule?" — Epistolas has vulgavit etiam diarium *Univers.* 1870. nr. 1047. ss. — Censores *Lacenses* sequens ferunt de libro iudicium: „Der Verfasser hat es verstanden, die grossen Concilsfragen, womit sich alle Welt beschäftigt, nicht nur in höchst populärer, sondern auch in anziehender Weise dem Publicum zu bieten. Die mit französischem Salz und Geist gewürzten Plaudereien, die den Leser unterhalten, belehren ihn gleichzeitig über sehr wichtige Wahrheiten, und sind ganz geeignet, weit verbreitete Vorurtheile wirksam und gründlich zu bekämpfen."

2212. **Girardin** *de la conduite a tenir en présence des controverses actuelles.* Paris. 1870. Eximius liber, de infall. R. P. et eius definiendae opportunitate disserens.

2213. **Maupin** *l' Infaillibilite doctrinale d' apres les docteurs protestants.* Paris. 1870.

2214. **Dechamps** *la Question d' Honorius: Lettre au P.* „Gratry." Paris. 1870. Separata editio ex quatuor epistolis AEppi Mechliniensis, de quibus superius sermo erat.

2215. **L. Petetot** *Post-Scriptum sur Honorius.* Paris. 1870. Contra broschuram Eppi Rottenburgensis *Hefele.*

2216. **Grandclaude** *Catechisme sur l' Infaillibilité pontificale.* Paris. 1870.

2217. **Ravinet** Eveque de Troyes, *Lettre a un de ses amis au sujet de la brochure:* „La derniere heure du Concile." 1870.

2218. **Vignet** S. I. *l' Eglise, le Pape et son Infaillibilite, les Conciles a l' occasion du Concile Oecum. du Vatican. Ed. 2.* Paris. 1870.

2219. **Montrouzier** S. I. *Catechisme de l' Infaillibilite du Pape: Preuves et Explications, Objections et Reponses.* Arras et Paris. 1870. Separata et auctior editio dissertationis, quae primum in foliis eccles. Atrebatensibus *Revue des sciences eccl.* prodierat, ut suo loco monuimus. Auctor sequens

retulit rescriptum nomine Summi Pontificis: „A. R. P. Tua lucubratio Atrebati typis edita titulum praeferens *Catechisme de l' Infaillibilite du Pape*, cuius exemplar SS. D. N. Pio IX officiosis literis offerendum censuisti, dum tuae pietatis ipsi argumentum praebuit, zelum pariter tuum commendavit, quo utilitati fidelium hoc tempore, cum antiquae fidei simplicitas laeditur, pro tua parte consulere statuisti. Utrumque tuae pietatis ac zeli specimen perspiciens B. Pater, opusculum tuum benigno animo excepit; et, quamquam ad illud delibandum impedimento ipsi fuerint gravissimae, quibus distinetur, curae, dignum tamen sua laude duxit consilium, quod a te susceptum est, scilicet in asserendis Apost. Sedis praerogativis sanctorum ac doctorum virorum auctoritate utendi, quae maxime valere debet, ut legentium animi salubrius instrui et plenius in rectis sensibus possint confirmari. Dum autem Sanctitas Sua salutares fructus tuis laboribus ominatur, me iussit gratum suum animum pro oblato munere, necnon paternam caritatem tibi significare, qua tibi coelestium munerum auspicem apost. benedictionem peramanter impertivit. Mihi autem pontificiis mandatis libenter perfuncto gratum hoc accidit, ut possim sinceram meam gratulationem expromere et existimationem tibi profiteri, votis apud Deum additis omnis verae felicitatis. Romae, die 9 Iul. 1870. Carolus Nocella, SS. D. N. ab epist. lat.“

2220. **Leon Gautier** *l' Infaillibilite devant la raison la foi et l' histoire.* Paris. 1870. Ex triplici obtutu, rationis, fidei, et historiae egregie pertractat quaestionem, et Summos Pontifices *Liberium*, *Vigilium*, *Honorium* vindicat.

2221—2222. *Lettre de M. l'* **Archeveque de Cambrai** *au clerge de son diocese sur le Concile Oecumenique du Vatican.* Paris. 1870. Item: *Lettre — sur le Gallicanisme theologique.* Paris. 1870. Utramque epistolam, pro infallib. R. P. et contra Gallicanismum insigniter pugnantem, iamque in literatura laudatam, Monumentis nostris inseruimus.

2223. *La Cause d' Honorius, documents originaux avec traduction, notes et Conclusion.* Paris. 1870. Erudita lucubratio, veraque Honorii apologia. *Documenta* triplici vulgat idiomate, latino, graeco, et gallico. In sic dicta *Conclu-*

clusione haec tria demonstrat: *literas Honorii non esse haereticas, non esse dogmaticas, nec Honorium qua haereticum damnatum fuisse.* Accedit *Bibliographia*, recensens opuscula de Honorii causa. Memoratu dignum, quod narrat auctor: *Nicolaum Maniacutium* Can. Regul. Lateran. Sec. XII his versibus celebrasse Honorium:

„Honorium cum Severino teque Ioannes (IV)
Inter praedictos coelestes scribimus omnes."

Sed et *Novaës* refert (Elementi della storia de Summi Pontefici): a *Trombellio* detectum, et *Zaccaria* communicatum fuisse Calendarium Sec. XII, in quo Honorius I *Sancti* titulo decoratur.

2224. **Coldefy** *le Pape Honorius et M.* „Gratry". Paris. 1870.

2225. **E. Perrot** *au P.* „Gratry," *au sujet de ses lettres.* Paris. 1870.

2226—2227. **Larroque** *la question d' Honorius: lettre a M.* „Gratry." Toulouse. 1870. Et rursum: *Reponse a la II lettre de M.* „Gratry." Carcassone. 1870.

2228—2229. **Roques** *Reponse a la lettre du P.* „Gratry": Lavaur. 1870. Ibidem prodivit paulo post novum responsum ad alteram et tertiam epistolam Gratrii, sub titulo: *Reponses a la deuxieme et troisieme lettre de M.* „Gratry" *a M.* „Dechamps." Lavaur. 1870.

2230. **Colin** *le Pape Honorius: Reponse au P.* „Gratry." Montreal. 1870.

2231. **Pinsoneault** Eveque de Byrtha (Canada), *le dernier chant du cygne sur le* tumulus *du Gallicanisme: Reponse a M.* „Dupanloup." Montreal. 1870.

2232. **J. Loyseau** *le Chant du Cygne Gallican: Elegie de l' ecole liberale, Paroles et Musique du R. P.* „Gratry," *executé apres jugement prealable.* Paris. 1870. Egregium opusculum, in nihilum redigens quaevis Gratrii adserta; a pluribus Praesulibus commendatum.

2233. **C. J. Jeannel** l' *Infaillibilité étudiée dans l' Evangile et dans les Epitres.* Paris et Montpellier. 1870. Demonstratio Scripturistica pro infall. R. P.

2234. **Muzzarelli** *l' Infaillibilite du Pape prouvée* 1. *par les principes mémes et le sentiment universel de l' Eglise Gallicane*, 2. *par la doctrine et la tradition de l' Eglise Catholique*, Paris. 1870. Eximium opus saepius editum.

2235. **H. E. Manning** Archeveque de Westminster, *le Concile Oecumenique et l' Infaillibilite du Pontife Romain: Lettre pastorale adressée a son Clerge.* Paris. 1870. Editio gallica epistolae pastoralis APraesulis Westmonasteriensis, quam in literatura anglica anni 1869 recensuimus.

2236—2238. **J. Chantrel** tribus opusculis oppugnavit presbyterum Oratorianum *Gratry:* 1. *Le Pape Honorius: premiere lettre a M.* Gratry. Paris. 1870. — 2. *Les fausses Decretales: deuxieme lettre a M.* Gratry. Paris. 1870. — 3. *Paul IV et la Tyrannie Papale.* Paris. 1870. Auctorem in ephemeride *Univers* saepius in arenam descendisse adversus *Gratrium* superius monuimus.

2239. **Edmond Lafond** *Rome Oecumenique: lettres a un ami.* Paris. 1870. Decem epistolis propugnat inerrantiam R. P. cum singulari reflexione ad enunciationes Conciliares Patrum infallibilitati minus propitiorum. Textum *Divi Augustini* egregie allegat: *In Cathedra Unitatis posuit Deus doctrinam veritatis.*

2240. **Freppel** Eveque d' Angers, *S. Irenée et la Primaute du Pape.* Rome. 1870. In Sorbona lecta dissertatio a. 1860, et ex occasione discussae in Concilio infallibilitatis ex tomo IV operum auctoris separatim edita.

2241. **Ramiere** S. I. *le Programme du Concile trace par M. l' Eveque d' Orleans.* Toulouse. 1870. Fusior crisis opusculi Aurelianensis, infallibilem auctoritatem S. Sedis vindicans.

2242. **P. Honoré** (de l' Union au tr. s. Sacr.) *Refutation de la lettre de M. d' Orleans sur la question de l' infaillibilite du Pape.* Lyon. 1870.

2243. **Max. A. Magendie** *Sophismes de M.* „Dupanloup“ *dans la question de l' infaillibilite du Pape.* Paris. 1870.

2244. **Exupere de Prats-de-Mollo** Capuc. *la Question*

de l' Opportunité. Lettre a un Catholique. Perpignan. 1870.

2245. **Lettres** (1. 2.) *a un Catholique, precedée d' une adresse a M. l. Eveque d' Orleans.* Bordeaux. 1870.

2246. **Nicolas de S. Jean** Capuc. *Lettre a M.* „Dupanloup“ *Eveque d' Orleans.* Lyon. 1870.

2247. **J. J. Vallet** *le Pape, son autorité et ses glorieuses prérogatives dans le monde.* Bar-le-Duc. 1870.

2248. **De Ségur** *le Pape est infaillible: opuscule populaire. Ed. 10.* Paris. 1870.

2249. **Berteaud** Eveque de Tulle, *l' Infaillibilite: Discours; precedé d' une lettre de M.* „Louis Vevillot.“ Paris. 1870. Sermonis huius iam meminimus, recensendo articulos ephemeridis *Univers.*

2250—2251. **Ratisbonne** *le Pape.* Paris. 1870. Extractus ex ephemeride: „Annales des Méres chretiennes.“

2252. **Serres** Can. Nemausensis, *l' Infaillibilité du Pape parlant* „ex cathedra“ *est la verité catholique.* Nimes. 1870.

2253. **Heu** Vic. Gen. *qu' est-ce que l' infaillibilite du Pape.* Beauvais. 1870.

2254. **Honoré** *de la nature de la Suprematie et de l' infaillibilite du Pape.* Lyon. 1870.

2255. **Cheruel** *de l' obeissance et soumission qui est due a N. S. P. le Pape, en ce qui regarde les choses de la foi. Par* **L. Abelly** *Eveque de Rodez 1654. Edition nouvelle.* Paris. 1870.

2256. **Le Chartier de Sédouy** *Priere au Concile d' ajourner la question de l' infaillibilite du Pape.* Paris. 1870.

2257. **Baron de Claye** *la liberté, les principes de 89, et l' infaillibilite du Pape.* Meulan. 1870.

2258. *Le Vatican: Stances a M. Delcusy Eveque de Viviers, a l' occasion de son depart pour le Concile.* Lyon. 1870.

2259. **Emilian de Beroy** *Gallicans et Ultramontans a propos de l' infaillibilite du Pape.* Aix. 1870.

2260. **Maurice** *le Fond du Gallicanisme. Defensé du*

Vicaire de J. C. contre M. „Landriot“ *Archeveque de Reims, chef de file des XXXI.* Meulan. 1870.

2261. **Belet** *la Chute du Pape Honorius et la mission de M.* „Gratry.“ Tourcoing. 1870.

2262—2267. **Amedée de Margerie** Prof. de Nancy, *le Pape Honorius et le Breviaire Romain. Lettre au P.* „Gratry“ *en Reponse a sa lettre a M.* „Dechamps.“ Paris. 1870. Item: *Les Fausses Decretales et les Péres de l' Eglise. Seconde lettre au P.* „Gratry.“ Paris. 1870. Porro: *L' Infaillibilité. Troisieme lettre au P.* „Gratry“. Paris. 1870. Demum: *Quatrieme Lettre au P.* „Gratry“. Paris. 1870. Quatuor epistolis impugnat Gratrium. De Causa Honorii ita censet: quod Agatho Papa in duabus epistolis infallibilitatem R. P. pronunciaverit, Concilium Oec. VI has Agathonis literas, et consequenter infallibilem Papae auctoritatem agnoverit, eoque ipso fieri haud potuerit, ut idem Concilium Honorium Papam tamquam haereticum proprio sensu condemnaverit. Isthaec Honorii defensio censuram provocavit *Eppi Rottenburgensis* in libro suo *de causa Honorii* (supra recensito) sic depromtam, ut assertiones ac conclusiones Margerii neutiquam cum veritate concordare moneret. Interim censurae huic opposuit *Margerius* novum opusculum: *Reponse a M.* „Hefele“, *pour faire suite aux lettres au P.* „Gratry.“ Paris et Nancy. 1870. illudque Virgilii ingeminando: „Infelix puer atque impar congressus Achilli“, argumenta Hefeliana ad quatuor theses revocat, et evertit. Verum *Eppus Rottenburgensis* novam contra asserta Margerii adornavit *Defensionem pro se.* Neapoli. 1870. in eaque non modo hunc auctorem denuo refutare conatur, verum et alias Romae partim, partim alibi factas reflexiones et obiectiones solvere.

2268. **Riviere** (prof. Nemausensis) *le Pape Honorius et le Gallicanisme moderne: en reponse a la lettre du P.* „Gratry“ *a M. l' Archeveque de Malines.* Nimes. 1870.

2269. **André Dufaut** *la verité sur le Pape Honorius. Reponse au P.* „Gratry.“ Avignon. 1870.

2270—2275. **M. Rambouillet** *le Pape Honorius, l' Infaillibilité, et le VI Concile General: Refutation du P.*

„Gratry.“ Paris. 1870. Opusculum Pio IX P. M. dicatum cum hoc carmine:

„Petra domus Domini, Petri successor et haeres;
Invictum Christi qui regis imperium;
Urbis et orbis amor; fidissime Pastor ovilis;
Suscipias fidei pignora certa meae.“

Auctor insuper sequentes concinnavit contra Gratryum libellos: *Les fausses Decretales el les Prérogatives du Souverain Pontife; — S. Irenée et l' Infaillibilite; — Origene et l' Infaillibilite; — Le Pape Pelage I, S. Cyrille d' Alexandrie, et l' Infaillibilite; — S. Augustin et l' Infaillibilite. Refutation de M.* Gratry. Paris. 1870.

2276. **Baron de Roux** *Lettre au Pape.* Marseille. 1870. Epistola 6 Maii signata pro infall. R. P.

2277. **Chantrel** *les Papes et le Monothelisme.* Paris. 1870. Editio 3 ex occasione quaestionis de infall. Rom. Pont. procurata.

2278. **Belet** *les fausses Decretales et la tradition de l' Eglise devant les attaques de M.* „Gratry.“ Tourcoing. 1870.

2279. *Dom Gueranger, J. Chantrel, et A. de Margerie contre Gratry:* **Revue catholique de Louvain.** 1870. III. 3. p. 352.

2280. **Constant** *l' Infaillibilite du Pape et le dernier des Gallicans. Reponse a M.* „Maret.“ Avignon. 1870.

2281. *Le Dogme de l' infaillibilité d' apres l' Evangile.* Nantes. 1870.

2282—2284. **Fr. Frerejean** *quelques mots sur l' infaillibilité du Pape.* Annecy. 1870. Libello huic opposuit nonnemo sequentem broschuram: *L' Infaillibilite: Reponse a M.* Frerejean, *aucteur de la Brochure intitulée: quelques mots etc. Par un catholique Savoisien.* Annecy. 1870. Verum continuo strinxit calamum prior auctor: *Reponse au Vieillard d' Annecy condamné a mourir schismatique si le Concile du Vatican erige en dogme l' infaillibilite du Souverain Pontife.* Annecy. 1870.

2285. **Car. Aemilius Freppel** Eppus Andegavensis, *de Primatu Rom. Pontificis eiusque infall. magisterio iuxta ultima Galliarum Concilia Provincialia.* Taurini. 1870. Collegit doctus Praesul ea omnia, quae in postremis Galliae Synodis de Romano Pontifice enunciantur. Nulla quidem de infallibilitate Papae definitio in iis invenitur, cum talem edere ad Concilia particularia non spectet; sed data occasione sic se exprimunt, ut vix clariorem eligere potuissent formam ad sententiam suam declarandam. Loquuntur quippe Concilia Gallicana de absoluta mentis obedientia apostolicis Constitutionibus debita; de earum vi obligandi, virtute propria, nativo robore, independenter a cuiuslibet potestatis sanctione aut consensu; haecque omnia, ut auctor concludit, aut nullum praeseferunt sensum, aut infallibilitatem pontificiam necessario praesupponunt. Asserit porro, Praesules Galliae futuram definitionem huius praerogativae in Conciliis suis quadamtenus adumbravisse, eius perficiendae curam Generali Concilio relinquendo. Quod ut probet, percurrit acta et decreta Conciliorum Galliae, et ostendit: in Conciliis *Remensibus* a. 1849 et 1857 iuberi, ut Constitutiones Apostolicae velut *credendorum norma et conscientiae regula* teneantur; in C. *Avenionensi* a. 1849 de *plena ac absoluta mentis et oris obedientia* constitutionibus dogmaticis Summorum Pontificum debita sermonem fieri; in C. *Burdigalensi* a. 1850. omnia decreta S. Sedis esse *veram ac sinceram pro universali Ecclesia credendorum normam et conscientiae regulam* declarari; in C. *Albiensi* a. 1850 S. Sedem *in fide indefectibilem* esse, eiusve iudiciis *internum ab omnibus* deberi *assensum;* in C. *Tolosano* a. 1850 Constitutionibus Apostolicis vim ac nativum rorbur sic inesse, ut sint *norma credendorum et agendorum regula;* in C. *Bituricensi* a. 1850 enunciari: „quaecunque credenda et servanda decernit Summus Pontifex, haec *credenda et servanda amplectimur*;“ in C. *Lugdunensi* a. 1850 definiri: *Papam esse iudicem supremum controversiarum*, eiusque decretis circa fidem et mores corde et animo obsequium deberi ab omnibus; in C. *Senonensi* a. 1850 edici: *Romani Pontificis esse, doctrinas approbare vel reprobare, et canones antiquos immutare;* his similia in Conciliis quoque *Aquensi*, *Turonensi*,

Auscitano, *Parisiensi* statui ac decerni: post quae concludit auctor, ab omnibus Gallicis Synodis irreformabilitatem constitutionum dogmaticarum Summi Pontificis, atque ipsius e cathedra loquentis inerrantiam, independenter a quovis Epporum consensu, agnitam fuisse.

2286—2289. *De Concilio Vaticano, cum Appendice de Particularismo, i. e. de Gallicanismo et Italianismo.* Lugduni. 1870. Anonymus auctor, *(P.* **Hilarius** Capuc.) in praesenti libro tria coniungit opuscula: primum *de Concilio Vaticano*, a. 1869 concinnatum; alterum *de Particularismo, h. e. de Gallicanismo et Italianismo*; tertium *de duplici Italianismo,* utrumque posterius anni 1870 principio typis mandatum. Librum suum infallibili Romani Pontificis iudicio subiiciens, primum considerat statum mundi hodiernum: characterem eius dicit esse universalitatem seu *universitatem iniquitatis*, in id intentam, ut omnia destruat tum in doctrina, tum in bonis moribus, tum quoad auctoritatem Ecclesiae, opposito ei *Laicismo,* qui existimat, Civile Gubernium ab omni onere religionis solutum, omni gaudere auctoritate. Ad haec mala tollenda remedium a Concilio expectat, et proponit sequentia: Romani Pontificis Sedem oportere defendi contra Italianismum, et Status Pontificii inviolabilitatem solemniter declarari; conditiones extrinsecas S. Sedis debere ampliari, personam Papae exaltari, infallibilitatem eiusdem definiri, Concilia saepius celebrari etc.; quoad Eppos confici codicem hierarchicum, seu leges canonicas colligi, iuxta quas Eppi dioeceses regant; relationem inter Ecclesiam et Civitatem non scindi, sed presse determinari et maiorem unionem procurari; errores doctrinales damnari, sanctitatem in omnibus promoveri. De *Gallicanismo* censet. eo Ecclesiam et cumprimis potestatem Papae destrui, civilique imperio subiici; extremum quidem seu civilem gallicanismum hodie iam perrarum esse; sed et sic dictum moderatum eo tendere, ut penes omnem obedientiae Pontifici debitae professionem moderationis mensuram non in medio iusto veritatis quaerat, sed potius in iis, per quae sensim ad extremum descenditur gallicanismum. De *Italianismo* ait: *politicum* Italianismum tendere ad Italiae unitatem, *cle-*

ricalem vero id agere, ut Ecclesia Romana fiat exclusive italica. Tam Gallicanismum quam Italianismum refutat.

2290. **Hilarius** Capuc. *de dogmate infallibilitatis Romani Pontificis dissertatio brevis.* Lugduni. 1870. Opusculum mense Iunio ante definitionem impressum, tum ex S. Literis, tum e Traditione breviter instruit argumentum. Ex Vet. Testamento concludit cnm Bonaventura: si tempore sacerdotii figurativi sententiae Pontificis adversari malum erat, mortis poena mulctandum: multo fortius in tempore veritatis et gratiae revelatae malum fore, Vicarii Iesu Christi sententiae ac definitioni contrarium dogmatisare. In Novo Testamento ostendit Romano Pontifici in Petro conferri triplici sub respectu inerrantiam, nimirum in quoad auctoritatem, doctrinam et sanctitatem: auctoritatem in regimine, doctrinam in fide, sanctitatem in pastorali sollicitudine coniungi cum infallibilitate. Ex Traditione promendo argumentum, ostendit: SS. Patres testimoniis N. T. de Petro eam dedisse interpretationem, quae cum dogmate infallibilitatis maxime convenit, dum formaliter quidem expresso verbo infallibilem non dicunt Rom. Pontificem, sed ideam praerogativae magis semper magisque praecisam exprimunt, dicendo, quod ecclesiae fides sit ipsa fides Petri et successoris eius, fides erroribus impervia, fides indefectibilis, quam cuncti fideles ac pastores profiteri tenentur. Ostendit porro: traditionem Scholae clarius et distinctius expressisse dogma, et infallibilitatem R. P. asseruisse, sive dum statuit unitatem fidei in Ecclesia per unius (Papae) sententiam firmari, sive dum ex plenitudine potestatis Petro traditae infert infallibilitatem, sive dum Papam totius Ecclesiae Pastorem ac Doctorem nominat, sive dum inconcussam Romanae Sedis (sub qua ipsum Sedentem intelligit) fidem praedicat etc.

2291. **Hilarius** Cap. *de infallibilitate pontificali Ioannis XXII in controversia Fratrum Minorum.* 1870. Dissertatio ab auctore italice scripta et lecta in Academia Romana Religionis Catholicae die 9 Iunii 1870. Contra librum *Iani* tuetur inerrantiam Ioannis XXII.

2292. **Hilarius** Cap. *de doctrina* „Thomae ex Charmes“ *circa R. P. infallibilitatem, excerpta epistolae a quodam Patre Concilii ad aliquem Eppum gallice scriptae, et du-*

rante Concilio impressae. 1870. Ex opere *Thomae de Charmes* Capucini refutat Eppum, qui in Concilio Vaticano allegabat, ipsum infallibilitati R. P. contrarium extitisse. Ostendit Hilarius: Thomam de Charmes abstinuisse quidem ab agitanda controversia iuris, num Rom. Pontifex sit infallibilis; sed quoad quaestionem facti, utrum quippe Summus Pontifex ex cathedra definiens aliquando erraverit? clare semet enunciasse: *nullum unquam Pontificem ex cathedra pronunciantem errasse in fide aut moribus.*

II. *Ex Italia.*

2293. **Alfonso Muzzarelli** *del Primato e Infallibilita del Papa: Opuscolo estratto del* „Buon uso della Logica in materia di Religione." Torino. 1870. Eximium opus, cuius mentionem fecimus in opere nostro de Romano Pontifice.

2294. **Salzano** Vesc. di Tanes, *brevi riflessioni sul modo di risolvere e sull' opportunita di definire l' infallibilita del Pontefice Sommo.* Napoli 1870.

2295. *Esame critico dell' opuscolo: L' ultima ora del Concilio.* Firenze. 1870. Crisis gallici libelli, quem ipsi Praesides Concilii solemniter condemnarunt.

2296—2297. **Tommaso Knox** dell' Oratorio, *del Magistero infallibile della Chiesa. Opuscolo tradotto dall' Inglese.* Torino. 1870. Originale anglicum prodiit 1867. Libellus popularis.

2298. *Riflessioni d' un Teologo sopra la Risposta di M.* „Dupanloup" *Vescovo d' Orleans a M. Arcivescovo di Malines. Traduzione dal Francese.* Torino. 1870.

2299—2300. **F. M. Zinelli** Vesc. di Treviso, *intorno alla Infallibilita del Romano Pontifice. Avviso diretto ad alcuni caritatevoli Signori che vorrebbero illuminare la mente dei Vescovi all' occasione della terza Lettera di* „Gratry." *Estratto dall'* „Osservatore Cattolico" *di Milano n. 71 del 29 Marzo 1870.* Treviso 1870. Confutatio tertiae epistolae *Gratrii* et vindicatio textuum D. Angelici Doctoris pro infall. R. P.

2301. *Effemeridi dell' infallibilita pontificia:* **Unita Cattolica**. Torino. 1870. p. 53. Sub hoc titulo vulgat praeclara ephemeris enunciationes Praesulum pro inerrantia R. P.

2302. *L'Infallibilita del Papa proclamata dai Vescovi in Roma.* Ibid. p. 53. Allegat celebrem declarationem Epporum orbis catholici a. 1867 Romae congregatorum pro infallibilitate R. P. *Petrum per os Pii locutum fuisse credentium.* (Circiter 500 Epp.)

2303. *La domanda de' Vescovi perche il Concilio definisca l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 57. Extractus Memorialis Epporum pro infall. R. P.

2304. *Le Dichiarazioni dei Concilii sulla Infallibilita Pontificia.* Ibid. p. 57. Decreta Conciliorum *Coloniensis, Ultrajectensis, Colocensis, Baltimorensis plenarii II. Westmonasteriensis*, et enunciationem Praesulum Romae 1867 congregatorum refert, in quibus clare dicitur, *iudicia R. P. irreformabilia, et infallibilia esse, divina eloquia eo sensu accipi debere, quo ea cathedra Petri accipit, fundamentum verae et orthodoxae fidei inconcussum esse Petri cathedram.* etc.

2305. *L' Infallibilita Papale ed una lettera del P.* „Gratry" Ibid p. 61.

2306. *Il Papa Onorio e l' Infallibilita pontificia.* Ibid. p. 62. Reflexiones contra *Dupin, Bossuet, Richer, Launoy, Döllinger* etc.

2307. *L' Episcopato Italiano e l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 69.

2308. „Döllinger" *smascherato in Carnevale.* Ibid. p. 74.

2309. *L' Infallibilita del Papa ed il dottore* „Ignazio Döllinger." Ibid. p. 77.

2310. *L' Articolo del* „Döllinger" *contro l' infallibilita pontificia: dalla Gazzetta d' Augusta del 21 Gennajo* 1870: *alcuna parole intorno all' Indirizzo dell' infallibilita.* Ibid. pag. 78.

2311. *Gli onori a* „Döllinger" *dei protestanti e degli ebrei.* Ibid. p. 90.

2312. *Il Concilio di Firenze e la buona fede di* „Döllinger." Ibid. p. 93. Fortis repulsio obiectionum contra textum Syn. Florentinae.

2313. *Il Sinodo di Thurles e l' infallibilita del Papa.* Ibid p. 94. Citat verba Synodi Hibernicae anni 1850: *Credere debemus, quidquid de fide divina credendum Pontifex proponit.*

2314. *L' Ostilita degli empii contro l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 101.

2315. *Un altro candelabro tedesco per illuminare la Chiesa ed il Concilio.* Ibid p. 101. De *Michelis* Professore Brunsbergensi.

2316. *I Candelabri di Breslavia e l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 105. De adressa Professorum Vratislaviensium ad Döllingerum, item de triumviris *J. Hermes*, *J. Baltzer*, *P. J. Elvenich*, in controversia Hermesiana famam ac nomen consecutis.

2317. *Il Concilio di Firenze e l' autorita spirituale del Papa.* Ibid. p. 106. Epistola Canonici *Cecconi* de futili obiectione Döllingeri contra textum Syn. Florentinae.

2318—2319. *L' Infallibilita del Papa e l'* „Opinione" *di Firenze.* Ibid. p. 109. Contra Florentinam ephemeridem *Opinione.*

2320—2322. *Il Concilio Ecumenico, l'* „Opinione" *e la* „Perseveranza." Ibid. p. 113. Contra diaria Florentinum et Mediolanense.

2323. *L' Arcivescovo di Malines al P.* „Gratry" Ibid. pag. 118.

2324. *Nuova lettera dell' Arcivescovo di Malines a M. d' Orleans.* Ibid. p. 126.

2325—2326. *I tredici di Praga e il Concilio provinciale del 1860.* Ibid. p. 129. Professores tredecim Pragenses, qui Döllingero gratulabantur, textu Synodi prov. Pragensis anni 1860 refutat, quae quippe in decreto de Rom. Pontifice hunc *supremum fidei doctorem* nominat, cui fidelissima obedientia, animique assensus debeatur. — Eosdem 13 Magistros denuo castigat articulo novo p. 158.

2327. *S. Vincenzo de Paoli e le definizioni della fede.* Ibid. p. 129.

2328. *La Russia e il Concilio, il Vescovo d' Orleans e* „Davide Urquhart." Ibid. p. 169. 174. 178. Proponit com-

mercium literarium inter Eppum Aurelianensem et Anglum eruditum de opportunitate definitionis infall. R. P.

2329. *Le Dichiarazioni di M.* „Ketteler." Ibid. p. 170. Declarationem Eppi Moguntini contra *Döllingerum* exhibet.

2330—2331. *L' Arcivescovo di Colonia e la dichiarazione d'* „Ign. Döllinger"; item: *altra Dichiarazione contro* „Döllinger." Ibid. p. 173. APraesulis Coloniensis et cleri Curati e Dioecesi Vratislaviensi protestationes.

2332. *S. Tommaso d' Aquino e l' infallibilita dei Romani Pontefici.* Ibid. p. 181. 186. 230. Vindicatio textuum Doctoris Angelici pro inerrantia R. P.

2333. *Condanna delle lettere del* „Gratry." Ibid. p. 198. Eppi Argentoratensis decretum.

2334. „Döllinger" *nel 1848 e 1870.* Ibid. p. 198. Citat sermonem Döllingeri sub Congressu Epporum Herbipolitano 1848 habitum, et iis, quae nunc propugnat, prorsus contraria asserentem.

2335. *L' Infallibilita del Papa ed opportunita del proclamarla: Riflessioni intorno all' opportunita della definizione dommatica della infallibilita personale del Papa in materia di fede.* Ibid. p. 201. Reflexiones Professoris theologiae anonymi, pro evincenda opportunitate definiendae infall. pontificiae.

2336. *Associazione di preghiere per la conversione del dottore* „Döllinger." Ibid. p. 210.

2337. *Viva il Vicario di Gesu Cristo!* Ibid. p. 225. Gratulatio ex occasione propositi pro deliberatione Concilii schematis de Primatu et infallibilitate R. P.

2338. *L' ultimo scandalo e la lettera del Conte di* „Montalembert." Ibid. p. 226. Perstringit epistolam viri huius, in laudes Eppi Aurelianensis in obiecto quaestionis de infall. R. P. excurrentem.

2339. *La condanne del P.* „Gratry" *inflitte dai Vescovi Francesi.* Ibid. p. 228.

2340. „Montalembert" *sano risponde a* „Montalembert" *infermo.* Ibid. p. 229. *Montalembertum* refutat e sermone, quem 1845 in Parlamento Parisino habuit de IV propositionibus gallicanis anni 1682.

2341. *Il Dogma dell' Immacolata e l' infallibilita del Vicario di Gesu Cristo.* Ibid. p. 233. 249.

2342. *S. Giuseppe e l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 235. Proponit: preces ad S. Iosephum fundendas pro felici exitu quaestionis de infall. R. P.

2343. *Liete Notizie di Roma e feste del Vescovo d' Orleans.* Ibid. p. 237. Perstringit notitias in ephemeridibus vulgatas, ad quaestionem infall. pontificiae se referentes.

2344. *Il 2 Dicembre 1851, i Vescovi, e Carlo di Montalembert.* Ibid. p. 237.

2345. **Bennassuti** „Dante" *e l' infallibilita del Papa.* Ibid. p. 238. Citat plures textus e famoso Dantii opere pro inerrantia R. P.

2346. *Testo dello Schema per la definizione della infallibilita del Papa.* Ibid. p. 241. Vulgat textum Schematis cum brevi commentario.

2347. *Una Lettera di M.* „Mermillod" (Vescovo ausiliario di Ginevra) *al* „Journal de Geneve." Ibid. p. 242. Pro infallibili magisterio R. P.

2348. *Della voce:* „Inerrantia." Ibid. p. 245. Redactor diarii *Unita* refert: celebri Professori Latino *Vallauri* quaestionem ab se positam fuisse, an vox *inerrantia* pro designanda infallibilitate tuto adhiberi valeat? et responsum obtinuisse: a Cicerone usurpari participium *inerrans* pro *non errans* (de nat. deor. 11, 21.); nec obstare quidquam ex obtutu classicae latinitatis, quominus vox illa adhibeatur ad designandam infallibilitatem.

2349. *Dichiarazione del* „Gratry." Ibid. p. 246.

2350. *L' opportunita di definire l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 248. Annunciatur editio latini opusculi Viterbii procuranda super hoc obiecto.

2351. *Valorosa crociata contro l' infallibilita.* Ibid. p. 251. Perstringit sermonem professoris Mediolanensis *Poccenini* contra infallibilitatem R. P. publice habitum.

2352. *Il progresso religioso e la definizione dell' infallibilita del Papa.* Ibid. p. 253. Regulam Vincentii Lirinensis: *Religionis dogma sequatur has, decet, profectuum leges, ut annis consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur aetate,*

applicat ad quaestionem infallibilitatis, et evolvit eius progressum, ac maturitatem pro definitione.

2353—2356. *L' infallibilita del Papa difesa dalla* „Liberté“, *dal* „Journal des Debats“, *e dal* „Siecle“. Ibid. p. 253. Ostendit, infall. pontificiam per memorata tria gallica diaria, principiis liberorum muratorum addicta, defendi.

2357—2358. *L' infallibilita del Papa confessata da Giureconsulti laici.* Ibid. pag. 253. Profert ICti *Francisci Forti* sententiam pro inerrantia R. P. in opere: *Instituzioni civili accomodate all' uso del foro. Firenze. 1840. I. 273* depromtam.

2359. *Il Vescovo di Ratisbona e il professore* „Döllinger.“ Ibid. p. 298. Eppi Ratisbonensis (Senestrey) decretum celebrat, vi cuius studentibus theologiae interdixit audire praelectiones Döllingeri.

2360. *L' Episcopato Ungherese e l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 301. Citatur damnatio articulorum gallicanorum 1682 prr *Synodum Tyrnaviensem* eodem anno facta.

2361—2363. *L' infallibilita pont. proclamata tra i deputati di Firenze.* Ibid. p. 305. Intelligit praeclarum sermonem Deputati *Baronis d' Ondes-Reggio* pro infall. R. P. — Eiusdem Deputati alterum sermonem in eodem merito vulgat p. 341.

2364. „Döllinger“ *confutato da se stesso.* Ibid. p. 307. Refertur litera Canonici Aquisgranensis *Spee* super eo, quod 1843 ex ore Döllingeri perceperit argumenta pro infallib. Rom. Pont.

2365—2366. *Il Concilio di Costanza ed il Conte* „Luigi Cibrario.“ Ibid. pag. 313. Ex historico opere *Lud. Cibrarii* a. 1868 Taurini edito (Memorie Storiche) probat: in C. Constantiensi agnitam fuisse praerogativam infall. pontificiae.

2367—2368. *Le Eresie di* „Döllinger“ *e le scioechezze di un suo apologista.* Ibid. p. 318. Castigatur assertio de necessitate unanimis suffragii omnium fidelium, et affertur sequens *Contensoni* O. Praed. dictum: (Theologia mentis et cordis. Lugd. et Colon. 1722.) *Neque enim ad exhibendum totius Ecclesiae sensum requiritur consensus et suffragium*

fidelium singulorum : alioquin ad abstrusae cuiusvis quaestionis decernendam inquirendamque veritatem secularium sensa postulare, rusticorum decisiones expectare, muliercularum iudicia vestigare oporteret, quod ridiculissimum est.

2369. **C. Boujean** Vescovo Vic. Ap. di Jaffna. *il Domma dell' infall. pont. e la sua opportunita presso gli Indiani Buddisti e Protestanti.* Ibid. p. 330. Tenor epistolae, quam Vic. Apostolicus ad Eppum Aurelianensem dedit, ut ostendat, quae sit fides in Missionibus circa infall. R. P.

2370. *L' infallibilita del Papa e l' Arcivescovo di Baltimora.* Ibid. pag. 346. Epistola APraesulis Baltimorensis *Spalding* ad Eppum Aurelianensem.

2371. „Döllinger" *e la Gazzetta d' Augusta.* Ibid. p. 371.

2372. *L' infallibilita pont. e M.* „Ghilardi" *Vescovo di Mondovi.* Ibid. pag. 385. Recenset singularem zelum Eppi Monregalensis in Pedemontio in propugnanda inerrantia Rom. Pont.

2373. *La sottoscrizione de' Sacerdoti in aiuto ed omaggio al Papa ed al Concilio.* Ibid. p. 405. De literis sacerdotum Italicorum ad Summum Pontificem exaratis pro infall. pontificia.

2374. *Il Papa Onorio e l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 406.

2375. *La Pace e il Concilio : Parole del Vescovo d' Orleans.* Ibid. p. 417.

2376. *Friedrich, Leyson, e Döllinger.* Ibid. p. 439.

2377. *L' infallibilita del Sommo Pontefice.* Ibid. pag. 450. Ephemeridum germanicarum infallibilitati adversarum castigatio.

2378. *L' infallibilita pontificia, S. Tommaso e la sua scuola.* Ibid. p. 454. 514.

2379. *Il Clero Inglese e l' infallibilita pontificia.* Ibid. pag. 462. Litera adhaesionis Cleri Anglici ad AEppum Westmonasteriensem pro infall. R. P.

2380. **Alfonso Travaglini** dott. in medicina. *lettera sulla sottomissione al Concilio Ecumenico.* Ibid. p. 474. Pro infall. auctoritate R. P.

2381. **Checcucci** *Raccolta delle lettere del Clero Italiano al S. Padre Pio IX.* Ibid. p. 477. 501. Annunciatur collectio epistolarum, quas sacerdotes Italiae pro infallibili auctoritate R. P. ad Summum Pontificem mittebant.

2382. *I nemici Tedeschi dell' Infallibilita.* Ibid. pag. 482.

2383. *La Guerra contro lo Spirito Santo.* Ibid. pag. 493. Articulus forti calamo conscriptus, id evolvens, omnem e parte oppositionis sive minoritatis Conciliaris moveri lapidem, ut definitio infallibilitatis impediatur, hocve scopo partim sophismatibus, partim terriculamentis compleri omnia.

2384. *Antologia Tedesca sul Concilio.* Ibid. pag. 494. Uterque articulus contra Germanos theologos infallibilitati adversantes.

2385. *Voto per l' infallibilita di* „Carlo Passaglia“ *e de' suoi.* Ibid. p. 505. In memoriam revocat adressam *Caroli Passaglia* Ex-Iesuitae eique adhaerentium novem mille sacerdotum, civilem principatum S. Sedis impugnantium, tamquam documentum, e quo apparet, hos omnes infallibile R. P. magisterium agnovisse, siquidem eum ceu principale organum Spiritus S. revereantur, eiusve cathedram eandem esse cum Petri cathedra pronuncient.

2386. *Apologia del Concilio Vaticano scritta dall' Arcivescovo di Cambray.* Ibid. p. 510. Extractus e literis pastoralibus AEppi Cameracensis contra Gallicanismum editis.

2387. *La coscienza de' Vescovi nella votazione dell' infallibilita.* Ibid. p. 521. 525. Contra opusculum, a nobis iam recensitum: *Epporum conscientia in tuto posita quoad gravissimam de pontificiae infallibilitatis definitione quaestionem.*

2388. *Il Gallicanismo finito nel Marecage.* Ibid. p. 522. De agonia *Gallicanismi,* quem *Marecage* (Maret) nuncupat, per substratum deliberationi Synodali schema de Rom. Pontifice subsecutura vaticinatur.

2389. *I Frammassoni Germanici contro il Papa ed il Concilio.* Ibid. p. 523.

2390—2391. *Il Clero di Napoli e i suoi voti per l'*

infallibilita. Ibid. p. 537. Item: *Voti di M.* „Gualco“ *per l' infallibilita pontificia.* pag. 538. Posterior etiam distincto libro (inferius recensendo) illustravit quaestionem infallib. pont.

2392. *M. Vescovo di Digne e l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 546. Communicat epistolam a Praesule Diniensi in Gallia ad Clerum pro praerogativa inerrantiae R. P. dimissam.

2393. *L' inopportunita della questione d' Opportunita: lettera a M. Vescovo d' Orleans pel Barone* „de Letino Carbonelli.“ Ibid. p. 546. De hac litera in literatura gallica sermonem habuimus.

2394. *Voti del Clero Italiano per la definizione dell' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 561.

2395—2396. *Le Consolazioni di Firenze sul Concilio ecum. Vaticano.* Ibid. p. 573. Ephemeridis Mediolanensis *Perseveranza* obiectiones elidit, inde petitas, quod duo Austriae Cardinales, Vindobonensis et Pragensis, Oppositioni Epporum constanter ac firmiter adhaereant.

2397—2398. *Perche un solo uomo infallibile?* Ibid. p. 579. Respondet cum Veneta ephemeride *Domenica*: Deum sic decrevisse, dum Collegio Apostolorum Caput visibile praeficeret, et eius medio unitatem ac fidem in Ecclesia perpetuo conservatam vellet.

2399—2401. *L' Emin. Card.* Guidi *e la* „Nazione“ *e l'* „Opinione“ *di Firenze.* Ibid. p. 585. Enuntiationes Cardinalis AEppi Bononiensis in Congregatione Concilii factas, quas ephemerides Florentinae minus recte reddiderant, genuine proponit ac explicat.

2402—2405. *Torino e il Papa.* Ibid. p. 589. Refert: a. 1784 per *Pium VI.* Papam *Regi Sardiniae* donata fuisse opera *S. Maximi* AEppi Taurinensis, praeclari inerrantiae pontificiae defensoris, et Papam *totius operis christiani compagem molemque continentem* appellantis; a. 1844 Taurinenses *Gregorio XVI* Papae obtulisse opus *Guilelmi Audisio* de vitis Paparum, in quo infallibilitatis praerogativa propugnatur; a. 1858 idem opus cum notis *Caroli Passaglia* recognitum lucem adspexisse, et in notis Passaglianis Papam vocari *petram Ecclesiae, aedificandae Ecclesiae petram, primam petram solidissimam, firmamentum Ecclesiae et fidei, fidei Ecclesiaeque*

columnam et crepidinem, secundum a Christo Ecclesiae fundamentum. His relatis admirationem suam exprimit desuper, qoud *Taurinenses* hodie infallibilitati adversentur.

2406. *Tesi di* **Carlo Passaglia** *sull' infallibilita pontificia.* Ibid. pag. 593. Thesim a. 1855 Romae propugnatam, quae hic vulgatur, in Monumentis Concilii exhibuimus, ubi vota Cleri Italici recensuimus.

2407. *Pio IX accusato d' Episcopaticidio.* Ibid. p. 605. Severe castigat temeritatem diariorum sive italicorum sive gallicorum, quae Summum Pontificem, in summis aestivis caloribus Concilium asservari cupientem, in responsionis onus attrahere non erubescunt: alioquin eum unice scopum per huiusmodi commentum assequi nitentium, ut prorogata Synodo definitio infallibilitatis impediatur.

2408. *Uno Sguardo all' Europa alla Vigilia della Definizione dell' Infallibilita.* Ibid. p. 617.

2409—2410. „Gerolamo Savonarola" *e l' infallibilita pontificia.* Ibid. pag. 618. Ex proprio *Savonarolae* opere: *Il Trionfo della Croce* ostendit, ipsum strenuum extitisse inerrantiae R. P. propugnatorem.

2411. *Pio IX seduto sulla stessa Cathedra di S. Pietro.* Ibid. pag. 625. Articulus gravis ex obtutu imminentis infall. R. P. — Articuli omnes, ex **Unita Cattolica** laudati (111), omni attentione et commendatione digni sunt.

2412. **Maupied** *Risposta alla lettera di M.* „Dupanloup" *Vescovo d' Orleans, dell 11 Nov. 1869. Versione del Marchese* „Luigi Dragonetti," *Senatore del Regno.* Prato. 1870. Versio ex gallico.

2413—2414. *Disputa fra due artieri modenesi intorno all' infallibilita del Romano Pontefice.* Modena. 1870. Separata editio ex collectione Mutinensi: *Letture amene ed oneste.* Nr. 74.

2415. **Ilario da Parigi** Capuc. *dagli atti di Papa Giovanni XXII contro i Frati Minori non si puo trarre argomento a danno della infallibilita del Romano Pontefice.*

1870. Dissertatio lecta in Academia Romana Catholicae Religionis, in refutationem *Iani.*

2416. **L. Barbato** *la giusta e vera natura della giurisdizione Papale nelle diocesi.* 1870. Dissertatio in eadem Academia lecta, aeque in refutationem *Iani.*

2417—2418. *Il Dottor* „Döllinger" *e la Petizione dei Vescovi al Concilio:* **La Civilta Cattolica.** Roma. 1870. VII. 9. p. 385. Docta refutatio famosae declarationis Döllingerianae, ephemeridi Augustanae *Allgemeine Zeitung* insertae. Prima pars refutationis evertit argumenta pro eo adlata, quasi infallibilitas definiri non posset; pars altera reiicit momenta contra ipsam infallibilitatem R. P. producta. — Articulus praesens mox traductus in gallicum, per diarium Parisiense *Univers.* 1870. nr. 1032. vulgatus fuit: *Le Docteur Döllinger et la Petition des Eveques au Concile.*

2419. *Onorio I e il P.* „Gratry." Ibid. pag. 431. 549. Quae Oratorianus *Gratry* ex facto Honorii in praeiudicium inerrantiae Pontificiae proposuerat, praesens articulus fundate refellit, ostendendo: Honorium mansisse orthodoxum, ex cathedra non definiisse quidquam, nec tamquam haereticum in Synodo Oec. VI damnatum fuisse; imo ex ipsa historia huius Synodi et aliis adiunctis manifestum fieri, tum temporis de infallibili S. Sedis auctoritate nullum extitisse dubium.

2420. *Risposta alla seconda lettera del P.* „Gratry." Ibid. p. 682. In reflexionibus ad alteram literam Gratrianam uberius probat Censor infallibile S. Sedis magisterium, et obiectiones e pseudoisidorianis decretalibus per Gratrium positas disiicit, allegando cetera inter *Leonis IX* PP. verba: *Nonne a Sede Principis Apostolorum, Romana videlicet Ecclesia, tam per eundem Petrum quam per successores suos reprobata et convicta et expugnata sunt omnium haereticorum commenta, et fratrum corda in fide Petri, quae nec hactenus defecit, nec usque ad finem deficiet, sunt confirmata?*

2421. *Lettera del Marchese* **Francesco Palermo** *al Direttore della* „Civilta Cattolica" *intorno alle obiezioni dell' opuscolo anonimo:* „La Doctrine di S. Antonin etc." Ibid. p.

709. Pertinet instar appendicis ad eruditam disquisitionem (in literatura anni 1869 nominatam) super sententia *S. Antonini* AEppi Florentini de inerrantia pontificia, quam anonymus auctor gallus obfuscare evertereque satagebat.

2422. *Documenti Episcopali circa le mene contro il Concilio.* Ibid. p. 728. Recenset plura acta Epporum Germaniae in obiecto adressarum, quas nonnulli sacerdotes et laici homines ad *I. Döllingerum* mittebant.

2423. *L' ultima lettera del Conte di* „Montalembert." Ibid. VII. 10. p. 19. Crisis epistolae *Montalemberti* de sententia Praesulis Aurelianensis quoad quaestionem infallib. pontif.

2424. *Risposta alla terza lettera del P.* „Gratry." Ibid. p. 45. Eiusdem argumenti cum praecedentibus disquisitionibus, sententiam S. Thomae Aquinatis contra interpretationes Gratrii vindicans.

2425—2426. *Della Unanimita del Concilio nei decreti dommatici.* Ibid. pag. 100. Bene tuetur ius Romani Pontificis contra asserentes necessitatem unanimis suffragii in Concilio; allegat quoque verba *Benedicti XIV* de Syn. Dioec. l. 13. c. 2: *Ex eo, quod Eppi in Concilio Generali sint veri Iudices, cave, ne inferas teneri Rom. Pontificem in ferenda sententia maiorem partem Iudicum sequi, eorumdemque doctrinam approbare; etenim quamvis sint veri Iudices, supremum tamen iudicium est a Christo Domino suo in terris Vicario commissum.*

2427. *Ammaestramenti pei cattolici-liberali.* Ibid. pag. 221. Gallicanos cumprimis et Febronianos pungit articulus, plura proferens facta ex parte Epporum, iam directe iam indirecte adhaesionem suam erga infallibile magisterium S. Sedis manifestantium.

2428—2429. *D' un Opuscolo anonimo contro l' Infallibilita del Romano Pontefice.* Ibid. p. 269. Examen opusculi Card. AEppo Pragensi adscripti, rectius auctore *Mayer* concinnati: *De Summi Pontificis infallibilitate personali.* Recensionem hanc, quae dictum opusculum ex integro prosternit, indigne tulit auctor articuli: *Appunti della Civilta Catt. sull'*

opuscolo del Card. Schwarzenberg in folio periodico: *Il Concilio Ecumenico.* Torino. 1870. p. 489.

2430. *Esame di alcune osservazioni circa il soggetto dell' infallibilita della Chiesa.* Ibid. p. 291. Critica recensio libri auctore Card. Viennensi *Rauscher* vulgati: *Observationes quaedam de infallibilitatis Ecclesiae subiecto.* In libro isto plures argumentorum fallacias detegit Censor, et cetera inter provocat ad verba *Gelasii* Papae: *Sed nec illa praeterimus, quod Ap. Sedes frequenter more maiorum, etiam sine ulla Synodo praecedente et absolvendi, quos Synodus iniquo damnaverat, et damnandi nulla existente Synodo, quos oportuit, habuerit facultatem; — quoniam sicut id, quod prima Sedes non probaverat, constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandum, Ecclesia tota suscepit.*

2431. *Le Lettere del Dr.* „Newman." Ibid. p. 348. Observationes criticae in literas Anglici Doctoris, quarum suo loco meminimus, prout et in ephemerides Anglicas, quae ex epistolis Newmanni argumenta contra infallibilem R. P. auctoritatem promebant.

2432. *La Causa del Papa Onorio novamente giudicata con un opuscolo.* Ibid. p. 415. Recensio libelli, quem Eppus Rottenburgensis *Hefele* concinnavit: *Causa Honorii Papae.* Ex tenore ac contextu documentorum, quae supersunt, monstrare nititur recensens, Auctorem erroneas formare conclusiones. Cumprimis *Agathonis* Papae verba celebrat: *Cuius* (Petri) *annitente praesidio haec apostolica eius Ecclesia numquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est; cuius auctoritatem, utpote Apostolorum omnium Principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesia et universales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis secutae sunt.*

2433. *La Unanimita nei Concilii Ecumenici mal difesa da un Anonimo* Ibid. p. 450. Crisis uberior libri gallici de unanimitate suffragiorum Parisiis auctore (ut communis fert opinio) Eppo Aurelianensi vulgati.

2434. *Cio che accade nel Concilio.* Ibid. p. 525. Refutatio gallici libelli: *Ce qui se passe au Concile*, per Praesides Concilii, ut suo loco diximus, reprobati et damnati.

2435—2436. *Un opuscolo contro l' infallibilita ponti-*

ficia. Ibid. p. 602. Crisis de libello AEppi S. Ludovici in America *Petri Richardi Kenrick*, cui titulus: *De pontificia infallibilitate, qualis in Concilio Vaticano definienda proponitur.* Librum hunc suo loco iam uberius recensuimus; liceat tamen insuper notare, plures in eo errores manifestos inveniri, quos Romanus Censor enumerat; e. g. „primatialem potestatem R. P. nonnisi abusive supremam dici; gubernium ecclesiasticum posse pro systemate foederato haberi; faustiora sperare licere, si eppalia iura — extensionem, quam in antiqua Ecclesia habebant, recuperarent, et quoad fidem et generaliora disciplinae capita permitteretur Ecclesiis nationalibus providere sibi pro rerum locorumque adiunctis" etc. (pag. 18. 20. 41.) Ex his et pluribus aliis libelli erroribus concludit Censor: triste esse, in libellis similibus, inter Patres Concilii distributis, manifestos tradi errores, nec opus esse librum, qui semetipsum similibus assertis refellit, uberiori subiicere indagini. — Censurae super opusculo APraesulis Americani hic depromtae contradixit nonnemo in folio periodico Taurinensi: *Il Concilio Ecumenico.* 1870. p. 619: *La Civilta Cattolica e M.* „Kenrick" *Arcivescovo di S. Luigi nell' America.*

2437. *Un opuscolo anonimo sopra la necessita della morale unanimita ne' Concilii per le definizioni dommatiche.* Ibid. p. 675. Omni argumentorum genere refellit opus Eppi Aurelianensis: *De l' unanimite morale* etc. suo loco relatum.

2438. *I Febroniani ed i Gallicani rispetto al Concilio ecumenico.* Ibid. p. 735. Retegit multimodas artes ac fallacias Febronianorum et Gallicanorum, adversus definitionem infallibilitatis pontificiae incessanter agitantium; dialecticam ipsorum perstringit; et insignes APraesulis Cameracensis contra Gallicanismum pastorales literas meritis celebrat laudibus.

2439. *L' Agitazione riguardo all' Infallibilita Pontificia.* Ibid. VII. 11. p. 5. Agitationes fere omnes e nisu et studiis Febronianorum ac Gallicanorum derivat, eo directis, ut famosi IV articuli non obstantibus tot reprobationibus S. Sedis porro quoque manuteneantur, et Primatialis potestas R. P. omnimode restringatur. Apposite ad rem citat auctor *Pii VI* et *Pii IX* effata; prioris quidem ex Bulla „Auctorem fidei":

Quamobrem quae acta Conventus Gallicani mox ut prodierunt praed. noster ven. Innocentius XI per literas in forma Brevis die 11 Apr. a. 1682, post autem expressius Alexander VIII Constitutione Inter multiplices *die 4 Aug. a. 1690 pro apostolici sui muneris ratione improbarunt, rescinderunt, nulla et irrita declararunt: multo fortius exigit a nobis pastoralis sollicitudo, recentem horum factam in Synodo* (Pistoriensi) *tot vitiis affectam adoptionem velut temerariam, scandalosam ac — huic Ap. Sedi summopere iniuriosam reprobare ac damnare, prout eam praesenti hac nostra Constitutione reprobamus et damnamus.* Posterioris vero ex Encyclica anni 1864: *Silentio praeterire non possumus eorum audaciam, qui sanam non sustinentes doctrinam, contendunt, illis Ap. Sedis iudiciis et decretis, quorum obiectum ad bonum generale Ecclesiae, eiusdemque iura ac disciplinam spectare declaratur, dummodo fidei morumque dogmata non attingant, posse assensum et obedientiam detrectari absque peccato, et absque ulla catholicae professionis iactura. Quod quidem quantopere adversetur catholico dogmati plenae potestatis Romano Pontifici ab ipso Christo Domino divinitus collatae, universalem pascendi, regendi et gubernandi Ecclesiam, nemo est qui non clare aperteque videat et intelligat.*

2440. *Un caso di Coscienza a proposito dell' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 39. Refutatur libellus (a nobis iam indicatus): *Disquisitio moralis de officio Epporum in emittendis suffragiis etc.*

2441. *La Definizione dommatica dell' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 171. Ante ipsam definitionem concinnatus articulus expendit gravitatem imminentis definitionis, ipsiusque cohaerentiam cum universo catholico systemate uberius monstrat, cetera inter ad eximium textum *angelici Doctoris* reflectendo: *Una fides debet esse totius Ecclesiae, iuxta illud 1 Cor. 1:* Id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata; *quod servari non posset, nisi quaestio fidei exorta determinetur per eum, qui toti Ecclesiae praeest, ut sic eius sententia a tota Ecclesia firmiter teneatur. Et ideo ad solam auctoritatem Romani Pontificis pertinet nova editio*

symboli, sicut et omnia alia, quae pertinent ad totam Ecclesiam.

2442. *Un Dubbio morale circa il* „Placet“ *ed il* „Non Placet“, *spettante alla infallibilita pontificia.* Ibid. p. 198. Ulterior crisis libelli paulo ante memorati: *Disquisitio moralis de officio Epporum* etc. — Articuli ephemeridis **Civilta Cattolica** solidam exhibent doctrinam et eruditionem.

2443. **Aug. Taglioretti** *che cosa e il Giansenismo; ossia il Giansenismo considerato nei suoi rapporti col Gallicanismo e col protestantismo.* Milano. 1870. Ed. 2. Magnam Gallicanismi cum Jansenismo affinitatem demonstrat.

2444. **Antonio Giorgio** sacerd. Vicentino, *l' infallibilita del Papa.* Padova. 1870. Hymnus.

2445. **P. Gaëtano Brigardi** O. S. B. *brevi parole.* Napoli. 1870. Succincta demonstratio opportunitatis decidendae quaestionis de infallib. R. P. contra Eppum Aurelianensem.

2446—2447. *L' infallibilita pontificia: Dialogo tra un cattolico laico e un teologo romano.* Napoli. 1870. Prodivit mox in versione gallica: *L' Infaillibilite pontificale: Dialogue entre un laique et un theologien romain. Traduit de l' italien.* Paris. 1870.

2448—2450. **Simone Vitozzi** prete napol. *l' infallibilita e il secolo XIX. Articoli estratti dalla Raccolta periodica religiosa:* **La Scienza e la Fede.** Napoli. 1870. Extractus dissertationis vulgatur in gallica ephemeride: *Univers.* 1870. nr. 1024. Opusculum omni attentione dignum: infallibilitatem R. P. ceu proximam fidei, per traditionem Ecclesiae, etiam Gallicanae, constanter probatam, solumque per declarationem anni 1682 interruptam ostendit; et ex Canonibus Concilliorum Patrumve dictis citat sequentia: *Quicunque illi* (Rom. Pon.) *contradixerit, a Synodo excommunicatur;* (can. 39. C. Nic. arab.) — *qui cathedram Petri, supra quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia esse confidit?*; (Hieron.) — *qui non consentit epistolae S. Eppi Leonis haereticus est;* (C. Chalced.) — *haereticum esse constat, qui*

Romanae Ecclesiae non concordat, etc. (Ivo Carnot.) In Appendice contra opus *Mareti* perorat.

2451. **Federico de Giacomo** Can. di Chieti, *la infallibilita personale del Romano Pontefice. Saggio esegetico- critico- polemico.* Napoli. 1870. Opus philosophicum, stricte secundum leges ratiocinii procedens, et libello Florentino: *Della pretesa infallibilita personale del R. P.* oppositum.

2452. **Giuseppe Buscarini** Vic. Gener. *sull' infallibilita del Papa, Istruzione.* Borgo S. Donnino. 1870. Et opportunitatem definitionis et ipsam infallibilitatem argumentis pluribus probat.

2453. **Pasquale Martelli** *sulla infallibilita del Papa: Lettera ad un amico.* Firenze. 1870. De causa *Honorii* scribens, recitat verba *Agathonis* Papae ad Constantinum Pogonatum imperatorem: *Haec est fidei regula, quam et in prosperis et in adversis vivaciter tenuit Apostolica Christi Ecclesia, quae a tramite apostolicae traditionis numquam errasse probabitur, nec haereticis novitatibus depravata succubuit, quia dictum est Petro: ego pro te rogavi etc. Hic Dominus fidem Petri non defecturam promisit, et confirmare eum fratres suos admonuit, quod apostolicos Pontifices, meae exiguitatis praedecessores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitum.*

2454. **Felix** *l' infallibilita papale: Conferenza tradotta ed annotata per* **R. de Martinis.** Napoli. 1870. Ex gallico.

2455. **G. Alimonda** Can. *l' infallibilita del Papa: Conferenza recitata nella Metrop. di Genova.* Genova. 1870.

2456—2458. **Alfonso Capecelatro** *la Polemica intorno all' infallibilita papale;* tractatus insertus libro: *Il Concilio Vaticano.* Napoli. 1870. Ex ephemeride: *La Carita* separatim editus.

2459. *Del Sillabo e della Infallibilita: Pensieri d' un laico cattolico.* Lucca. 1870.

2460. **Vittorio** Carmel. *sopra l' autorita suprema e infallibile del Romano Pontefice: Lettera ad un amico.* Piacenza. 1870.

2461. *Papa Onorio ed il Concilio VI: per un Sacerdote Romano.* Roma. 1870. Fusior Honorii apologia.

2462. **Domenico Cartasegna** *Sonetto.* 1870. Carmen invocans Spiritum S. ut assistat Patribus Concilii, eosque ad definiendum infallibile magisterium Successorum Divi Petri deducat.

2463. **Domenico Arnaldi** *Lettera al prof.* „Pietro Balan" *in risposta ad un articolo di* „Aless. Chierici." Modena. 1870.

2464. **Ang. Taglioretti** *S. Ambrogio e l' infallibilita pontificia.* Milano. 1870. Auctoris opusculum de Iansenismo et Gallicanismo paulo superius laudavimus.

2465. **Orazio Bertoni** *l' infallibilita del Papa: Dialogo.* Roma. 1870. Instructio popularis.

2466. **Liborio Rossi** *Dialogo tra un prete e un laico cattolico.* Milano. 1870.

2467—2468. **Alessandro da Crecchio** *Saggio intorno alle prerogative del Romano Pontefice.* Roma. 1870. Separata editio ex scripto periodico: *Divin Salvatore.*

2469—2470. **Celesia** *conferenza polemica:* **Divin Salvatore.** Roma. 1870. Pro infall. R. P. Articulus distinctim etiam typo procusus fuit cum supplemento sub titulo: *Il Concilio e gli oppositori dell' infallibilita pontificia.* Torino. 1870. Eximia lucubratio, palam faciens sophismata et fallacias Gallicanorum.

2471—2473. *Parole d' un sacerdote Sardo sull' infallibilita del Papa.* Cagliari. 1870. Opusculum adversus duo diaria politica *Corriere* et *Avvisatore Sardo* directum.

2474. **Lodovico Pistis** O. Min. *il buon senso sulla piu delicata prerogativa del Vicario di Gesu Cristo, l' Infall. confortato di considerazioni.* Cagliari. 1870.

2475. **Andrea Scotton** di Bassano, *il Primato del Rom. Pontefice: Orazione recitata il di 1 Aprile 1870 nella metrop. di Lucca.* Lucca. 1870. Et de Primatu et de praerogativa inerrantiae disserit.

2476. **Efisio Siotto-Pintor** *sulla natura del Governo Ecclesiastico, lettera al suo fratello Giovanni, con brevi aggiunte all' altra del 28 Aprile 1859 sull' infall. pont.* Cagliari. 1870.

2477. **Enrico Attanasio** *l' infall. del Papa:* **La Carita,** *Rivista religiosa* etc. Napoli. 1870. Febr.

2478. *I Vescovi Tedeschi e l' agitazione Döllingeriana in Germania.* Ibid. Marzo.

2479. *Le lettere del P.* „Gratry" *e di Vescovi francesi* Ibid.

2480. *Idiomelo di S. Germano Patr. di CP. pubblicato dall' Emin.* „Pitra" (Iur. E. Gr. t. 2.): **La Vergine,** *pubbl. settimanale.* Roma. 1870. VII. 12. Ex literis *S. Germani* Patr. CPni ad *Gregorium II* P. M. de persecutione ss. imaginum sequentia notatu digna citat verba: *Haec, Pater Sancte, tibi nunciamus, ut iuxta potestatem Apostolicam tibi datam a Christo in nos, qui pascimur a successoribus Petri, dirigas nostram fidem, confirmesque, quae nostra catholica pietas orthodoxa docet, nimirum intonans et clamans e cacumine divinae Sedis et nobis consonans.*

2481. **Cristofanelli** *della Infallibilita del Sommo Pontefice: Pensieri.* Ibid. p. 195. 203. 218. 223.

2482. **Anivitti** *una preghiera di Gesu Cristo a S. Pietro.* Ibid. p. 201. Pro infallibilitate definienda.

2483—2484. *I Nemici dell' Infall. Pont.:* **Giardinetto di Maria.** Bologna. 1870. Serie III. vol. 3. p. 683. 720. Articulus desumtus ex folio periodico Pratensi: *La Scuola e l' Esempio del Cattolico.*

2485—2486. *Alcune osservazioni circa l' Infall. personale del R. P. esposte da un associato al Giornale* „Il Concilio Ecumenico": **Il Concilio Ecumenico,** *periodico ebdomadario.* Torino. 1870. p. 361. Reflexiones pro infallibilitate personali R. P. quas redactor ephemeridis huius per aliquot *notulas* enervare nititur.

2487. *L' Universita di Torino e l' Infallibilita Pontificia.* Ibid. pag. 429. Narratur, ante 40 annos propugnatam fuisse in Universitate Taurinensi in *Collegio Iesuitarum* a theologo *Massara* sequentem thesim: *Unitas fidei morum-*

que erit nulla, si eius (Summi Pontificis) *irrefragabili supremaque definiendi potestate non cohonestetur.*

2488. **F. M. Zinelli** Vescovo di Treviso, *della Unanimita dei Suffragi nei decreti dommatici dei Concilii Ecumenici.* Torino. 1870. Refutat librum Praesulis Aurelianensis: *De l' unanimite morale necessaire* etc. omnia argumenta reassumendo, et oppositis argumentis convellendo.

2489. *Voti del Clero Italiano per la definizione dommatica dell' infallibilita pontificia con offerte de' sacerdoti al S. Padre Pio IX in ommaggio ed aiuto al Concilio ecum. Vaticano, raccolte nel Maggio, Giugno e Luglio del 1870.* Torino. 1870. Collectio votorum et epistolarum Cleri Italici, occasione illa, — qua suas symbolas ad succurrendum aerario pontificio obtulerant, ad Summum Pontificem directorum. Vota haec et epistolae, in quantum latino idiomate sunt exarata, Monumentis nostris Conciliaribus inserta habentur.

2490. **D. G. Fabi** *la definizione dommatica sulla infallibilita pontificia. Lettera di un Sacerdote.* Firenze. 1870. Epistola initio Februarii signata, postquam argumentis plurimis opportunitatem definitionis propugnasset, urget ipsam definitionem his verbis: *Dum Romae consulitur, Saguntum expugnatur.*

2491. **Fr. Nardi** *sull' ultima lettera di M. Vescovo d' Orleans Osservazioni. Seconda edizione.* Napoli. 1870. Primam editionem in literatura anni 1869 memoravimus. Prout in prima, ita in altera editione appendicis instar subnectuntur conspicua recentissimorum Conciliorum provincialium *Pragensis, Coloniensis, Ultraiectini, Colocensis, Baltimorensis, Westmonasteriensis, Thurlesensis* effata pro suprema docendi auctoritate R. P.

2492. **Ghilardi** Vescovo di Mondovi, *Vantaggi religiosi e sociali della dommatica definizione dell' Infallibilita Pontificia, ossia i timori della definizione rivolti in liete speranze per la Religione e la Societa dalla ragione theologica, storica e filosofica.* Torino. 1870. Doctus et admodum zelosus Praesul, pluribus operibus pro Ecclesia et S. Sede vulgatis inclytus, in praesente opusculo exponit de seculo in seculum auctoritates pro infallibili magisterio S. Sedis, refellit obiectio-

nes, et Gallicanis opponit dicta *Nicolai I* Papae et *Synodi Hungaricae* anni 1682. Prior ait: *Patet profecto, Sedis Apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio; siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permissus.* Posterior in damnatione IV articulorum declarationis Gallicanae anni 1682 eos absurdos et detestabiles vocat, nec legi permittit, *donec super eis prodierit infallibile Ap. Sedis oraculum, ad quam solam divino immutabili privilegio spectat, de controversiis fidei iudicare.*

2493. **Nic. Messina** Vic. Capit. *l' Infallibilita Pontificia e la Lettera di M.* **Felice Dupanloup** *Vescovo d' Orleans sulla inopportunita d' una dommatica definizione: Esame critico.* Palermo. 1870. Magno eruditionis apparatu percurrit quaevis argumenta Aurelianensis Eppi contra opportunitatem definitionis prolata, eaque refutat; obiectiones contra ipsam inerrantiam formatas resolvit, in causa *Honorii* allegando verba *Ioannis IV* PP. ad Imp. Constantinum: *Secundum hunc modum* (Honorius) *iam decessor noster praenominato Sergio Patriarchae scripsisse dignoscitur. Praedictus ergo decessor meus docens de mysterio Incarnationis Christi, dicebat non fuisse in eo sicut in nobis peccatoribus, mentis et carnis contrarias voluntates. Quod quidam ad proprium sensum convertentes, et divinitatis eius et humanitatis unam voluntatem docuisse suspicati sunt, quod veritati omnimodis est contrarium.*

2494—2496. **Reali** O. Praed. *S. Tommaso d' Aquino e l' infallibilita dei Romani Pontefici.* Roma. 1870. Eo tendit opusculum, ut refutet accusationem, in ephemeride Taurinensi *Il Conte de Cavour* primum, tum et alibi prolatam, quasi D. Thomas infallibilitati R. P. non faveret, et sententia Doctoris Angelici pro infallibilitate duntaxat apocryphis operum ipsius textibus inniteretur. Opusculum auctoris velut solemnis totius Ordinis protestatio contra huiusmodi accusationes haberi potest. Prodivit opusculum etiam in gallica versione: *S. Thomas d' Aquin et l' Infaillibilite des Pontifes-Romains. Traduit de l' Italien par* **Dubourg.** Paris. 1870.

2497. *L' Unione della Chiesa Greca e Latina; Risposta al Prof.* „Döllinger“: **Il Concilio Ecum. Vaticano,** *publicazione mensuale.* Bologna. 1870. IX. 57. Obiectionem Döllingeri de textu decreti Florentini praetensive falsificato enervat.

2498—2509. In *Academia Romana Religionis Catholicae* inde a mense Majo usque Iulium et Augustum XII dissertationes recitatae fuere a doctis et conspicuae dignitatis viris pro refutandis *Iani* assertis, infallibilitati Rom. Pont. adversis:

1. Card. **Monaco La Valletta** introductoria diss.

2. **Gatti** Can. *falsamente il* Ianus *attribuisce ai Papi la corruzione di Roma e d' Italia.*

3. **Farabulini** Can. *che S. Gregorio VII, Innocenzo III, ed i seguenti Pontefici non abbiano falsificato le relazioni della Chiesa e dello Stato, siccome pretende il* Ianus ?

4. **Ilario da Parigi** Capuc. *dagli atti di Giovanni XXII contro i Frati Minori non si puo trarre argomento, come fa il* „Ianus“ *a danno della infallibilita del romano Pontefice ?* (Disquisitionem hanc iam superius citavimus.)

5. **Manacorda** *e falso il concetto del* „Ianus“ *che i Papi abbiano alterato il senso ed il concetto del Primato attribuito alla Sede di Roma.*

6. **Vaccari** Cassinese, *l' inquisizione e la censura non furono delle nuove istituzioni le quali estendessero e deturpassero l' autorita papale, secondo che asserisce* „Ianus“.

7. **Barbato** *della giurisdizione papale nelle diocesi contro gli errori del* „Ianus.“ (Hanc etiam elucubrationem superius laudavimus.)

8. **De Luise** de' Pii Oper. *se i decreti delle Sessioni IV e V di Costanza fossero conciliari, autenticati da Martino V, e riconosciuti da Eugenio IV.*

9. **Giampaoli** Can. Reg. Lat. *a torto il* „Ianus“ *afferma, la dottrina dell' infallibilita pontificia essere stata introdotta dal Caietano, dal Cano, dal Bellarmino.*

10. **Tripepi** *quanto sia temeraria ed erronea l' asserzione del* „Ianus,“ *che S. Gregorio VII, i prossimi Papi e*

i Decretalisti paralizassero la liberta e l' autonomia dei Concilii?

11. **Dussot** O. Praed. *S. Tommaso d' Aquino ed il Papato contro le accuse del* „Ianus."

12. **Ferré** Vesc. di Casale Monferrato, *dissertatio postrema*, cyclum priorum claudens.

2510. *L' Infallibilita del Papa:* **Il Concilio Ecum. Vaticano.** Bologna. 1870. VII. 39. Proponitur Postulatum Praesulum de definienda infall. pontificia. Documenta huc spectantia continuantur fasc. VIII. 37.

2511. *L' Infallibilita del Papa.* Ibid. IX. 46. Succincta disquisitio.

2512. *L' Infallibilita del Papa e l' Episcopato Cattolico.* Ibid. XI. 56.

2513. *L' Infallibilita pontificia: Dialogo tra un cattolico laico e un teologo romano.* Ibid. XII. 7.

2514—2518. **Domenico Gualco** *il Papa e il Gallicanismo.* Genova. 1870. Auctor, Praepositus Collegialis et Vic. Gen. AEppi Genuensis, postquam in voluminoso suo opere *La Religione e la Chiesa Cattolica, Opera apologetico-polemica* typis Genuensibus in 12 tomis vulgato, de Primatu Rom. Pontificis eiusque iuribus volumine octavo uberius tractaverat, volumine nono, seu praesente per nos indicato, expendit *Gallicanismum*, eoque docte non minus quam fundate refutato, longum inserit tractatum de infallibilitate R. P. p. 514—755, separatim quoque editum sub titulo: *L' Infallibilita del Papa, Dissertazione. Genova. 1870.* In eo XI capitibus totum id complectitur, quod ad comprobandam hanc praerogativam ex fontibus revelationis, historia et praxi Ecclesiae etc. adduci potest et solet, disiectis simul obiectionibus, quae ex praetensis nonnullorum Pontificum erroribus in medium proferuntur, habita semper singulari reflexione ad ea, quae sive in Concilio Vaticano agebantur, sive in broschuris et libellis contra sublimem isthanc praerogativam S. Sedis proponebantur, cumprimis

a *Mareto*, *Döllingero*, *Eppo Aurelianensi* etc. Iis, qui inter personam Romani Pontificis et Cathedram sive Sedem Apostolicam distingvunt, reponit cum Eppo Galliae *Colongve*, a. 1717 Iansenistis similem obiectionem formantibus sic respondente: *Ne immorer in hac distinctione abstracta, et ab haereticis ad eludendam suam damnationem inventa, quam S. Cyprianus numquam agnovit; distinctione, inquam, a S. Petro Damiano proscripta, qui Romano Pontifici olim dicebat: Tu ipse es Sedes Apostolica, tu es Ecclesia Romana; ad Petri fabricam non recurro, sed ad illum tantummodo, in quo tota residet illius Ecclesiae auctoritas.* — Döllingeri exceptiones contra textum decreti Florentini ex Antifebronio vindicato *Zaccariae* solide refutat. Pro conclusione operis autem adfert egregium carmen Advocati *Iosephi Poggioli*, e quo unum alterumve versum satis sit laudare:

„At quum Christus oves Petro commisit et agnos,
Doctorem cunctis iussit adesse Petrum.
Nullaque labendi sunt huic discrimina, quippe
Cui Christus dixit: Tu petra firma manes;
In te perpetuo sistens Ecclesia stabit
Ignara occasus interitusque sui.
Stultus, qui hunc unum falli vel fallere iactat,
Quem Deus ipse suas iussit habere vices.“

Auctor tam insignis operis, Gualco, sequens obtinere meruit Apostolicum Breve: „Pius PP. IX. Dilecte fili etc. Eximium tuae erga nos et hanc Ap. Sedem pietatis et devotionis testimonium nobis exhibuerunt tuae literae die 18 huius mensis ad nos datae, ac illis adiecta lucubratio italico idiomate conscripta. typisque Genuensibus edita, qua illud tibi proposuisti, ut *irreformabile Apost. Sedis iudicium in fidei morumque causis definiendis* propugnares, et quae contra hanc rem opponantur, constanter refelleres. Hoc tuae lucubrationis munus a te nobis oblatum, quod filialis erga nos et hanc Petri Cathedram observantiae tuae pignus esse cupis, libenter grateque accepimus, ac tuum zelum meritis laudibus commendamus, quo nempe adductus in id operam conferendam putasti, *ut firmitatem illius Petrae filiali studio defenderes, in qua Christus inexpugnabile posuit Ecclesiae suae fundamentum.*

Tuis autem votis, quae pro nobis ad Deum effundis, dilecte fili, debitam rependentes vicem, divinam eius maiestatem adprecamur, ut tibi semper in abundantia coelestis suae gratiae propitia adsit, teque omni vera prosperitate laetificet. Omnium demum divinorum munerum auspicem et paternae nostrae benevolentiae testem apost. bened. etc. Datum Romae die 28 Mart. 1870."

2519. **Pasquale Pazzaglia** *la Infallibilita Pontificia. Discorso.* Bologna. 1870. Argumentis ex traditione munit suam opellam, provocans cetera inter ad effata notatu dignissima SS. *Chrysostomi* et *Augustini.* Prior haec habet: *Quamvis mortalis homo sit Petrus eiusque successor, tamen coelesti praeditus est potestate; quod ille iudicaverit, habendum est tamquam divinum e coelo responsum, et quod ille e sua cathedra decreverit, tamquam ab ipso Deo decretum.* Posterior: *Solus inter Apostolos meruit audire: Tu es Petrus; dignus certe, qui aedificando in domo Dei populo lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentandum, clavis ad regnum.* Item: *Quod adhuc quaeris examen, quod apud S. Sedem Apostolicam factum est? Roma rescripta venerunt, causa finita est.*

2520—2521. **P. A. Ucelli** *de' Testi esaminati da S. Tommaso d' Aquino nell' opuscolo contro gli errori de' Greci relativamente all' infallibilita pontificia. Memoria.* Napoli. 1870. Separata editio ex opere periodico Neapolitano: *La Scienza e la Fede.* Vindicat textus Doctoris Angelici pro inerrantia S. Sedis.

2522. **Parladore** Ep. S. Marci et Bisianensis, *Emin. Praesidum S. Vaticani Concilii protestationi adhaesio.* Romae. 1870. Protestationem Cardinalium Praesidum contra opuscula gallica *de ultima hora Synodi* et *de iis quae in Concilio aguntur* suam facit. Notanda verba: *In perditorum scriptorum insignem impudentiam, incredibilemque audaciam animo toto protestor.*

2523. **Joan. Perrone** S. I. in celebri opere *de Divinitate D. N. I. C.* Taurini. 1870 edito, et iam laudato conspicue evolvit inerrantiam R. P. tamquam Ecclesiae Capitis; sive dum disserit de *Primatu* velut *principio, fulcro ac cen-*

ro veritatis et auctoritatis a Christo constitutae, (vol. 3. p. 76) eoque ipso *inerrantiae in fide privilegio* ornato; sive um ostendit, *ex tot Romanis Pontificibus*, qui a Petro usue Pium IX Ecclesiam regebant, *ne unum quidem docentem x cathedra aliquando in fide erravisse*, nec *Liberium* nec *Honorium*, quos praecipue allegant adversarii, siquidem neuer horum definitionem contra fidem ediderit; (vol. 2. p. 526. ol. 3. p. 186. ss.) sive dum praeclare demonstrat, *divinam Christi virtutem maxime se patefecisse in victoria, quam Petro ac successoribus contulit de omnibus Ecclesiae adversariis, hancque virtutem fulgere cumprimis in immunitate quovis errore* circa fidem vel mores Vicariis suis asserta c servata; (vol. 3. pag. 326. ss.) sive dum historice probat, *er Petrum eiusque in Primatu successores incolumitatem Ecclesiae a Christo servatam fuisse* eo, quod ipsum successoresve eius in magisterio eis commisso ab errore immunem ecerit. (Vol. 3. p. 412. ss.)

2524. **Lud. Caraccioli ex Principibus Castagneta** *de Cathedra Romana B. Petri App. Principis oratio coram SS. D. N. Pio IX P. M. adstantibus Oec. Synodi Patribus habita in Basil. Vatic. XV Kal. Febr. 1870.* Romae. 1870. Perorat de *Cathedra Petri*, quatenus Oecumenicum spectat Concilium, et de Concilio Oecum. quatenus Petri Cathedram espicit; idque solum historice, ostendendo, quam foeda vel ceptu vel progressu vel exitu fuerint Oecum. Concilia, quae ine Cathedrae Apostolicae auctoritate vel contra eam coacta uere, e converso quam fausta ac felicia fuerint ea Concilia, uorum decreta apostolicae Cathedrae magisterium et auctoras vel praecessit, vel comitata est, vel supremo sanxit iudicio. *Inerrantiam* Cathedrae aperte profitetur, dum Principem Apostolorum sic alloquitur: — *Tu petra firmissima Ecclesiae, Christi virtute solidata, quam non vincunt superbae nferorum portae; — tu mundi magister, tibi munus confirmandi fratres, cum fides tua, verbo Domini manente in eternum, deficere nequeat; — te in tua sede perpetuo vientem ac universae Christi Ecclesiae iura dantem catholici Patres etiam in Oec. Synodis congregati — agnovere, eque Leonis ore locutum dixere Chalcedonenses Patres, te*

per Agathonem locutum sensit Synodus III CPna, teqr Synodus Florentina in tuo successore Eugenio venerata e Principem Apostolorum, verum Christi Vicarium, — omniu christianorum Patrem et Doctorem cum plena pascend regendi ac gubernandi universalem ecclesiam potestate.

2525. **Ios. Poggioli** *de singulari praerogativa Cathed rae Romanae:* **Unita Cattolica.** Torino. 1870. p. 19. Carme de inerrantia pontificia: e quo aliquot versus iam superius i recensione libri *Dominici Gualco* citavimus. Liceat hic adhu sequentes subiungere:

„Pabula qui reliquis praebet, non quaerit ab illis ;
Non basis est domui nixa, sed ista basi.
Haud fas discipulis est informare magistrum :
Numquid membra caput, non caput illa regit ?
Talia quis poterit coeca nisi mente negare,
Lumine quae solis splendidiora nitent ?"

2526. **M. A. Celesia** Eppus Pactensis in Sicilia, *de in fallibilitate Rom. Pontificis.* Taurini. 1870. In forma epis tolae pastoralis egregius tractatus pro inerrantia Rom. P. I *Honorii* praetenso lapsu disserens, haec habet: *Sinamus an mam Honorii in pace requiescere. Imo naturalis simul christianae iustitiae pretium sit iudicare, ut sicut ipse, u pote optimus Pontifex ac veneratione dignus vixerat, et no solum in S. Matris Ecclesiae communione mortuus, veru etiam cum honoribus supremo Ecclesiae Capiti debitis i Vaticana Basilica prope cineres Principis Apostolorum s pultus: ita bonae suae famae confirmationem ex infallibil tatis R. P. definitione exposcere, et merito expectare v deatur.*

2527. **Caspar de Luise** *supplex votum de infallibil tate Rom. Pontificis.* Neapoli. 1870. Exhibet traditionem Conciliis et Patribus.

2528. *De opportunitate in Concilio Vaticano I def niendae infallibilitatis R. P. demonstratio.* Viterbii. 187 Auctor, sub literis *P. F.* latens, philosophice discutit quae tionem: in priore parte *XII theorematibus*, habita semp reflexione doctrinae *S. Thomae ab Aquino*, stabiliendo the

riam opportunitatis ; in posteriore per *XVI theoremata* veritates praemissas ad quaestionem ipsam applicando. Et concludit: „Hoc nos ad humanae rationis calculos proferre ausi sumus iudicium. Ceterum parati sumus Petri Patrumque Petro cohaerentium, quibus dona consilii prudentiaeque adpromissa sunt ab omnis consilii prudentiaeque auctore Deo, hac super re, sicut et in ceteris, iudicium toto animo ac pectore complecti. Nos quae nobis videntur, illi quae Deo placita erunt, Spiritu Christi bene iuvante atque adstante, iudicabunt."

2529. **Ioannes Bacci** prof. Pratensis, in *carmine latino*, quod Eppo suo dicavit, infallibilitatem Rom. Pont. celebrat. 1870.

2530—2531. *Obsequentissima vota Capituli ac utriusque Cleri Ecclesiae Spalatensis alias Salonitanae in Dalmatia.* 1870. Libellus continens fusiorem epistolam ad Summum Pontificem pro definitione infall. R. P. Ad cuiusmodi epistolam rescribi iussit Pius IX, ut docet opusculum : *Rescriptum de mandato SS. D. N. Pii IX ad obsequentissima vota Capituli* etc. 1870. Responsum exaravit Secretarius a latinis epistolis *Nocella.*

2532. *Professio fidei de pontificia infallibilitate, a pluribus theologis et Secretariis Patrum Concilii SS. D. N. Papae exhibita.* Romae. 1870.

2533. *Ex Actis Oecumenici Vaticani Concilii:* **Acta ex iis decerpta,** *quae apud S. Sedem geruntur. Latinae Ephemerides.* Romae. 1870. V. 449. VI. 3. ss. Sub praevio titulo continetur historia eorum, quae quoad quaestionem infallibilitatis pontificiae sub Concilio gerebantur, adnexis concernentibus documentis. Historiam hanc in nostris Monumentis Conciliaribus exhibuimus.

2534—2536. **Meurin** S. I. Eppus, *Monumenta quaedam causam Honorii Papae spectantia, cum Notulis.* Romae. 1870. Octodecim documenta ad causam Honorii spectantia continet libellus, praemonens lectorem, abstinere collectorem sive editorem a quaestione illa gravissima, utrum documenta illa in omnibus vere authentica sint et integra, an vero, ut doctissimi auctores ob rationes graves sentiunt, saltem ex parte supposita et a malevolis corrupta. *Notulae* editoris documentis

subnexae vindicant Honorium ab omni labe, et tenent: *Honorium expresse renuisse quaestionem dogmatice definire*, tumque in eo fuisse, ut voluntates in Christo non esse contrarias affirmet; *Honorium condemnatum esse, non quod haeresim docuerit, sed quod Sergii voluntati obsecutus silentium commendaverit*, ab unius vel duplicis operationis voce abstinendum censuerit, et sic haeresi se propagandi libertatem reliquerit; *Honorium a Leone non damnari ob doctrinam falsam, sed propterea, quod sua auctoritate veritatem non defenderit*, et ita Sedi Ap. quasi maculam asperserit. — De his Notulis pronunciavit Eppus Rottenburgensis *Hefele* (Causa Honorii. Neap. 1870.) „eas parvi esse momenti et a Honorium purgandum invalidas." Verum ad hanc observationem congruum reddidit responsum *Civilta Cattolica*. VII. 10 pag. 441.

2537—2538. **Raymundus Bianchi** O. Praed. *de Constitutione monarchica Ecclesiae et de infallibilitate R. P. iuxta D. Thomam Aquinatem eiusque scholam in Ordine Praedicatorum*. Romae. 1870. Auctor praemissis notitiis super eo, quam magni fecerit Ecclesia doctrinam D. Thomae, Doctoris Angelici, refutare cupit eos infallibilitatis pontificiae impugnatores, qui nullum non movent lapidem, ut Doctorem Sanctum vel in suam sententiam traducant, vel saltem ostendant, a falsario quodam deceptum in errorem inductum fuisse; peculiariter autem refutare studet auctorem opusculi Neapolitani (iam citati): *L' infallibilita del Papa secondo S. Tommaso d' Aquino per V. P.* ostendere nitentem, quod S. Thomas numquam docuerit Papae infallibilitatem, sed solummodo asseruerit, Papam cum Eppis simul congregatis vel consentientibus errare non posse. Quaestione prima agit de constitutione Ecclesiae monarchica, et probat regimen Ecclesiae esse ex Christi institutione monarchicum absolutum, seu totam omnino plenitudinem potestatis residere in Romano Pontifice hancve veritatem a D. Thoma eiusque schola (sub qua Ordinem Praedicatorum intelligit) semper propugnatam fuisse. Quaestione altera infallibilitatem Papae pertractat: et latius probat D. Thomam in pluribus operum locis tam clare et aperte inerrantiam pontificiam praedicare, ut mirum sit, extitisse quos-

piam, qui id in controversiam adducerent. Sententiam porro Angelici Doctoris sic exprimi commonstrat, ut semper de *uno supremo principe in Ecclesia*, Papa, loquatur, huncve intelligat, dum de infallibili iudice disserit, seu ostendit Thomam aperte docuisse infall. R. P. independenter a consensu Ecclesiae, et in ea adserenda non fuisse in errorem inductum a spuriis testimoniis. Refutato postmodum opusculo Neapolitano, proponit notas, a Doctoribus Scholae Thomisticae inustas opinioni de fallibilitate Rom. P.; item fundamenta, queis innixi eiusdem Scholae doctores infallibilitatem Papae asseruere: nempe loca classica S. Scripturae Matth. XVI. 18. 19. — Luc. XXII. 32. — Ioan. XXI. 15—17. et rationes theologicas; quoad traditionem et Concilia remittendo lectores ad permulta opera de iis ex professo tractantia. E Schola Thomistica Ord. Praed. 41 Scriptorum ac Doctorum adfert testimonia pro inerrantia R. P. ac una vindicat nonnullos ab adversariorum accusationibus. De distinctione inter *Papam et Sedem Apostolicam* ait: eam in sensu Gallicanorum sumtam esse *inane figmentum, vacuum simulacrum*, et *sonum sine sensu*. Corollarium operis his verbis exprimit: iuxta D. Thomam eiusque Scholam in Ordine Praed. infallibilitatem R. P. ex Cathedra loquentis inter veritates a Deo revelatas esse annumerandam; et, siquidem constet de locis theologicis, nempe Patrum, praesentium Pastorum, et Doctorum, ipsiusve Ecclesiae sensu, nil obstare, quominus definitio interponatur. — Auctor librum suum Pio IX P. M cum sequente inscriptione, eximios titulos Romani Pontificis e Patribus et Conciliis desumtos in se complectente, obtulit: „Beatissimo ac SSmo D. N. Papae **Pio IX** *Pontifici Maximo, magnae Sedis Apostolicae, et aeternae Urbis, et Epporum Eppo, Ecclesiae Catholicae Capiti; universi orbis Patriarchae, et omnium Patriarcharum Principi, et Patriarchalium Sedium Praesidi, Patri Patrum, et Summo omnium Praesulum Antistiti, sacro Vertici, et fundamento, super quod Ecclesiae columnae sustentantur; S. Petri ordinario successori, et Vicario Crucifixi I. C. D. N.; cui data est potestas super omnes Christianos Principes, et omnes eorum populos, et universam Ecclesiam, ad quem pertinet sollicitudo omnium Ecclesiarum: cuius thronus in*

coelo locatus est, et de coelestibus negotiis pronunciandi habet auctoritatem, ut charta et atramentum videatur, et per Pontificem Petrus loquatur; post Deum omnium Iudici, a quo constitutiones, **dogmatum definitiones,** *ecclesiasticarum causarum decisiones, et corda omnium pendent,* **contra quem nec in Synodo universali ulla sententia proferri potest;** *Rectori domus Dei vivi, quae est Ecclesia, cui divina providentia vitam et fidem christianam et Ecclesiam suam regendam commisit; discipulo S. Petri, Ecclesiae et orthodoxae, et* **immaculatae fidei doctori, orbis magistro,** *et confirmatori fratrum, cui datum est, adulterinum a puro discernere, et fidem Patrum sine ulla subtractione praedicare; in cuius potestatem tamquam in solem omnes fines terrae respiciunt, et ex ipsa lumen catholicae et apostolicae fidei recipiunt; a quo catholicorum doctorum doctrina auctoritatem habet; ut nefas sit absque Dei Vicario, absque clavigero coeli, absque curru et auriga spiritualis Israelis, absque universali Pontifice, absque omnium arbitro aliquid consummare, vel divulgare*; Tibi ergo, qui Petri fidem et cathedram tenes, quod pro Pontificiae auctoritatis atque infallibilitatis defensione elaboravi opus, post beatorum pedum oscula etc." — *Brevis Apostolici* ad auctorem dati tenor est sequens: „Pius IX etc. Perlibenter equidem, dilecte fili, compressam videramus ab altero e tui Ordinis alumnis audaciam ephemeridis, quae vulgaverat, neminem ante clarissimum Ecclesiae lumen *Thomam Aquinatem* apud vos asseruisse *nescium erroris Romanum Pontificem ex cathedra docentem*; ipsum vero id tradidisse spuriis fretum Graecorum testimoniis, totamque postea eius Scholam pecudum more Magistri vestigia secutam eandem propugnasse nutantem sententiam et fundamento carentem. Libentius tamen videmus, te e rei cortice ad ipsam medullam progressum ex eodem Angelico Doctore iugique discipulorum eius serie depromsisse argumenta spectantia constitutionis Ecclesiae indolem Romanique Pontificis praerogativas, illaque scite studioseque conquisita ea disposuisse et ordinasse industria, quae in hoc themate absolutum veluti doctrinae corpus et adeo compactum oculis subiiciat, ut, dum quae vir sanctissimus docuit, clarius et fusius expli-

cata cernantur a discipulorum commentariis, novum vicissim robur istis additum conspiciatur a tanti praeceptoris auctoritate. Quam sane eo maioris facimus, quod eximia et prorsus angelica sanctissimi huius viri doctrina ab ipso Christo Domino commendata feratur; et facta testantur, Ecclesiam in Oecumenicis Conciliis post illius obitum habitis tantum detulisse scriptis eiusdem, ut sententiis inde ductis et saepe etiam verbis usa fuerit, sive ad elucidanda catholica dogmata, sive ad erumpentes errores conterendos. Non uno autem nomine collectionem istam tuam opportunam utilemque censemus. Praeterquam enim quod omnes subiectae materiae partes attingat ac illustret, et quotquot in ea difficultates excitantur diremtas exhibeat, ita, ut lucubratione perlecta liceat animadvertere cum Ecclesiaste: „nihil sub sole novum, nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est, iam enim praecessit in seculis, quae fuerunt ante nos“: expers praeterea est omnis suspicionis commotae mentis et abreptae a quaestionis aestu, cum tota ferme constet ex scriptorum sententiis, qui iamdiu ex humanis rebus excesserunt. Gratulamur itaque tibi, quod ad tuendam vetustatem, soliditatem et constantiam doctrinae Angelici Magistri tui eiusque scholae immanem hunc laborem susceperis; siquidem dum te propositum tuum assecutum esse videmus, non parum lucis ab opere huiusmodi conferendum esse arbitramur ad discutiendas obiectionum nebulas mentibus offusas. Hunc idcirco tibi faustum ominamur exitum, et grato excipientes animo volumen oblatum, divini favoris auspicem et paternae nostrae benevolentiae pignus apost. bened. etc. Datum Romae die 9 Iun. 1870.“ — Anonymus Scriptor, cuius librum *Bianchi* impugnabat, non tacuit, sed vulgato novo latino opusculo, argumenta sua contra infallib. Rom. P. sustentare studebat: *Vera S. Thomae Aquinatis sententia de infall. R. P. Refutatio eorum, quae R. P.* „Bianchi“ *scripsit contra libellum V. P.* Neapoli. 1870. Totus libellus eo tendit, ut persvadeat, S. Thomam non favere infallibilitati personali R. P.

2539. **Joan. Thomas Ghilardi** O Praed. Eppus Monregalensis, *Honorius Papa ab accusationibus veterum et novorum infallibilitatis Summi Pontificis adversariorum vindicatus.* Taurini 1870. Tria *defensionis* genera producit: *primum*

eo tendit, ut *innocentem* exhibeat Honorium Papam, auctoritate Ioannis Abbatis eiusdem Papae secretarii, item S. Maximi Mart. coaevi, Ioannis IV, et Agathonis PP. *Alterum* oppositas sententias conciliando, Honorii condemnationem *non haeresis, sed solum negligentiae* causa factam admittit. *Tertium* probat: posita etiam, etsi non concessa, Honorii ob suspicionem haeresis damnatione, *errorem* ipsius *ut privatae personae* et non doctoris Ecclesiae fuisse, proinde condemnationem illius dogmaticae definitionis causae nil officere, cum semper verissimum sit, Cathedram Petri omni tempore immunem ab haeresibus quibusvis extitisse. Appendicis instar adnectit suae lucubrationi doctus Praesul eadem Monumenta de Honorii causa, quae Romae vulgata, et per nos paulo ante laudata fuerunt.

2540. **J. T. Ghilardi** Ep. M. Reg. *de plenitudine potestatis R. P. in Ecclesia Dei, ex operibus* **Ioannis de Turrecremata** *O. Praed. S. R. E. Card. depromptum.* Taurini. 1870. Ex celebri opere Cardinalis *Turrecremata* de Ecclesia collegit aliquot capita, de plenitudine potestatis Papalis, in solo Romano Pontifice residente, eo potissimum scopo, ut refutet tum generatim adversarios infallibilitatis Pontificiae, tum speciatim librum anonymum (Eppo Moguntino adscriptum), qui sub nomine *Quaestionis* instar Manuscripti in Helvetia impressus, et suo loco per nos iam recensitus fuit. *Turrecremata* XV Capitibus probat: *solum Romanum Pontificem habere in Ecclesia Dei plenitudinem potestatis, et potestatem iurisdictionis omnium Praelatorum Ecclesiae derivari a Papa vel mediate vel immediate.*

2541. **Ghilardi** Ep. M. Reg. *de inerrantia Rom. Pont. ex cathedra definientis suffragium praeclarissimi Cardinalis* „Ioannis Turrecremata“ *O. Praed. Legati Pontificii ad Conc. Basileense, deinde ad Conc. Florentinum Latinorum oratoris, ex aureo illius opere:* Summa de potestate Papali *depromtum, et RR. Patribus Concilii Vaticani exhibitum.* Taurini. 1870. Sententia Card. Turrecrematae in eo concentratur: *Sedis Apost. iudicium in his, quae fidei sunt, et ad humanam salutem necessaria, errare non posse*; idque tum e S. Scriptura tum e Traditione patere; infallibilitatem et firmitatem fidei in Ecclesia Romana semper adfuturam.

2542. **Ghilardi** Ep. M. Reg. *refutatio nonnullorum ex praecipuis erroribus de inerrantia Summi Pontificis et huius dogmatica definitione.* Taurini. 1870. Est appendix ad priorem tractatum, in qua dispellit errores in opusculis variis sparsos; quasi nempe textus Evangelii, queis privilegium inerrantiae probatur, non sonarent de inerrantia, et quae Petro dicta leguntur, etiam ceteris Apostolis collata fuissent; item quasi honoris duntaxat primatus, qui inerrantiam non requirit, Petro delatus esset; quasi denique e traditione secundum notam Vincentii Lirinensis regulam inerrantia pontificia probari non posset; etc. Maximum adversariorum errorem illic latere censet Auctor, quod ipsi unice humanitus rem omnem considerent, nec ad supernaturalem interventum,qui in huiusmodi discussionibus fidei numquam deest, assurgant.

2543. **Valentinus Steccanella** S. I. *adversus novam doctrinam de necessitate unanimis Epporum consensus theologica disquisitio.* Romae. 1870. Auctor, ut in Monito praefixo ipse confitetur, initio italicam exaravit super hoc argumento dissertationem, ephemeridi Romanae *Civilta Cattolica* insertam (VII. 10. p. 100.), et suo loco iam a nobis indicatam: subin rogatus, ut quaestionem latine et uberius pertractaret, praesens vulgavit opusculum, doctum sane, numerisque omnibus absolutum. *Novam* vocat doctrinam de necessitate unanimis suffragii, quod eam nonnisi nostris diebus vehementius propugnare coeperint ii, qui Gallicanismi, Febronianismi, et Liberalismi partibus faventes metuebant, ne, stante penes infallibilitatem R. P. longe maxima Epporum parte, haec in censum dogmatum solemni definitione cooptetur. (Intelligit cumprimis duos anonymos gallos scriptores: *L' Unanimite dans les Conciles Oec.* Paris. 1870. et: *De l' Unanimite morale necessaire dans les Conciles* etc. Naples. 1870.) In duas summas partitur opus suum quaestiones: 1. *Rectane sit eorum sententia, qui in condendis decretis dogmaticis suffragiorum unanimitatem esse necessariam affirmant?* 2. *Quo iure quave regula sit synodalium suffragiorum numeri vis statuenda?* Primam quaestionem soluturus, affert primum argumenta pro necessitate unanimis consensus ab adversariis proposita, ac in his cumprimis regulam e S. Vincentio Lirinensi

desumtam; tum hac uberius expensa, omnia argumenta adversariorum reiicit, et ostendit: *doctrinam de necessitate unanimis consensus regula Vincentii Lir. maxime abuti, e falsa S. Scripturae interpretatione oriri, pugnare cum ipso, quod sibi dedit, fundamento, permittere erroris arbitrio veritatem, inutilem reddere infallibilitatem Ecclesiae, et cum Ianseniianis principiis apprime consentientem periculosissimis scatere consectariis.* Ad pertractandam alteram quaestionem accedens, statuit: *penes Romanum Pontificem esse summum ius, dirimendi discordantium in Synodis Patrum controversias, ipsique definienti ab omnibus obsequium praestandum; et iura et argumenta theologica, et Synodorum facta demonstrare, quod ordinarie maior suffragiorum pars in decidendis dogmaticis controversiis praevaluerit, et minoris partis dissensus quantumlibet vehemens non prohibuerit, quominus Concilium oppugnatam definiret doctrinam.* Demonstrat etiam auctor, quam indigno argumentorum genere usi fuerint unanimis consensus necessitatis assertores, et concludit: *haec tria graviter dolentes animadvertimus, temeritatem in affirmando maximam, fraudem in citando perpetuam, audaciam in mentiendo incredibilem.*

2544. **Antonius Ballerini** S. I. *ius et officium Epporum in ferendo suffragio pro infallibilitate R. P. contra nuperas cavillationes per „disquisitionem moralem" assertum et vindicatum.* Romae 1870. Opus docti Iesuitae sane egregium! oppositum libro, cui titulus: *Disquisitio moralis de officio Epporum in emittendis suffragiis* etc. (suo loco iam relato) Auctorem huius libri (iuxta nonnullos Eppum) summa laborare inscitia, insipientia, insolentia; theologicarum disciplinarum plane rudem esse, ac unice mundi et carnis sapientiam spirare, monet Ballerinius. *Quaestiones tres* ab anonymo positas, una cum responsis eiusdem severae subiicit trutinae; cumprimis responsa ad quaestionem secundam „de iudicio certo efformando, ut circa quaestionem infallibilitatis pontificiae suffragium affirmativum tuta conscientia dari possit." Hic obiicit anonymo auctori tum imperitiam, quod sententiae ac doctrinae de infallibilitate R. P. nomen *opinionis* tribuat; tum coecitatem et proterviam in deterrendo, ne quis Romani

Pontificis iudicium sequatur. Sumit quoque occasionem, de sic dicta *Schola Gallicana* fusius proloquendi; theses gallicanas ex haeretico *Gersonis* systemate (in *Tractatu de modis uniendi ac reformandi Ecclesiam* proposito) exortas censet, prout etiam ex haeretico *Petri Alliacensis* systemate (de Comment. S. Script), *Ioannis Breviscoxae* et aliorum Parisiensium doctorum operibus haereticis: quae omnia solidis refellit argumentis; et ostendit: adversus inerrans R. P. magisterium, falso iactari sive scholam sive ecclesiam Gallicanam; quandoquidem constet, tam Doctores Scholae Gallicanae maximi nominis, quam Praesules Ecclesiae eiusdem celeberrimos minime tenuisse famosas propositiones gallicanas. Notari merentur verba Ballerinii de declaratione anni 1682: *Ceterum foetido huic vulneri per servilem quorumdam assentationem illustri Gallicanae Ecclesiae inflicto, remedium piissimus Deus haud diu distulit. Decennio exacto, postquam et impotens Regis ira deferbuerat, et ecclesiasticae dignitates regia dogmata professis interclusae gravissimam inferebant molestiam et intolerabile onus iis praesertim, qui servilis obedientiae praemium sibi interdictum cum fremitu lugebant: infaustissima Comitiorum anni 1682 acta solemniter rescissa sunt, pristinumque edictum, quod vetera facinora tum Constantii ac Valentis in causa Ariana, tum Graeci Constantis in monotheletica, et recentiora Anglici Henrici 8 in praescribenda populo christiano fidei professione aemulabatur, simul revocatum est. Ita inconsultissima Comitiorum a. 1682 Declaratio post decennalem aegerrimae vitae cursum, multiplici per Ap. Sedem reprobationis ac damnationis stigmate insignita in sepulchrum descendit.* Breviter dein meminit novae damnationis articulorum Gallicanorum per dogmaticam Pii VI bullam *Auctorem fidei* pronunciatae, et quoad recentissima tempora appellat ad decreta Conciliorum Provincialium Galliae, supremam auctoritatem eamve irrefragabilem Rom. Pontificis in docendo ac definiendo conspicuis verbis profitentia. Ad quaestionem Anonymi tertiam reponit auctor, Eppum nec dubitare posse, peracto accurato rei examine, sententiam eam amplectendam venire, quae inerrantiam pontificiam asserit.

2545. *De infallibilitatis R. P. definitione Synopsis.*

Taurini. 1870. Synoptica deductio quaestionis: primo *quoad veritatem* e S. Literis, et Traditione, e rationibus theologicis; secundo *quoad definitionis opportunitatem:* hanc elicit ex necessitate omnimodae certitudinis in regula fidei, ex conditione temporum ex eo, ut impediatur evasio seu effugium iis, qui pertinaciter suos errores tuentur, et ne iisdem praesens Concilium favere videatur; porro ex desiderio impiorum hominum, ex obtutu secuturae validioris unitatis Ecclesiae; et simul refellit obiectiones ex obtutu schismaticorum, protestantium, liberalium, guberniorum positas.

2546. **Kleutgen** S. I. *de Romani Pontificis suprema potestate docendi disputatio theologica.* Neapoli. 1870. Cum his diebus et libris et libellis et ephemeridibus S. Sedis auctoritati in docendo assidue detrahatur, multaque spargantur ad turbandas fidelium mentes idonea: opportunum censuit Auctor ea, quae de Romani Pontificis potestate docendi ab eruditissimis viris *(Cano, Bellarmino, D' Aguirre, Balleriniis, Ligorio, Schraderio)* copiose disputata sunt, breviter ac lucide exponere. Quaestione sic proposita: *num decreta Papae dogmatica etiam ante consensum vel sine consensu Epporum irreformabilia sint?* hanc ipsam thesim cumprimis adversus gallicanas propositiones item Eppi Aurelianensis observationes et auctorem Considerationum (Erwägungen) *Döllingerum* tuetur, et simul ostendit: *suprema potestate docendi Romano Pontifici attributa, Epporum iura integra manere.* In postremo opusculi capite de certitudine, qua tenenda sit summa haec S. Sedis auctoritas, disputans, reiicit tam illorum opinionem, qui regulam Vincentii Lirinensis *quod semper, ubique et ab omnibus* plus iusto extendunt, eaque abutuntur; quam eorum sententiam, qui quum Eppos de fide et traditione Ecclesiae testari dicunt, per ecclesiam fidelium gregem intelligi volunt: „non ideo, (sunt auctoris verba) traditio, quam Eppi in Concilio testificantur, eiusmodi est, quam a fidelibus didicerint, sed ea est, quam a decessoribus suis inde ab Apostolorum aetate continua successione conservatam acceperunt. Quemadmodum enim Spiritus Sanctus Eppos posuit regere Ecclesiam Dei, ita eosdem dedit Pastores et Doctores, iisque cum docent assistens nos quoque per ipsos in omnem veritatem

inducit. — *Quem divinitus institutum ordinem plane invertunt, qui veracem doctrinam Pastorum a vera fide populorum, non hanc ab illa derivant, atque non fidelium credentium sed epporum docentium infallibilitatem participatam faciunt. Nimirum non pauci eorum, qui Papam fieri infallibilem volunt assensu Epporum, Eppos ipsos publicae, quam vocant, opinioni subiiciunt.*" Provocat postremo ad novissima plurium regnorum Concilia provincialia, in quibus doctrina de inerrantia R. P. a Praesulibus congregatis sive solemni confessione pronunciata sive synodicis etiam decretis definita fuit: et quaerit: „Unde tot in regnis diversis, ubi fideles catholici haereticis mixti vivunt, haec tanta Pastorum sollicitudo, ut Petri Cathedrae suprema auctoritas firma fide agnoscatur? Equidem arbitror, a provida Dei nostri sapientia ita dispositum esse, propterea, quod hac publica professione adversus ea mala, quae gentem humanam premunt, et orbem terrarum devastant, indicatur populis unum, quod superest, valens auxilium. — *En vacillant omnia et nutant: una est Petra, quam omnipotentis Dei manus posuit, et in mediis fluctibus immotam servat; una populorum salus, ut propriae infirmitatis memores, credendi et agendi leges inde sincera fide recipiant, unde Salvator Deus eos docere et regere constituit.*"

2547. **Ios. Pennacchi** Prof. Rom. *de Honorii I R. P. causa in Concilio VI dissertatio, ad Patres Concilii Vat.* Romae. 1870. Auctor magna cum eruditione accedit ad tractandum de causa Honorii, et singulari sua opinione, quam primus profert, inter apologetas Honorii locum capit non postremum. Resultatum disquisitionis Pennacchii sequens est: *Sergium ad Honorium dedisse epistolam, quae aperte continueret Monotheliticam haeresim; Honorium e contra binas ad eum scripsisse literas absolute catholicas, quae Monotheliticae pravitati prorsus non faverent; has epistolas ut haereticas damnatas esse ab Orientalibus in Concilio VI, eosque proinde errasse in facto dogmatico; eiusmodi iudicium tribuendum non esse Synodo Oecumenicae, quod latum sit contra Romani Pont. et Occidentalis Synodi sententiam, etiamsi ei subscripserint Ap. Sedis Legati: nam et hi carc-*

bant facultatibus opportunis et necessariis, ut latae damnationi subscriberent; neque Leonem II neque successores Pontifices latam in VI Synodo contra Honorium sententiam unquam confirmasse, insuper abrogasse, cum non haeresis sed negligentiae eum damnaverint; consequenter eiusmodi damnationem, prout ab Orientalibus conclamata fuit, pontificia confirmatione carere et nullius roboris esse; Honorii proinde causae illam nullimode nocere, eumque virum plane catholicum fuisse, et retinendum ab omnibus esse. In postremis libri foliis in examen vocat opusculum Eppi Rottenburgensis *Car. I. Hefele* de causa Honorii Papae, et denuo enunciat, numquam Romanos Pontifices iureiurando affirmasse Honorium a VI Concilio iure fuisse anathematisatum, siquidem haeresim non docuerit.

2548. **Ios. Cardoni** AEppus Edessenus, *elucubratio de dogmatica R. P. infallibilitate eiusque definibilitate.* Romae. 1870. Fusior lucubratio eum tenet ordinem, ut primo discutiat quaestionem, *an veritas definibilis sit*, Summum Pontificem in rebus fidei ac morum ex cathedra loquentem infallibilem esse? secundo quae sint *conditiones*, ut decreta Pontificia prorsus irreformabilia sint; tertio an *expediat* et *opportunum* sit, ut haec veritas in Vaticana Synodo definiatur. Definibilitatem seu veritatem infallibilitatis R. P. probat e duobus classicis S. Scripturae locis, Matth. XVI. 18. 19. et Luc. XXII. 32.; porro e Traditione, quam relate ad Patres iam penes explicationem textuum S. Scripturae ubertim commonstrat, recensendo interpretationes Patrum de his locis; tum ex monumentis historiae eccles. ad Traditionem confirmandam; tandem ex ratione theologica. Diluit simul praecipuas difficultates ex Concilio Constantiensi, ex Liberii gestis, ex Vigilii agendi ratione, ex Honorii lapsu depromtas. De conditionibus inerrantiae agens, reiicit eas, quae a nonnullis immerito postulantur, et ostendit: *pontificia in rebus fidei ac morum decreta absque Concilio Oec. edita irreformabilia esse, vimque obligandi obtinere, nec requiri, ut accedat tacitus Ecclesiae consensus;* valere quidem decreta pontificia, etiamsi nullos adhibeat praevie Papa consiliarios: ut tamen licite se gerat, teneri eundem adhibere consilium doctorum virorum, suffra-

gante huic sententiae praxi S. Sedis. Opportunitatem definitionis colligit ex adiunctis temporis, ex petitione plurimorum Epporum, Cleri ac fidelium sensu etc. Elucubrationi huic nomina sua subscripsere *XI Theologi in Concilio* cum sequente ad Pium IX P. M. epistola: „Ea inter vota, quae pars maxima Epporum, et Clerus Christique fideles nuncupant in praesentiarum pro dogmatica affirmatione obtinenda de *inerrabilis magisterii praerogativa, qua Christus Iesus in B. Petro Romanos Pontifices successores eius ditavit, quamque universa Ecclesiae traditio iisdem inesse perpetuo recognovit:* minime quidem sententiam nostram tacito quodammodo sub pectore comprimendam esse arbitramur. Quamobrem ad pedes Sanctitatis tuae provoluti, devoti animi nostri significationes deponimus, quibus Tibi nos omni ex parte tamquam filios Patri submittimus; et praesertim gratiarum Tibi agendarum voluntatem adducimus vel ex eo, quod instantes excipere dignatus fueris plurimorum Epporum postulationes ad Pontificiae infallibilitatis quaestionem in Vaticana Synodo instituendam. Cumulabuntur profecto vota haec nostra, prout cumulanda unanimes praestolamur, ubi Oecumenica illa Synodus, tuae Sanctitatis mente, voce, potestate collecta, solemni decreto catholicae fidei capitibus doctrinam de infallibillitate R. P. adnumeraverit; tantamque in *Ecclesiae universae Magistro* auctoritatem a Deo positam asseverans, omnem Potestatem ipsius adsertionis virtute, et Eppalem scilicet et civilem spiritualis ordinis ac temporalis, suo cuique in gradu commissam roboret atque attollat. His porro sensibus praediti, *operi* nostris his votis adiuncto, *ab Ill. et Rev. D. Edesseno AEppo*, cuius uti Pontificii Theologi collegas nos esse laetamur, *nuper ad eum finem conscripto, universi adhaeremus: quo quidem in opere apprime demonstrat, inerrandi privilegium Supremo et visibili Ecclesiae Capiti in doctrinae negotio attributum veritatem esse divinitus revelatam.* — **Ioannes Perrone** S. I. Consultor Commissionis Dogmaticae. — **Ioannes Schwetz** Cons. Comm. Dogm. — **Bonfilius Mura** O. Serv. Cons. Comm. Dogm. — **Ant. Maria Adragna** Cons. Comm. Dogm. — **Thomas M. Martinelli** O. S. A. Cons. Comm. Dogm. — **Ioan. B. Simon Iacquenet** Rhemensis, Cons. Comm. Dogm. — **Stepha-**

nus Moreno Labrador Hispanus, Comm. Dogm. Cons. — **Can. Camillus Santori** Comm. Th. Dogm. Cons. — **Ios. Pecci** Comm. Th. Dogm. Cons. — **Placidus Can. Petacci** Comm. Th. Dogm. Cons. — **Carolus Gay Pictavensis,** Comm. Th. Dogm. Cons."

2549—2550. **Ios. Pennacchi** *de suffragiorum pluralitate in Conciliis Generalibus, contra*: „L' Unanimité dans les conciles Oecumeniques." Romae. 1870. Eruditissimus Professor libello hoc insigniter oppugnat Eppi Aurelianensis *Dupanloup*, vel quisquis sit auctor libri in titulo citati, conclusiones, quas ex regula notissima *Vincentii Lirinensis* pro eo format, ut persvadeat, infallibilitatem R. P. ab Ecclesia haud posse definiri, quippe nec in Scripturis nec in Traditione contentam, e quibus ceu fontibus secundum Lirinensem veritates definiri valent. Ostendit *Pennachius*, quam falso proponat anonymus Gallus statum quaestionis, qui alius esse non possit, nisi hic: *Utrum testimonia Scripturarum, Patrum, aliorumque Scriptorum allata ab iis, qui inerrantiam R. P. defendunt, eo sensu accipi possint et debeant, quo infallibilistae eadem accipiunt?* Et: *Num testimonia Scripturarum, Patrum, aliorumque scriptorum, quae contra infall. R. P. afferuntur ab adversae sententiae patronis, seu fallibilistis, conficiant quod ipsi demonstrare conantur?* Alterutram harum sententiarum in fidei deposito contineri alio criterio demonstrari non posse statuit Auctor, quam illo, quod ipse Gallus anonymus post *Döllingerum* proposuit, nimirum *Eppos in Conciliis esse testes et depositores fidei Ecclesiae sibi commissae;* et eo ipso concludi debere, *penes pluralitatem huiusmodi testium veritatem contineri*, ruereque principium ab anonymo statutum. Porro ostendit ex historia praxique Ecclesiae, *necessarium non esse, ut veritas de fide statuenda contineatur in traditione singularum Ecclesiarum, sed satis esse, ut habeatur in potioribus vel etiam absolute pluribus, atque inprimis in Romana.* Non minus a veritate deflectere anonymum Gallum demonstrat Auctor, dum dicit, fore, ut universae traditioni historicae contraeat, qui affirmaret aliquid definiri posse in Concilio, ad quod non accedant omnium vel fere omnium Epporum suffragia. Prorsus contrarium deducit

Pennachi ex historia Conciliorum, et concludit: *Patres C. Vaticani, si sententias ferant ex suffragiorum pluralitate, non acturos contra, sed iuxta universam traditionem historicam; — et dignum esse, ut minoritas* (formidabilis, uti eam vocat Gallus) *accedat ad maiorem Epporum numerum, svadente id nedum Ecclesiae doctrina et veritate historica, secundum quam minor Epporum numerus vel maioris partis sententiae subscripsit, vel e Synodis recessit, vel secus damnatus fuit; sed etiam christiana humilitate, intellectu, caritate, fide, zelo christiano, demum reverentia Sedi Apost. debita, in qua Petrus, os et vertex Apostolicus, in suis successoribus vivens, praestat quaerentibus fidei veritatem.* — Adversus *Pennachium* in lucem emisit *C. Hefele* Eppus Rottenburgensis *Supplementum* ad priorem suam de Honorii causa broschuram. In ea praeprimis duo asserta Pennachii de absoluta catholicitate epistolarum Honorii, et de eo, quod Honorium in Concilio Oec. VI Orientales duntaxat condemnaverint, impugnat.

2551. **Fidelis a Fanna** O. S. F. e prov. Veneta, *Seraphici Doctoris Divi Bonaventurae doctrina de Rom. Pontificis Primatu et infallibilitate, collecta et adnotata.* Taurini. 1870. Ad refellendos illos, qui contendunt, Bonaventuram, Doctorem Seraphicum, de infall. R. P. in suis operibus prorsus silere, colligit 1. testimonia ex opp. eiusdem de *Primatu:* iuxta quae: „a Summo Pontifice manat in omnes inferiores per universam Ecclesiam omnis auctoritas; decreta pontificia omnia iura transcendunt; Romano Pontifici omne genu curvari debet in terris, Principum, Praelatorum etc.; Romanus Pontifex est Eppus Epporum, solus habens plenitudinem potestatis super omnes Ecclesias, Conciliorum decretis haud subiacens; iurisdictio in Romano Pontifice est maxima et in eo terminatur; Papa est omnium immediatus Praelatus, et plus potest, quam omnes Eppi.“ 2. Testimonia de *infallibilitate* R. P. secundum quae: *Romanus Pontifex Christi locum tenet in terris; in regimine Ecclesiae a Spiritu S. ducitur; potestas R. P. in rebus fidei et morum definiendis est independens et absoluta; Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum est magistra in docenda tam morum quam fidei veri-*

tate ; Romanus Pontifex est subiectum magisterii et inerrantiae in morum et fidei materia ; R. Pontifex S. Spiritus illustratione donatur.“ etc. 3. Testimonia de *Primatu et infallibilitate* simul, iuxta quae : Romana Ecclesia immediate subest coelesti curiae ; R. Pontifices habent munus mittendi sapientiam et iudicia toti mundo ; illis incumbit munus *regendi et illustrandi* universam Ecclesiam ; apud illos manet *ordinaria potestas* ad omnia, quae fidelium salutem respiciunt ; ipsi nonnisi a Deo iudicantur ; Petrus (et successores) est *Ecclesiae architectus fideique explicator*“ etc. Insuper animadvertit in praefatiuncula auctor : verba haec : *Papa non potest errare suppositis duobus, primum quod determinet quatenus Papa ; alterum ut intendat facere dogma de fide*, non esse Bonaventurae, (licet passim ita citentur) sed *Petri Trigosii* Capucini, qui Summam Theologicam iuxta doctrinam Bonaventurae composuit.

2552. **Stanislaus Eula** Can. Theol. Monregalensis, *Casus de Romani Pontificis infallibilitate.* Monteregali. 1870. Proponitur instar Casus in Collationibus theol. dioecesanis resolvendi illud *Hermesii* (nomen fictum, ut in Casuum propositione fieri solet) assertum : „Per Concilium nulla *nova dogmata* cudi posse, quum post Apostolos *nulla amplius* Ecclesiae facta fuerit *divina revelatio*, ex qua sola nosse licet, quid sit fide divina credendum. Frustra igitur optari, ut infallibilitas R. P. in Concilio Vaticano definiatur, cum doctrina haec nullum fundamentum habeat sive in SS. Bibliis, sive in Traditione ; nec mirum proinde videri, prodiisse 1682 famosam declarationem Cleri Gallicani contra infallib. R. P. A Synodo Vaticana in id operam dari debere, ut Rom. Pontifex cum hodierno progressu, liberalismo, et civilitate se reconciliet et componat.“ In resolutione Casus, praemissis necessariis de conditione dogmatis catholici notionibus, refutantur omnia, quae in praeiudicium infallibilitatis proposita sunt, et ostenditur : nullam quidem novam Ecclesiae factam haberi post Apostolos divinam revelationem, nec posse dogmata obiective et in se nova condi : hinc tamen impediri non posse, quominus Concilium abs ullo erroris periculo definire ac decernere valeat, quaecunque dogmata fidelibus scitu necessaria aut utilia

sint, quoties ipsa per rectam interpretationem deduci possunt tamquam praeexistentia in revelatis, per Scripturam S. aut per concordem et antiquam traditionem ad nos transmissa ; *infallibilitatem porro R. P. et evangelicis inniti oraculis, et constanti traditionali sensu muniri ; originem et exitum famosae gallicanae declarationis de a. 1682 manifeste probare, eam nullius esse roboris*, etc.

2553. *In Epistolas Honorii Papae ad Sergium commentatio.* Romae. 1870. Scopum commentatiunculae non eum esse praefatur auctor, ut omni ex parte Honorianam agat causam, sed tantum, ut novissimae reflexiones evanescant, et ostenso genuino epistolarum Honorii sensu appareat, quanta iniuria iisdem haereseos nota impingatur. In pervestigatione sensus epistolarum Honorii censet: *Honorium non id quaerere vel docere, an sit in Christo voluntas humana, eaque a divina distincta ; verum illam quaestionem solvere, an in humanitate Christi sit voluntas illa, quae divinae repugnat voluntati ?* et dum thesim suam, quod quippe eiusmodi contraria voluntas in Christi humanitate non fuerit, luculenter demonstrat, simul difficultates ex Scripturis depromtas solvere ; *nec coaevos habuisse Honorium pro monothelita, nec in epistolis ipsius quidpiam contineri, e quo suspicio illa de haeresi moveri posset ; tam epistolam primam, quam alterius fragmenta esse catholica.* De damnatione Honorii in C. Oec. VI lata, velut fortissimo adversariorum Achille, censet: *Patres Concilii errasse in facto, non dogmatico, sed historico et personali,* male de persona Honorii sentiendo ; *errasse et Honorium ex nimia aestimatione personae Sergii.* De confirmatione damnationis per Leonem II Papam ait: a Pontifice damnatam fuisse in Honorio unice negligentiam, in negotio gravissimo tractando palam factam, cum Sergio crederet, quin sibi certiores notitias compararet.

2554. **Petrus Semenenko** *quid Papa et quid est Episcopatus ex aeterna ac divina ratione, necnon quae eorum partes in Ecclesiae infallibili magisterio?* Romae. 1870. Auctor, Collegii Poloni in Urbe Rector, librum suum adversus opus nomine *Quaestionis* insignitum (Eppo Moguntino passim adscriptum, et uberius per nos recensitum) dirigit: posi-

taque sibi ad solvendum quaestione: *num potestas ecclesiastica possit scindi in duas vel plures partes, an potius ex necessitate ipso numero una sit, et resideat tota in Romano Pontifice, et tota in Eppatu, attamen alio modo in Rom. Pontifice, alio in Eppatu?* octo principiis stabilitis, totidemque conclusionibus alteram quaestionis partem affirmat et comprobat. E conclusionibus auctoris, omni cum eruditione pertractatis, liceat unam alteramve citare: Principium eccl. potestatis esse eius centrum, i. e. Papam; subiecta relativa duo, nempe principium (Papam) et terminum (Eppatum); Papam tenere potestatem ut subiectum personale, Eppatum uti collectivum; quaestionem de maiori numero suffragiorum vel de unanimi consensu non impedire, quominus maneat Papae plena et integra potestas; *Papam independenter tenere potestatem, Eppatum dependenter; Papam exercentem potestatem magisterii, docentem verum, bonum et iustum divinum,* (seu res fidei et morum) *distincte ab Eppatu, unum, personaliter et independenter infallibilem esse; Eppatum formaliter talem, sub conditione, ut ius exercitii a Papa tribuatur, eiusve confirmatio accedat, in iis omnibus, in quibus et Papa, et distincte a Papa et proprio iure infallibilem esse.*

2555. **M. A. Rampolla** *de authentico R. P. magisterio solemne testimonium ex monimentis liturgicis Ecclesiae universae depromtum.* Romae. 1870. Doctus auctor praemittendo, quod pro pontificiae inerrantiae privilegio et Scripturarum oracula et constans atque perpetua Ecclesiae traditio satis discussa explorataque sint, pro ampliori veritatis probatione *liturgicum* argumentum pertractandum sumsit, ostendens, theoriae et praxi Ecclesiae liturgiam etiam pulchre concinere. Instituta uberrima disquisitione, huius resultatum in eo concentrat auctor: Sensum solemnem et publicum, quem Ecclesia in excolendo Primatu ac Magisterio Petri per suos pastores et doctores omnium temporum et locorum fidelibus insinuabat, sive apposita festi (Cathedrae Petri) institutione, sive ipsa actione liturgica secundum omnem suam partem, didascalicam, euchologicam, et exomologeticam, inspecta, his comprehendi: 1 *Petrum* a Christo Domino *cum potestatis plenitudine* constitutum esse *caput et fundamentum* Ecclesiae, *Apostolis e*

successoribus Petro iure divino subordinatis; — 2. Petrum ratione Capitis omnibus imperare, ratione fundamenti omnem Ecclesiae ambitum super se continere; — 3. Potestatem Petri ad potestatem Apostolorum se habere ut totum ad partem; plenitudo et fons ad participationem et rivulos; *in uno Petro totum residere plenissime;* — 4. Vim summae potestatis Petri mensuram accipere a Christo velut principio, a quo derivatur, et ex fine tamquam termino, ad quem divinitus communicatur; intensive *potestatem Petri esse petram solidissimam, frangi nesciam, insuperabilem, inexpugnabilem*; extensive *universalem*; — 5. pro ratione duplicis potestatis, regiminis et magisterii, Petrum esse *summum Ecclesiae Rectorem, Iudicem et Legislatorem*, sicut *summum omnium Pastorem, Doctorem et Magistrum*, eadem semper firmitate et eminentia potestatis; hincque *praerogativam inerrantiae Cathedrae et authentici magisterii non modo legitimum sed necessarium esse corollarium Primatus;* — 6. Cathedram Petri esse per eminentiam *Cathedram sanae doctrinae, sedem, petram, columnam orthodoxae fidei;* — 7. Obiectum huius magisterii negative nullo limite circumscribi; positive tamen extendi generatim ad omne id, quod censuerit Cathedra Petri; speciatim ad tradendam fidem credituris, exponendam credentibus, ad praecavendos errores, ad sanandas morbidas hominum mentes etc. horum vero necessarium corollarium esse, quod, *sicut firmitas Ecclesiae a Petri pendet firmitate, ita Ecclesiae consistentia in veritate ab inerrabili Petri magisterio pendeat;* — 8. *Cathedram Petri non esse quid ab eiusdem Episcopatus Principatu separabile,* sed quoties aliquis exercetur actus huius universalis Eppatus, toties exerceri actum authentici magisterii, seu definitionem haberi ex cathedra; — 9. Primatum Petri certae Ecclesiae fuisse in perpetuum adnexum, quo in loco qui legitime succedunt Eppi, succedunt in loco Petri, ipsissimoque Petri induuntur Eppatu; hinc *falsam, futilem et levissimam esse distinctionem inter Ecclesiam Romanam eiusque legitimum Eppum, seu inter Petri Sedem et Sedentem, a liturgico quoque Ecclesiae sensu solemniter refutatam;* — 10. denique quoniam *quicunque Successor Petri*

est authenticus doctrinae revelatae custos et doctor ex perpetuo carismate inerrantiae personaliter Petro, et consequenter personaliter singulis Petri Successoribus collato: hinc *per successionem RR. Pontificum semper in Ecclesia Romana conservatam esse eam, quae est ab Apostolis, traditionem, et non vicissim.* Pro coronide adnotat praestans Auctor: „Quodsi huius doctrinae capita, quae in solemni, publica atque diserta Catholicae Ecclesiae professione continentur, conciliari quis posse putet cum possibilitate erroris in decretis, quae de rebus fidei et morum ab Apostolica Petri Sede universae Ecclesiae tenenda praecipiuntur: sedulo caveat, ne Primatus Petri non modo divinum ius, sed ipsa christianae fidei fundamenta subvertat. Cum enim sanctarum plebium Praesules mandata sibimet legatione funguntur, apud divinam clementiam humani generis agunt causam, et tota secum congeminante Ecclesia postulant et precantur: *ut ex dato sibi Petro Pastore, ne oves perderentur, errores effugiant*; *ut in Petro, firmissima fidei petra, fides eorum solidetur*, *nec nutabunda unquam appareat in quam inferni portas praevalere non posse credit Ecclesia*, ut devoto corde omnes Christifideles, quidquid Petri Sedes censuerit, quae Deo dispensante totius tenet Ecclesiae Principatum, ultro citroque amplectantur, ut quantalibet existat errantium multitudo, illi sint veri redemtionis filii, qui a principali nullatenus traditione discedunt. Adeoque devote ac veraciter iidem populorum magistri mox futuri in conspectu totius Ecclesiae libera profitentur voce: verae fidei rectitudinem et divinam traditionem per Petri successores immutabiliter conservari, se Petro eiusque Successoribus singillatim tamquam universalis Ecclesiae doctoribus et spirituali regulae omnem fidei puritatem exhibere, firmoque, ut oportet, proposito pro firmamento catholicae fidei et orthodoxae religionis cuncta eorum decreta per omnia et in omnibus inviolabiliter custodire, et semper libere, sicut illi praedicant, praedicare. Ergone haec aut perfunctorie atque inaniter a Domino peti putabimus, aut in tanta coram Deo et Ecclesia solemnitate temere proclamari?“

2556. **Ramiere** S. I. *Epporum conscientia in tuto posita quoad gravissimam de pontificiae infallibilitatis de-*

finitione quaestionem. 1870. Auctor utramque sententiam inter se comparando, expensisque tam commodis quam incommodis et periculis seu omissionis definitionis, sive ipsius definitionis, hunc posteriorem modum eligendum censet, et definitionis plurima recenset emolumenta. Censet quoque, definitionem differri haud posse, siquidem ambae doctrinae ita iam constitutae sint, ut aliquam in partem decisio necessario fieri debeat.

2557. **M. Ambr. Potton** O. Praed. *Sub tuum praesidium Immaculata! Responsio ad opusculum quoddam, cui titulus est: Disquisitio moralis de officio Epporum in emittendis suffragiis circa personalis et independentis infall. R. P. definitionem.* Neapoli. 1870. Praeclare castigat opusculum anonymum, omnia eius argumenta evertit, ostenditque, Praesules tutissima conscientia suum doctrinae huic dare posse suffragium, siquidem sententia de infall. R. P. ex cathedra docentis sit certa, imo certissima, et reapse catholica veritas, licet nondum solemni iudicio expresse definita.

2558. **Ludovicus a Castroplanio** O. Min. Theologus Eppi Tarracinensis, *de controversia infallibilitatis.* Neapoli. 1870. Erudita, omnique attentione digna disquisitio. Veram quaestionis controversae positionem huc revocat: *an Romanus Pontifex, sicut est principalis tessera infallibilitatis qua Caput Ecclesiae, dum definit in rebus fidei ac morum una cum corpore Pastorum, sit tessera totalis ac plena infallibilitatis, dum Scripturis et Traditionibus innixus de rebus fidei ac morum definit personali iudicio, sicut Caput et Doctor universalis Ecclesiae, sine praevio consensu vel concomitante iudicio Epporum?* seu brevius: *an extet promissio assistentiae Spiritus S. personaliter Petro et in Petro eius successoribus RR. PP. facta ad arcendos errores, ut Pontificali magisterio Catholica Ecclesia res fidei et morum infallibiliter doceretur?* Probat id gravibus argumentis, et difficultates solvit. Iis, qui *consensum Epporum seu tacitum sive expressum* desiderant, reponit: *Eppos esse quidem veros doctores ac iudices cum Pontifice, magisterium tamen eorum subesse correctioni Pontificis, et iudicium a Papa emendari posse, proin nec in se nec per se esse irreforma-*

bile; Papam communicare irreformabilitatem iudicio Epporum, sed non vice versa. Discussa quaestione de definibilitate personalis inerrantiae pontificiae, de causa *Honorii* censet *circa sensum facti dogmatici subiective sumti Concilium haud esse infallibile*, proin nec Concilium Oec. VI.; potuisse Honorium catholice sentire, et verba eius falsae interpretation accomodari; Honorium non docuisse magisterio solemni et dogmatica definitione universae Ecclesiae proposita, unam esse in Christo voluntatem; imo in epistolis suis conceptis verbi exclusisse definitionem, verbaque ipsius admittere catholicum sensum; *occurrisse forte peccatum in officio, sed non errorem dogmaticum in ministerio.* De inerrantia Papae et Concilii disserens, asserit: *modalitatem duplicem cerni in uni infallibilitatis dote; quia duplex modalitas in una assistentia Spiritus S. reperitur; modalitas personalis pro Petro, et modalitas collectiva pro Petro et Apostolis.* Item *Cuncta personaliter procedunt a Patre in Christum, personaliter a Christo in Petrum, personaliter a Petro in Ecclesiam.*

2559. **Iesualdus de Luca a Bronte** Capuc. Theologus Eppi Murani (Sicil.) in C. Vat. *Pro opportunitate oecumenicae declarationis de pontificia magisteriali infallibilitate theologica disquisitio.* Neapoli. 1870. Sex quaestionibus erudite absolvit tractatum: 1. *quid sentiendum de numero et dignitate opportunitatem dogmaticae definitionis oppugnantium?* Respondet: omni honore dignos, sed quoad doctrinam substantiam, si pro veritate non dimicant, nec dignitatem episcopalem, nec multitudinem opponentium magni aestimanda esse. 2. *Cuius ponderis sunt eorum obiectiones?* Reponit nullius, cum sint veteres obiectiones ad nauseam usque repetitae, et recentiora sophismata, iam egregie refutata. 3. *Quibus divinis testimoniis innititur sententia pontificiam infallibilitatem propugnans?* Fusius explicat argumenta e Scriptura; e dogmatibus fidei sine ulla controversia ab omnibus receptis, quibus infallibilitatem R. P. niti certum est utpote iis inseparabiliter connexam, nimirum ex unitate Ecclesiae, sanctitate, notione Primatus, quae certe infallibile rebus divinis magisterium in se comprehendit, et ex infalli

itate Ecclesiae, quae magisterio doctrinali R. P. innititur. Ostendit porro, per famosam Gallicanam declarationem anni 1682 veritatem catholicam infallibilitatis pontificiae confirmari, eleganter retorta sagitta in sagittarium, et hoste propriis suis armis devicto; non dubitat enim affirmare Auctor, *Bossuetum* declarationis auctorem corde et intima convictione reprobasse eandem, et unice tamquam sententiam Parisiensium eam tuendam suscepisse, non qua doctrinam, quippe reprobatam et ab Eppis retractatam. E Traditione plenissimum perhiberi inerrantiae pontificiae testimonium, e Conciliis, Patribus, Magistris constare: *in Romano Pontifice eiusque Cathedra ab omnibus agnitam fuisse securam et inviolabilem arcam traditionis divinae, inexpugnabilem arcem verae fidei*, matrem et magistram omnium Ecclesiarum; Papae deferendas esse fidei quaestiones, definitiones illius ut symbola verae fidei, ut regulam catholicorum dogmatum susceptas fuisse, 95 testimoniis confirmat. 4. *Professio huius veritatis estne recens, aut prioris et antiquioris aevi ac iugiter totius Ecclesiae Catholicae?* In responso ad hanc quaestionem suppeditat primum genuinam notionem infallibilitatis, nempe irreformabilitatem pontificii iudicii, dum ex cathedra loquitur, seu dum praemissa consultatione cum Romana Ecclesia, seu Cardinalibus, tamquam Vicarius Christi et omnium fidelium Doctor in rebus fidei et morum decisionem fert dogmaticam; tum probat, *Ecclesiam semper et ubique professam fuisse huius magisterii infallibilis veritatem*, sive dum Patres ac Synodi dogmaticas Pontificum decretales irrevocabiles et irreformabiles claris aut aequipollentibus verbis dicerent, sive dum Romanos Pontifices velut a Deo constitutos divinae traditionis et omnium fidei dogmatum invictissimos custodes appellarent, item falli nescios doctores, fontes illimos, sive dum scriberent: Ecclesiam universam ab Ecclesia Romana integrum SS. Scripturarum canonem accepisse, et auctoritate RR. PP. inviolatum custodivisse, Ecclesiam Romanam numquam interrupta nec deficere queunte successione RR. Pontificum gaudere; sive denique dum in Romanis Pontificibus ipsum Deum et Christum ac Petrum suspicerent, eorumque ore locutos esse, ipsis ut Iesu Christo obtemperari debere, refra-

gantes tamquam haereticos ac impios habendos tenerent, declararent: communicationem cum Romano Pontifice in f et rebus divinis esse tesseram professionis verae fidei etc. *Estne definitio dogmatica de infall. R. P. Ecclesiae utili* Utilissimam esse probat iisdem rationum momentis, quae lebris APraesul *Manningus* proposuit. 6. *Estne necessari* Respondet, hoc tempore esse maxime necessariam, refuta tam Caesareorum quam Gallicanorum obiectionibus.

2560. Idem auctor in alio libro: *De Regno Dei divin que Summi Pontificis potestate in Hebraea et Christia gente conquisitio historica et dogmatica.* Romae. 1870. ide pertractat argumentum, praemissis disquisitionibus de sumr Vet. Test. sacerdotio. Demonstrat nimirum: Ecclesiam Chris nomine regni insigniri; Petrum esse eius fundamentum, E pos vero pastores ac doctores suarum Ecclesiarum; Ecclesia esse visibile monarchicum regnum Dei et Christi Iesu; R manum Pontificem monarcham visibilem Ecclesiae; eius d creta in fide ac moribus Deo auctore immutabilia et inviol bilia, ideoque infallibilia esse sua intrinseca auctoritate, iux Vet. T. divina testimonia; Novi vero Testamenti oracula i eluctabile dare testimonium magisteriali R. P. inerrantiae documentis primorum IV seculorum et subsequentium sat probari, quod iudicia RR. Pontificum in quaestionibus fidei divinae legis ab universa Ecclesia suscepta fuerint tamqua vere sua intrinseca auctoritate infallibilia.

2561—2562. **Ios. Fabi** *pro Honorio et Sede Apost lica contra* „Car. Ios. de Hefele“ *Eppum Rottenburgense* Florentiae. 1870. In fronte libri sui citat verba Eppi Rotte burgensis: *Honorium haeresis accusare aperta est iniust tia.* (Conciliengesch. ed. gall. Paris. 1870. IV. 41. §. 208 Dein praemisso eo, quod unice *fallacibus libelli* „Hefeli *Eppi versutiis explodendis operam impendere, et certiss mum Romanae Cathedrae ius, Honorii praetextu impetitu tueri* velit, examinat argumenta Praesulis Rottenburgensis, ostendit: Honorium nullam dogmaticam definitionem dare v luisse, orthodoxam tamen de Christo operante doctrinam e posuisse; falsoque asseri, eum reiecisse terminum specifice o thodoxum, et tamquam verum specifice haereticum declarass

rro de praetensa damnatione Honorii asserit: *Honorio nquam haeresim docenti nec dictum, nec dici potuisse athema*, siquidem fidei decretum numquam ediderit; idque im culpae ei vertendum, quod utriusque formulae probando entium, auctori haeresis Sergio imprudenter consenserit; onem II nec sententiam Concilii propriis verbis repetere, Eppus Rott. cupit) nec permiscere dogmatisantibus haere- n Honorium, nec damnare, quasi in omnibus Sergio consen- it, sed solum ideo damnare, quia petitioni Sergii indulgens essitatem sustulerit inquirendi super valore et opportunitate abuli unius vel geminae operationis; proin *non errorem in e, sed pro fide perniciem, seu crimen damnari per Leo- n in Honorio;* nec affirmari posse, quasi Synodus VI ius i vindicaverit iudicandi Papam ex cathedra loquentem: *ientales enim Patres Synodum Oecumenicam solos non stituisse, Honoriumque nec ab Agathone Papa, nec a nodo Occidentali 125 Patrum damnatum fuisse, Legatos ostolicos solum qua testes subscripsisse*, (Agathonis Syno- a nullam seu assentiendi sive dissentiendi potestatem Le- is concedente) *ipsam Synodum VI de Honorio non tu- se iudicium, prout de Cyro, Sergio etc. haereticis, sed st hos sua unice auctoritate anathematisasse Honorium; onem Papam denique iudicium Concilii de Honorio co- nisse ad culpam, qua Apostolicam Ecclesiam maculari misit.* Plura insuper minus congrue et recte dicta repre- dit Auctor in Praesule Rottenburgensi; e. g. quod de *per- ali* Pontificis infallibilitate loqui videatur, quum tamen *thedra* solum Pontificis, in qua Petrus vivit et praesidet, infallibilis; item quod credat infallibilitatem Ecclesiae manae posse adstrui, quin eo ipso adstruatur personalis in- libilitas Papae, quum tamen distinctio haec haud sit catho- , acephala nempe Ecclesia Romana extra humanum divi- nque conceptum existente, Papaque ideo unice infallibilitate ato, quia est Caput corporis Ecclesiae. Gravia sunt omni- attentione digna postrema etiam clarissimi Auctoris verba Gallicanis, Febronianis et hodiernis Pontificiae infallibilita- osoribus: „Vix extulit per famosam *Cleri Gallicani de- rationem* hydra caput, *commotus est totus catholicus or-*

bis, adeo, ut ipsi declarationis auctores undecim post a (1693) auctorque praecipuus Ludovicus XIV haeresim apud Innocentium XII abdicaverint; quamvis posthac ad mitum rediverint ipse et aulici multi. Haud secus fa est cum *nequiori simulati Febronii elucubratione* a. edita, atque anno 1778 ab ipso auctore, Eppo Ioann Hontheim, proscripta. *Quae utique oblivioni data fu nisi alterius Caesaris improbo consilio, ac fatua quo dam Epporum servilitate* (1786) *novae vitae confortat halitu, quo vivit adhuc.* — Sive Gallicani fuerint, sive phistae et Febroniani, quicunque tandem: *hi novitatib Concilio Constantiensi et deinceps propalatis favere pe quam antiquae traditionis robori et sanctitati adhae comperiuntur.* Si enim Orientalis Ecclesiae usque ad gra schisma, ac perpetuum Occidentalis Ecclesiae morem atte sent, sciscitandi nempe in omni fidei quaestione et diffic Romani Pontificis oraculum, et excipiendi ab illo tamqu Deo per os B. Petri responsa; si Patrum et Ecclesiae L rum, itemque Conciliorum diserta plerumque de certit traditionis Romanae Cathedrae consuluissent eloquia; si que perpendissent, ubique et semper omnes et praesertim crorum Antistites, *non esse Caesari reddendum, quo Dei:* numquam spiritalis matris Romanae Apostolicae H siae sinum proscindere debuissent. *Contigit* ideo, *ut cur genti fidelium scandalo ipsius Supremi Patris ac Pa Ecclesiae nativa iura in quaestionem a Catholicis nunc quoque in Generali Synodo vocarentur.* — Qu praestent, ab haereticis mutuantur verborum Christi com taria, et cum ipsis fornicantur inter sordes et quisquilia minum, multaque infanda ab Ecclesiae fastis everrentes modant, ut divini magisterii Romanae Sedis fulgorem, al hominum nequitia latius coruscantem, obtenebrent. — Ip dendi magis voluptate quam decertandi virtute proc ignorare volentes, — *Romanam Sedem magisterio Petr butam tanta divinitus soliditate muniri, ut eam neque retica corrumpere pravitas, neque ulla possit superare fidia:* et ideo possunt Ap. Sedem contemnere, possunt nos calcaneum elevare, at *datum a Deo privilegium ev*

l auferre non possunt. Quapropter supremum sibi adve-sse metuentes diem, — *veritati moliuntur invidiam.* Terra arique cient tempestates, prelo, foro, rostris, tabernis, alto missove cothurno, terrore, cachinnis, adulatione, contemtu llicitare animos, promovere studia, exercere curas, commo-re Reges, circumvenire Patres, cara nimium Ecclesiae no-ina audacter sibi copulare, et in ipsam qua possunt Aulam aticanam irrumpere certant. Furunt, et antiquis odiis novo omanae Sedis propugnacula aggrediuntur impetu, novum ipsi atagentes parare de mendaci zelo et impotenti astutia trium-hum.“ — Nec hunc adversarium sine responso reliquit Ep-us Rottenburgensis *Hefele:* nam in ephemeride *Deutsches Volksblatt* vulgavit articulum, in quo adversus Auctoris contra e procedendi modum queritur, et obiectiones ipsius resolvere ititur. *(Theol. Literatur-Blatt.* Bonn. 1870. p. 581.)

2563. **Nicolaus a S. Ioanne** Capuc. Minister Generalis, *quaedam absurda, quae ex opinione errantiae Rom. Pontificis necessario exoriuntur.* Romae. 1870. Sententiam adver-ariorum, qui contendunt, Papam nonnisi cum interventu Ec-lesiae esse infallibilem, ad *absurda* deducit, quae ex eadem nomisse consequi necesse sit; siquidem vel praedicata, quae psi adversarii tribuunt Romano Pontifici, infallibilitatem per-onalem involvant. Ubi Petrus, ibi Ecclesia. Absurdum fore et ontradictorium, Ecclesiam esse infallibilem, et Papam, cuius urae ac sollicitudini ipsa commissa est, posse falli; Papam, i errare potest, haud fore supremum doctorem et magistrum otius Ecclesiae, cum discipuli latius paterent magistro et do-tore; in hypothesi errantiae mactandas fore oves ab eo, quem onstituit Dominus custodem domus suae et principem omnis ossessionis suae; posito Capite infirmo et fallere queunte, otum Corpus infirmum evadere, neminemve fore, qui huic nederetur, non caput, a quo contrarii effectus edi possent, non orpus, quod non vivit nisi de vita capitis; si Pontifex errare osset, defecturam in Ecclesia fidem et mores; statum Eccle-iae fore ambiguum, incertum, ex parte fideliuu dubium circa octrinas a S. Sede propositas; nec sat esse, ut dicatur, te-eri fideles obedire: obligationem namque hanc fore iniustam t tyrannicam, cum exigat assensum in iis, quae non sunt ex

fide, stante quippe persvasione de defectu inerrantiae in
cente etc. Urget tandem adversarios, ut nominent vel u
Patrum, qui directe vel indirecte doctrinae de infall. R
contradiceret; et observat, historiam, ad cuius facta adver
provocant, non esse falli nesciam.

2564. *Animadversiones in quatuor contra Ron
Pontificis infallibilitatem editos libellos.* Neapoli. 1
Eximius et criticus liber, (AEppo *Cardoni* ut auctori ads
solitus) sequentibus IV opusculis oppositus: 1. *Observati
quaedam de infallibilitatis Ecclesiae subiecto;* 2. *De Su
Pontificis infallibilitate personali;* 3. **C. Hefele** *causa
norii Papae;* 4. *Quaestio* (de infall. R. P. instar MSS.
pressa.) Auctor animadversionum pro praecipuo refutationis s
obiecto sumit librum *Card. Rauscheri* (Observationes),
tento etiam ordine materiarum ab hoc adhibito, sed ita,
dum *Observationum* argumenta refellit, simul interiiciat
portunas reflexiones ad reliqua opuscula, cumprimis ad lil
lum Eppi Rottenburgensis. *Monitum* auctoris optime ind
argumentum libri, et sic habet: „Quatuor nuperrime ty
editi sunt libelli, qui omnes id sibi demonstrandum propon
doctrinam, quae tenet, Romanum Pontificem in fidei quaes
nibus definiendis errare non posse, aut a veritate sive peni
sive aliquo modo deviam esse, aut anteactorum temporum r
moria sive refelli sive saltem non fulciri. Argumenta, qui
eorum auctores potissimum confidere videntur, quam par
efficiant, paucis demonstrare aggredior. Quod rerum disp
tionem spectat, illum sequi visum est ordinem, quem te
auctor libelli, cui titulus est: *Observationes quaedam de
fallibilitatis Ecclesiae subiecto*, (Neapoli. 1870.) partim q
hoc opusculum primum prodiit, saltem primum in ma
mihi incidit; partim quia, dum pleraque, quae ad nostr
quaestionem spectant, attingit, occasionem praebet alio
etiam perlustrandi et refellendi argumenta. Unde etiam r
nentur, quos auctor ille suis disputationibus singulis fecit
tulos. — Singula, quae illis opusculis minus probanda co
nentur, refellere non est in animo. Quaedam enim cum qu
stione, de qua agitur, minus cohaerent; alia sunt huiusm
ut refutatione nulla indigere videantur; alia denique disie

lis, quibus nituntur, et ipsa disiecta sunt." Auctorem *Observationum*, item auctorem alterius libri *de infall. personali* ropriis ipsorum rationibus urget, ut inerrantiam R. P. agnoeant; auctorem autem *Quaestionis* monet identidem, quod in ua potestatis ecclesiasticae theoria parum sibi constet, non am suo, quam theoriae ab se confectae vitio, totumve sytema suum ipsemet subvertat. Auctorem *Observationum* resso pede (ut diximus) insequens, repetitis vicibus monstrat, *roprio se conficere telo;* signanter, dum S. Sedem appellat *concussum fidei firmamentum*, hocque ipso fatetur veritem illius sententiae, quam impugnandam sibi proposuit; porro um de sententia S. Thomae Aquinatis scribit, *multa adstrure sed non probare, tacere quae dicenda erant, et dicere uae tacere debuisset, coniunxisse quae nullo modo inter se haerent:* unde proponit genuinam S. Thomae sententiam, uae alioquin est pro infallibili magisterio R. P. Porro aniadvertit: Auctorem „Observationum", dum vim *professionis dei a Graecis* in Concilio Lugdunensi II editae infringere titur, *in narratione sua quoad omnia a veritate deflectere;* pariter, dum de *obedientia S. Sedi* debita disserit, *rope in eo esse, ut, quod totis hucusque viribus oppugnavit, Romani Pontificis infallibilitatem concedere videatur;* icit enim: „dignum et iustum esse, ut decretis a S. Sede in ebus fidei et morum editis fideles intime firmiterque confiant, ea doctrinae divinitus revelatae consentire, mentis ad duciam hanc compositae sensa cum persvasione de Summi ontificis infallibilitate non coincidere, sed ad eam prope acedere." *Quid tamen*, (quaerit Auctor *Animadversionum,) si el semel erret Pontifex? tota labetur in errorem et labi ebet Ecclesia, quum sine iustitiae laesione obedientiam egare non possit. Ecce: quod Observationum auctor per belli decursum considerare semper omisit, videlicet, propter ivinitus promissa fieri non posse, ut Ecclesia tota labatur errorem, fieri autem necesse esse, dum is, cui tota Ecclea in re fidei obedire debet, a vero aberret in docendo. i ita est, viderit ipse, quomodo non admissa Romani ontificis infallibilitate tueri adhuc possit, Ecclesiam nullo nquam tempore lapsam esse in errorem. Fatendum est,*

Auctorem illis, quae de Ecclesiae seu populi christiani con
svetudine scripsit, (populum nempe decreto Pontificio de cr
dendis proposito confidisse, genuinam hanc Christi doctrina
esse) *argumentum non exiguum pro R. P. infallibilita*
protulisse. — De *causa Honorii* (Eppi Rottenburgensis) ob
servat Auctor: ut argumentum contra infall. S. Sedis ex
eruatur, ante omnia demonstrandum fuisse, epistolas Hono
in sensum a catholico dogmate alienum non modo trahi poss
sed etiam sensu orthodoxo exponi non posse; *nullum* ait *fe*
cessere negotium Honorii ad Sergium epistolas, modo tot
quae iis continetur, doctrina, et Pontificis mens ipsis liter
satis expressa attendatur. Evolvit dein: Honorium asseren
unam voluntatem in Christo, simulque docendo, mansis
utrarumque naturarum differentias et quidem integras, (ut
altera epistola profitetur) tum negative tum positive asseruis
duplicem absolute in Christo voluntatem, divinam et hum
nam: negative quidem, refellendo Sergii argumentationem p
una naturali voluntate; positive vero, quum qui naturaru
differentias et quidem integras asserit, tam divinae quam h
manae naturae profiteatur voluntatem; unam iuxta Honoriu
in Christo voluntatem esse, quatenus bona voluntas huma
semper conformis est divinae; Honorium unius voluntatis v
cem eodem sensu usurpasse recte dici, quo Concilium Later
nense a. 649 theandricae operationis vocem admittit, videlic
ad demonstrandam utriusque operationis unitionem, et, qu
gravius est, quo ipsum Concilium Oecum. VI duarum volu
tatum consensum praedicavit. Argumentationem Eppi *Hefe*
quasi Honorius confudisset duas voluntates, aut humanam
divinam transire sivisset, refutando, ait: confusionem ha
non posse demonstrari, imo totam Honorii epistolam ei rep
gnare. Ad condemnationem Honorii in Synodo VI et confirm
tionem Leonis II reponit: ostendendum restare, Honorium
Synodo propterea damnatum esse, quod falsam doctrinam tr
diderit, et a Leone confirmatam damnationem ex obtutu ha
resis; potius id patere ex actis, Honorium in eo duntaxat e
rasse, quod haeresim non compresserit, aut veritatem catho
cam non satis defenderit. — Ad ea, quae *Observationum* a
ctor de duabus infallibilitatibus, Ecclesiae quippe et Papa

velut incongruis et superfluis profert, plura reponit *Animadversionum* Scriptor, sic concludendo suum opusculum: „Nemo non videt, quum de Divinae Sapientiae et Bonitatis operibus quaestio est, *quam sit difficile ratione probare, Deum hoc vel illo modo agere debuisse.* Si enim rationes congruas pro hac parte attuleris, rationes etiam congruas pro altera simul afferre poteris. Ceterum *non multum laboraret, qui rationibus congruis hanc vellet fulcire sententiam: Deum, ut unum constituit, qui auctoritate suprema totam gubernet Ecclesiam seu fidelium omnium regat voluntatem, sic unum et quidem eundem constituisse, qui eadem auctoritate suprema totam doceat Ecclesiam seu omnium in fide regat intellectum. Reliquorum autem Epporum, qui a Deo in rebus fidei constituti sunt iudices, quum constituti sint pastores, tam parum pessumdaret auctoritatem, quam eorumdem leges ferendi potestatem tollit, quum unum dicit esse legislatorem supremum, Romanum Pontificem.* Neque enim in regnis quicunque veri sunt *iudices,* eosdem et *supremos* esse iudices necesse est, quum aliud sit, sententiam aliquam esse iudicium, aliud, esse iudicium *irrefragabile.* Sicut qui in rebus civilibus sunt iudices, iudices esse non desinunt, dum altius tribunal adeundi datur facultas, ita etiam *Eppi suam in rebus fidei iudicandi non amittunt auctoritatem, dum aliud tribunal constitutum esse docetur, a quo solo ulterius appellandi non sit facultas, seu cuius unius in rebus fidei iudicium sit irrefragabile.* Neque ex eo, quod ad obediendum supremo Pastori obstringuntur, sequitur, eosdem fidelibus praecipiendi carere potestate. Qui enim alteri subditus alteriusve discipulus est, idem aliorum potest esse superior et magister, sicut etiam qui altiori iudici subest, idem aliorum iudex esse potest.“

III. *Ex Anglia, America, Hispania, Hollandia, Oriente.*

2565. In *Anglia* celebris **David Urquardtus,** cuius laudabilem memoriam iam in literatura anni 1869, signanter de

commercio eiusdem literario cum Eppo Aurelianensi circa infallibilitatem R. P. iniecimus, non obstante sua Anglicana confessione in periodico suo opere *Diplomatic Review* infallibilitatem pontificiam tueri pergebat, non solum argumenta contra opportunitatem definitionis adducta refellendo, verum etiam adstruendo, quod Catholicorum nullus inficiari possit inerrantiam R. P. ex cathedra loquentis.

2566. **P. Vaughan** O. S. B. *Defence of the Roman Church.* London. 1870. Apologia pro inerrantia R. P. contra *Gratry* Oratorianum Gallum.

2567. **Edward Stephen Keogh** Priest of the Oratory, *A few specimens of scientific history from* „Ianus." London. 1870. Egregie convellit historicum momentum *Iani*, plurimos errores historicos in eo detegendo, et secus quoque librum, (ad speciem et fucum eruditionem monstrantem,) confutando.

2568—2569. *Infallibility. Letters to the Editor of the* „Weekly Register." March. 1870. Cyclus epistolarum, quas doctus, paulo ante laudatus, Benedictinus *Vaughan* pro infallibilitate pontificia diario *Weekly Register* inseruit, et separatim edi curavit.

2570—2572. Epistola Oratoriani presbyteri **Newman** ad Praesulem Birminghamensem *Ullathorne,* de qua suo loco iam retulimus, occasionem subministravit catholicis diariis Angliae, eandem promeritae crisi subiiciendi, et doctrinam de inerrantia pontificia vindicandi. In hoc puncto duae cumprimis excellebant ephemerides: *Tablet*, et *Weekly Register;* quarum posterior mendacia et conclusiones anglicani diarii *Standard* egregie refellebat.

2573. **Thom. Fr. Knox** Oratorianus, *when does the Church speak infallibly? or the nature and scope of the Church's teaching office. Second edition.* London. 1870. Multis probat argumentis in hac altera, novis curis facta, editione inerrantiam R. P.

2574. **Paul Bottalla** S. I. *the Pope and the Church considered in their mutual relations. Part. II: the Infallibility of the Pope.* London. 1870. Primam operis partem in literatura de Primatu recensuimus. In altera parte, quam nunc laudamus, infallibile magisterium R. P. propugnat methodo

dmodum erudita ac scientifica, habita reflexione novissimorum brorum et lucubrationum *Mareti, Döllingeri* etc. Meruit ngulari Brevi SS. Patris honorari, in quo S. Pater declarat: Aliis illustribus testimoniis obsequii et sincerae devotionis, uae hoc praesertim tempore e Britannia accepimus, libenter ccensemus opus tuum. — Precamur — ut lux affulgeat iis, ui versantur in tenebris, et qui debiles in fide sunt, confir- ientur."

2575—2576. *Troughts on Infallibility:* **The Month.** ondon. 1870. May. Recensitos hactenus tum alibi, tum in nglia Apologetas Honorii refellere nitebatur: **Le Page Re- ouf** *the case of Pope Honorius reconsidered vith reference recent Apologies.* London. 1870. Librum hunc, prout et lium eiusdem auctoris tractatum de Honorio ex a. 1868 in teratura de Primatu iam recensuimus.

2577—2578. **Mart. Ioan. Spalding** AEppus Baltimo- nsis in Amer. Sept. *„Francisci Patritii Kenrick" AEppi lim Baltimorensis sententia de Romani Pontificis in defi- itionibus circa fidem infallibilitate.* Romae. 1870. Proponit berius textum ex Th. Dogmatica *Kenrickii,* de cuius senten- a dubitatum fuit, num personali inerrantiae R. P. faveat ec ne, et de quo (ut suo loco diximus) frater denati, actu Praesul S. Ludovici *P. Rich. Kenrick*, data ad Spaldingium Eppum epistola, censebat, nullam a fratre suo agnitam fuisse nerrantiam R. P. E combinatione textus, quem nos in lite- atura de Primatu fuse proposuimus, apparet, AEppum Balti- norensem Patritium Kenrick non adstipulari quidem senten- ae, quae Romanum Pontificem ut doctorem privatum *se solo* net infallibilem; enunciare tamen se pro eo, *quod Christus ratione sua* Luc. XXII. *obtinuerit, ut, qui vices eius in Ecclesia docenda ac regenda gerit, numquam erret in so- mni fidei definitione; petra quippe est, qua nititur Ec- lesia.* — Opusculum praesens *Spaldingi* tam latine quam llice reexhibet diarium *Univers.* Paris. 1870. nr. 1113.

2579—2583. In *America Septemtrionali* pro infallibili- te semet enunciarunt: *Ieremias Moynihan* parochus Neo- ureliae, in concione die 1 Maii 1870 habita; item diaria:

Morning Star, *Propagateur*, *Freeman's Iournal* etc. (*vers.* 1870. nr. 1141.)

2584—2585. *Pastoral del Exc.* „Manning" *Arzob de Westminster, sobre la Infalibilidad del Papa, tradu del ingles y aumentada con un prologo y apendice po Ill. S. Obispo de Antinoe V. Ap. de Gibraltar.* Turin. 1 Versio hispanica cum augmentis Encyclicae literae APrae Westmonasteriensis. Eadem pastoralis litera in lingvam *bicam* quoque translata, et sub auspiciis Epporum Ori Romae typis S. Congregationis de Prop. Fide excusa 1870.

2586. **Ioaquim Pintò de Campos** *Recordaço es toricas au verdades sabidas.* Turin. 1870. Eximia apol inerrantiae pontificiae lingva portugallica concinnata, non n opportunitatem definitionis probans, sed et argumenta f pturae, theologica, historica pro veritate adferens, et Gal nos, aliosve liberales catholicos refutans.

2587. **O. A. Spitzen** Parochus in Zwolla, *expositio ctrinae Ecclesiae de infallibilitate Papae.* Amstelod 1870. Lingva hollandica exaratum opusculum multa cum ditione pertractat quaestionem.

2588. **Casp. I. M. Bottemanne** Dec. et Par. *de norii Papae epistolarum corruptione.* Buscoduci. 1870. ctor, multis annis Professoris cathedram tenens, in praes libro, primum vernacula, i. e. hollandica lingva conscr dein latine reddito, propositis pluribus de causa Honorii P eruditorum sententiis, illam amplectitur, quae epistolas norii in Concilio Oec. VI damnatas *corruptas* fuisse t Non diffitetur, hanc sententiam hodie antiquatam videri, a ut futilem fere ab omnibus reiici: verum expensa ub universa Monothelitismi historia, ac praeferenter eius exor Echtesi Heraclii, Typo Constantis, et ipsius Synodi VI a corruptionem epistolarum Honorii reapse intervenisse col et ideo vel ab illa macula, quae ei ex obtutu cuiuspiam

ligentiae ac omissionis aspergitur, purgare contendit. Series rgumentationis, per adiuncta historica et alia fuse evolutae, ı summa sequens est: „Anno 634 priorem Honorii ad Ser- ium epistolam exaratam; a. 636 Ecthesin per Sergium con- ectam et Heraclio oblatam, sed vivente Honorio publice haud romulgatam; a. 638 mense Octobri Honorium mortuum; a. 39 Echtesin promulgatam, Severinum in Papam electum, sed er legatos Romanos de confirmanda per Papam Echtesi nul- ım sponsionem editam; a. 641 per Ioannem IV Papam pro ionorio apologiam ad Constantinum Imp. missam; a. 648 'ypum Echtesi substitutum; a. 649 a Martino Papa Typum amnatum fuisse. Porro per totum illud, quod a Typo da- ınato usque ad celebratum Concilium Gen. VI decurrit, tem- us auctoritatem Honorii Papae a Monothelitis in Typi gra- iam haud invocatam; anno autem 680 Agathonem Papam d Imperatorem scribendo de invicta, qua praedecessores RR. 'ontifices (non excepto Honorio) haereticis restiterint, fidei ortitudine gloriatum fuisse. Itaque historiam Monothelismi estari, quod Honorius per 40 post obitum eius annos nec ab aereticis accusatus, nec a catholicis vindicatus fuerit de si- ntio circa Christi operationem indicto. Primum fuisse *Ma- arium* Patr. Antiochenum, qui literas Honorii in tabulario 'Pno inventas in lucem protraxerat, et (ut auctor pluribus robat exemplis) etiam *corruperat.*“ Corruptione hac ex hi- toria actorum Synodi VI uberius evoluta, auctor resolvit ali- uot difficultates a Romano historico *Palma* contra corruptio- em epistolarum Honorii positas, et opus suum his concludit erbis: „Honorii memoriam pro posse vindicavimus. Variis nim argumentis ex Monothelismi historia plerumque petitis oc demonstrare conati sumus: *ea, quae de indicto circa Christi operationes silentio in Honorii epistolis legimus, on ab Honorio esse conscripta, sed Monothelitarum fraude isce addita.* Quae argumenta utrum rem nostram revera emonstrent, peritorum iudicio disceptandum relinquimus. Nos nterim libello nostro finem imponentes, quae ex Honorii epi- phio desumta sunt verba, intima animi persvasione repe- mus:

Tecum Virginitas ab incunabulis vixit,
Tecumque veritas ad vitae metam permanet."

2589. *Epistolae duae de infallibilibus Summi Pon*
ficis ex cathedra loquentis in rebus fidei et morum decr
sive iudiciis. Taurini. 1870. Epistola prima est *AEppi Am*
diensis Chaldaeorum **Georgii Ebediesu Khayatt** *ad Epp*
olim Lucionensem in Gallia, altera huius ad illum resp
soria, utraque mense Iunio 1870 sub Synodo Vaticana exar
Romae. APraesul Amadiensis, qui iam prius (ut in Monum
tis Conc. Vat. ostendimus) longiore epistola ad SS. D. N. I
pam data inconcussam suam fidem erga inerrans magisteri
R. P. docuit, in praesente litera enunciat: *Chaldaeorum*
dem semper fuisse, quod Papa in rebus fidei errare non p
sit; idque patere praesertim ex celeberrimo libro Iosephi
Patriarchae Chaldaeorum a. 1714 mortui, cui titulus: *Spec*
lum tersum, quique instar Achillis Catholicismi, ex quo u
cum Romana Ecclesia effecta fuit, considerandus venit. Alleg
etiam APraesul Amadiensis exemplum Nestorianorum hae
ticorum, qui suo pseudo-Patriarchae, ab ipsis pro successo
Petri Ap. habito, infallibilitatem tribuunt: et concludit: d
ctrinam infall. pontificiae, si definita fuerit, non fore nova
pro Chaldaeis catholicis, nec ex definitione sensus improb
aut perniciosos in iis, imo nec in separatis fratribus excita
dos timeri debere. — Responsoria Praesulis *Lucionensis* lite
fusius commentatur in sententiam Iosephi Patriarchae de Ro
Pontifice, libro *Speculi tersi* insertam, atque a celebri Syr
Maronita *Ios. Simone Assemani* in „Bibliotheca Orienta
Clementino-Vaticana" Romae 1719 ss. edita reimpressam.
ea praedicata sequentia tribuuntur Romanae Ecclesiae: ea
esse Caput Ecclesiarum, et Papam esse Patrem universale
omnium Christianorum; *fieri nequire, ut Ecclesia Roma*
in rebus fidei aberret; super solum Petrum et eius succe
sorem Romanum Pontificem fundari Ecclesiam; fieri n
posse, ut Papa erret in fide. Eppus Lucionensis sententi
has ulteriore prosequitur commentario, et disertis verbis pr
fitetur: *Ex infallibili praerogativa, soli App. Principi*

eius successoribus propria, et ex fallibili conditione quorumcunque aliorum Epporum, sequitur: unam tantum esse Sedem infallibilem, nempe Sedem S. Petri Romae fundatam, ceteras autem, prout singulas, errori obnoxias esse. — Ex eo autem, quod haec Romana Ecclesia seu S. Petri Sedes a suo Pastore et Capite nequeat separari, sequitur: hanc eandem Ecclesiam esse infallibilem virtute, quae emanat ex Pastore et Capite falli nescio. — Neque enim provenit (haec praerogativa) *a clero vel populo, quibus nulla conditionis infallibilis promissio facta est. — Admissa proinde, quam negare impossibile est, Romanae Ecclesiae infallibilitate, eo ipso admittitur et praedicatur ipsius Capitis infallibilitas, a quo illa praerogativa in Ecclesiam ipsi commissam specialiter derivatur.*

2590. **Georg. Ebediesu Khayatt** AEppus Amadiensis, *Syri Orientales, seu Chaldaei, Nestoriani, et Romanorum Pontificum Primatus: commentatio historico-philologico-theologica.* Romae. 1870. APraesul Amadiensis paulo post memoratam epistolam, edidit hunc librum, infucatae suae erga S. Petri Sedem obedientiae ac adhaesionis conspicuum documentum. Liber duplicis est argumenti. Primum respicit Romanae Apost. Cathedrae iurisdictionis ac magisterii Primatum, quatenus Chaldaeorum Nestorianorum congestis monumentis et testimoniis, ad apostolicam et divinam traditionem iugi ac necessario nexu referendis, insuper legis praescriptionis habita ratione, fusius demonstratur. Alterum historicas de Chaldaeis notitias suppeditat. Editum est opus paulo ante definitionem dogmaticam infall. R. P. De argumento primo, quippe Primatu R. P. vere dicit in suo prologo: „Caput hoc doctrinae catholicae maximi esse ponderis atque necessitudinis, hac nostra maxime aetate, quae plus aequo volens libertati indulgere, omnem quodammodo invidet auctoritatem. Insuper hic inter Religionis Christianae articulos facile habendus est princeps, quippe qui cum illis omnibus naturali ac necessario connectatur vinculo, eosque fere includat. Etenim *quum tota Ecclesiae constitutio ac stabilitas in unitate fidei ac regiminis sit sita, utrumque vero absque unius Pastoris auctoritate suprema nec subsistere nec conservari queat, pronum est*

concludere, tanti faciendam Romani Pontificis plenae c supremae potestatis firmitatem, quanti est ipsiusmet Rel gionis Christi stabilitas atque conservatio. Norunt hoc po tarum inferi ministri, qui proinde cum sint prudentiores i generatione sua ipsis lucis natis, (quamquam illud stulte sil persvadeant, posse aliquando creatur m, quod posuit Creato amovere) eo consveverunt suos omnes conatus dirigere, qu Ecclesiae fundamentum, supremam videlicet auctoritatem Pa storis unius evellerent, si fieri posset. *Optime* quippe *callen vaferrimi homines, tamdiu inferorum potestates non ess contra ipsam Ecclesiam praevalituras, quamdiu firmu manet eius fundamentum, Petra seu Petrus, qui in succes soribus suis semper vivit.*" Capite I proponit testimonia, quibus luce meridiana liquet: principatum iurisdictionis P Petri super Apostolos ac totam Ecclesiam, et quidem ea na tura et vi, qua melius a viro catholico desiderari nequeat, Christo Domino collatum apud omnes *Nestorianos* extra om nem dubitationis aleam, et ubique semper haberi et assertur ac creditum fuisse. Capite II adstruitur eorumdem Nestoriano rum testimonio Romani Eppi in Sedem Apost. Romanam beat Petri successio, ac eiusdem plenae potestatis in universa Christi Ecclesiam possessio. Capite III explicatur sententi Nestorianorum circa *inerrantiam R. P. ut Ecclesiae uni versae doctoris magistri*, ex ipsorum monumentis depromta Multis probat id argumentis: ex oraculis evangelicis ad suc cessores Petri applicandis; ex iis, quae in officio divino d beato Petro praedicantur et inerrantiae donum supponunt; e aliquot Nestorianis doctoribus in fama magnae eruditionis po sitis; ex rationibus theologicis, quas ipsi Nestoriani adhiben respectu suorum Patriarcharum; ex testimonio *Narsetis* magn Nestorianorum doctoris Sec. V; ex officio divino App. Petr et Pauli; ex aliquot epistolis Patriarchalibus Romam missis signanter ad Innocentium IV, Iulium III, Paulum V, Bene dictum XIV, Clementem XIV. — Ad circumstantiam illam quod Nestoriani eam ipsam potestatem, qua B. Petrus eiusv Successor ornatus fuit, suismet Patriarchis attribuant, reflecti Auctor: „Praerogativas Primatus divini B. Petro concessas no ideo praecise praedicant, quia suae communionis Caput iisdem

honestare in animo posuerunt; sed ideo, (ut unusquisque imo intuitu percipit) quia Principi App. in bonum Ecclesiae as a Christo collatas cernentes et credentes, atque pro Unite servanda necessarias esse persvasi, suo primo Antistiti u Ecclesiae suae Capiti prae ceteris exclusive (cum manifesta ntradictione, suis tamen cohaerentes falsis principiis) omni udio nituntur accomodare." Excurrit etiam fusius in causam *onorii* Papae, et ostendit: Honorium in fide nequaquam rasse, acta Concilii VI interpolata fuisse, ab Honorio nullam finitionem dogmaticam editam haberi. — Quamquam autem uctor librum hunc suum (ut iam monuimus) adhuc ante deitionem infall. pontificiae typo commiserit; quum tamen rante operis impressione definitio emanaverit, adiecit operi *nclusionem*, cuius verba notatu digna censemus: *Principatus sacri supremique in universam Christi Domini Ecclesiam Pontificatus providentiales dotes, vis ac ratio, quamiam saepe sint alias per cuncta secula salutis declaratae, ercitae atque agnitae; nuperrime tamen nova luce a aticana arce coruscante a SS. Oec. Synodo, ipso Christici Vicario Praeside, optatibus votisque catholici orbis, enon luctuosissimae tempestatis nostrae infirmitati, Spiiu S. auctore, providissime et opportunissime respondente, arius, enucleatius, et dogmatice, incassum licet frementibus feri portis, sunt sancitae et decretae. Et iam Ecclesia atholica, qua oritur qua occidit sol, plaudente, B. Petri ccessor, supremus omnium Christifidelium Eppus, atque rore immunis Magister praedicatur!*

2591. **Stephanus Azarian** *Ecclesiae Armenae traditio R. P. Primatu iurisdictionis et inerrabili Magisterio.* omae. 1870. Opus perdoctum, maximaque attentione dignum. m in *prooemio* eiusdem gravibus verbis indicat originem et ogressum errorum contra iura et praerogativas Primatus R. habito semper praecipuo ad Orientalem Ecclesiam respectu; quiens: „prima erroris semina ab *Eusebianis* iacta fuisse, gre *ferentibus, ea, quae ab Orientalibus, licet inique, nstituta fuissent, auctoritate Romani Pontificis retractari;* nc audaciam — eo processisse, ut *Photius*, indignatus auoritate Supremi illius Pastoris se praepediri, quominus CPnae

Sedi securus incubaret, Alexandrinam et Antiochenam s potestati submitteret, eo demum proruperit, ut traditan Christo Domino Romano Pontifici auctoritatem pro nihilo buerit; — quo factum est, ut tandem *Caerularius* Eccles Orientis a Catholicae unitatis centro foedo schismate divul rit. — Saeviente schismate Sec. XIV in *Occidente,* Pontif Primatui, inaudito ausu, limites defixi, praerogativae imi nutae sunt; *oecumenicis conciliis illum subesse dictitat est, sine quo nulla posse consistere Concilia veteres Pat tradiderant;* — neque defuit in his rerum adiunctis patrc nium Summorum Imperantium, perinde ac si Pontificiae dig tatis vilipendio Regiae Maiestati maior aut dignitas aut firi tas posset accedere. Nova haec *opinionum commenta* nationa Scholas pervaserunt, uti *nationales doctrinae* celebratae su in honore habitae, iurisiurandi religione demum firmatae. quoniam erroris est, novas de die in diem formas induere, no iisque gravioribus latam viam sternere, nova pullularunt er rum germina, enitentibus potissimum *Richerio*, *Febronio*, longa eorum serie, qui illos vel praecesserunt vel subsequ sunt, *Iansenistae* passim nuncupati; ut nil dicam de sec centibus philosophis atque incredulitatis magistris, quos iu haec theologorum commenta in suos usus convertere.“ In i opere primum ex universis sed praesertim Orientalis Eccles documentis illustrat, quae et qualis fuerit inde ab aevo ap tolico *de summa R. P. regendi et docendi auctoritate t ditio in Ecclesia Orientali*, cuius pars nobilissima est Ecc sia Armena. Ex historico conspectu per auctorem dedu patet: in S. Sede Romana et in RR. Pontificibus supremu ius gubernandi et docendi universam Ecclesiam per Orienta inde ab aevo apostolico agnitum semper fuisse ac professu prout etiam hoc eodem iure Romanos Pontifices inde a p maevis Ecclesiae temporibus in plurimis causis sive quc Sedes Patriarchales sive quoad alias a Patriarchis dependen Sedes usos fuisse sine ulla unquam contradictione; imo sa saepius per Orientalium Ecclesias interpellatam fuisse aucto tatem RR. PP. ad dirimendas quaestiones dogmaticas et d ciplinares, quin aliquis unquam ausus fuerit eorumdem de sionibus reluctari vel ab iisdem appellare. Et hinc inf

quoque Auctor illud, quod catholica doctrina de suprema R. P. docendi et gubernandi auctoritate non sit nova, nec futilibus documentis suffulta, neque ex scholasticis traditionibus depromta, sed insita in eadem Ecclesiae Christi natura et constitutione, quam passim et luculenter professa est tota Ecclesia et praesertim Orientalis. Praecipua autem parte operis exhibet auctor longam seriem vetustissimorum aeque ac recentiorum *Ecclesiae Armenae* documentorum de Sede Apostolica, de iurisdictione et inerrabili Magisterio eiusdem, observando: Ecclesiam Armenam, in suis traditionibus a Patribus primis acceptis tenacem, puram et intactam de S. Sedis Primatu et eius praerogativis conservasse notionem, cum traditione scholarum Caesareensis, Edessenae, Alexandrinae, Antiochenae, Athenarum et CPnae prorsus consentaneam. In traditione Ecclesiae Armenae tria haec statui ostendit Auctor: 1. notionem explicitam et perfectam Primatus S. Romanae Sedis et RR. PP. iuxta quam *Ecclesiae regimen est vere ac proprie monarchicum a Deo ipso institutum; iurisdictio Sedis Ap. et eius qui ipsam tenet, tamquam sol, lucem suam in orbem effundens, tamquam gubernaculum, navem Ecclesiae gubernans, tamquam caput omnibus membris praesidens et vim emittens, tamquam fundamentum et petra angularis totum aedificium sustinens;* 2. *Romanos Pontifices non solum Occidentis sed et Orientis Ecclesias tam in fidei et morum negotiis, quam in canonicae et liturgicae disciplinae rebus pari auctoritate gubernandi ius habere, illudque exercuisse;* Ecclesiam Armenam hoc Apostolici Primatus ius agnovisse, et reverenter submissam se — eorum ordinationibus exhibuisse, imo ab Ecclesia Romana ordines disciplinares exquirendas credidisse; 3. *Ecclesiam Armenam agnovisse et professam fuisse in Petri Sede et in legitimis eiusdem successoribus supremam auctoritatem condemnandi errores contra fidem et mores sine periculo errandi,* ita, ut Ecclesia Armena in B. Petro et eius successoribus *stabilitatem fidei ac indefectibilitatem* palam atque aperte agnoverit, cum iuxta constantem et unanimem Patrum Ecclesiae Armenae interpretationem per verba Christi „Tu es Petrus, Pasce agnos, Ego rogavi etc.“ non solum supremi Primatus sed etiam in-

errabilis magisterii munus fuerit Petro et eius successoribus concreditum, et Eppi debeant huic magisterio cohaerere, nec possibilis sit separatio Collegii Epporum a Capite suo supremo, quia Christus Iesus rogavit, ut unum sit Collegium Apostolicum. — Auctor a Summo Pontifice sequens obtinuit *Breve:* „Pius IX. In hac omnium Ecclesiae osorum coalitione adversus istam Petri Cathedram eiusque Primatum, iura, divinasque praerorgativas, quam tristiorem etiam fecit complurium e tua gente contumacia, peropportunum duximus opus tuum, quo constantem explicasti traditionem Ecclesiae Armenae de R. P. primatu iurisdictionis et inerrabili magisterio. Nam cum e ritualibus libris, menologiis, Orientalium Conciliorum actis, scriptis veterum Patrum ac Doctorum ea depromseris, quae demonstrent, *haud aliter unquam ante foedum IX seculi schisma Orientalem Ecclesiam, et Armenam nominatim, de hisce iuribus et praerogativis sensisse, quam Occidentalem, eamque traditionem ita pervasisse ecclesiastica omnia monumenta, ut in praesentiarum etiam veteris fidei luculenta servet apud dissidentes ipsos vestigia:* non modo firmitati et perspicuitati communis sententiae novam affudisti lucem, verum etiam iis, qui contrarios imbiberunt errores, viam parasti regiam, qua possint ad derelictorum iamdiu fratrum nostrumque paternum complexum redire. Quamobrem ultro libenterque excipientes volumen tuum, tibi gratulamur, istique lucubrationi successum ominamur, qui proposito tuo votisque respondeat. Divini vero favoris auspicem et paternae nostrae benevolentiae pignus apost. bened. etc. Datum Romae die 20 Iunii 1870."

2592. **Ios. Cozza-Luzi** O. S. Bas. *de Romani Pontificis auctoritate doctrinali testimonia liturgica Ecclesiae Graecae selecta.* Romae. 1870. Testimonia liturgica Ecclesiae Graecae profert pro suprema et falli nescia auctoritate R. P. quae magni esse momenti confitetur auctor, aiens: testimonia haec esse *verba illa, quibus sacra liturgica cantica conficiuntur, quae Graeca Ecclesia plurium seculorum usu consecravit, quae communes referunt ab omnibus proclamatas veritates atque sententias, in quibus non unus alterve Ecclesiae Doctor opinionem pronunciat suam, sed ipsa Graeca Ecclesia ore suo quas tenet sententias, per generationes quot-*

annis in solemni celebratione festorum dierum publice manifestat. De *Sylvestro* Papa, qui Conc. Nicaenum I celebravit, eiusmodi continentur in liturgia sententiae ab auctore relatae, quae inerrantiam eiusdem luculentissime evincunt: *Sylvester pater visus es veluti columna ignis, sacro more ducem agens sacrae congregationis, et veluti nubes obumbrans, eripiens fideles ab Aegyptio errore, et semper infallibilibus doctrinis transferens ad divinam lucem.* De *Leone I* Papa sub Syn. Chalcedonensi: *O! sapientes normas Spiritus, ad vos* (Patres Synodi) *Roma missas suscepistis, et eas declarantes in lumine Spiritus optime confirmastis Ecclesiam. — Scriptum illud Roma missum veluti divinum donum credentes, in eo sapientes doctores turrim religionis stabiliverunt.* — Post similia de Martino, Gregorio M. Eugenio in C. Florentino prolata concludit: Videtur ex his aperte apparere unanimis Graecorum consensio in praedicanda suprema doctrinali auctoritate R. P.; declaratur insuper Petri successor *Ecclesiam universam sua auctoritate docere;* confirmatur ei attributa *declarandi fidei dogmata potestas;* ipse *haeresum profligator* ostenditur; — in edocendis fidei veritatibus *a Spiritu Dei moveri et agi;* ac denique, quod ex his omnibus sequitur, *falli nescius catholicorum dogmatum definitor* proclamatur."

2593. Idem auctor: *De Romani Pontificis auctoritate disciplinari testimoniis Ecclesiae Graecae comprobata disquisitio.* Romae. 1870. Est quasi appendix prioris opusculi, ostendens supremam auctoritatem disciplinarem Petro eiusve successoribus collatam, eiusque usum plenissimum Graecis testibus confirmari. Per decursum opusculi identidem observare licet, proferri ab auctore documenta, quae non solum supremam, sed et infallibilem auctoritatem enunciant; porro obiectionem de verbis Synodi Florentinae „quemadmodum etiam in sacris canonibus et synodicis decretis continetur" sic resolvi, quod verba haec alium habere haud possint sensum, quam hunc: auctoritatem plenam R. P. per Canones et concilia proclamari; non vero certis limitibus coarctari.

IV. *Ex Germania.*

2594—2595. **Hermann Rump** *die Unfehlbarkeit des Papstes und die Stellung der in Deutschland verbreiteten theologischen Lehrbücher zu dieser Lehre. Durch getreue Auszüge und Uebersetzungen dargestellt.* Münster. 1870. Colligit auctor enunciationes 74 Scriptorum theologicorum ex aliquot postremis decenniis de infallibilitate R. P. cuiusmodi collectio illud exhibet resultatum, quod circiter medietas horum Scriptorum pro infallibilitate absque restrictione sententiam dixerit, ceteris in plures classes abeuntibus, sed ex iis quoque non exiguo numero pro infall. inclinante. Recensens libri huius in foliis *Lacensibus* (Stimmen aus Maria-Laach) animadvertit: opportunius formari quaestionem hoc modo : quaenam fuit intra tempus ab auctore assumtum Ecclesiae Germanicae fides super infall. R. P. ? Responsum ad quaestionem istam non ex libris Scriptorum, sed ex officiosis actis Magisterii Ecclesiae ordinarii depromendum esse existimat idem Censor, et adnotat : ipsum auctorem relate ad fidem populi apposite ac vere scripsisse : „Unter hundertmal wird es mindestens neunzigmal geschehen, dass der schlichte Katholik in seinem einfachen Glauben die Lehrautorität seiner Kirche so dem Papste innewohnend denkt, dass dieser auch allein sie besitzt, sie vertreten und ausüben kann ; mit andern Worten : *hat der Papst gesprochen, so hat für das katholische Volk die Kirche gesprochen.*"

2596. „Döllinger's" *Erklärung über die theol. Bedeutung der neuen Geschäftsordnung des Concils :* **Augsburger Postzeitung.** 1870. nr. 65. Crisis declarationis Döllingerianae cum hac reflexione, quod Döllinger proponat principia, quae ipsum sensim ab Ecclesia abducere possunt.

2597. *Die Erklärung des Herrn v.* Döllinger : **Bayerischer Kurier.** 1870. Nr. 74. Critica analysis Döllingerianae declarationis, in qua enunciat Censor : Döllingerum cum principiis suis citra omnem controversiam iam extra Ecclesiam constitui. In utraque ephemeride, sed praesertim in altera

recensentur et castigantur principia Döllingeri, signanter de notione Concilii ab ipso data, quasi criterium oecumenicitatis Concilii non Eppi, sed fideles ipsi, quorum quasi procuratores agerent Eppi, constituant. Adversus duplicem ephemeridum Bavaricarum recensionsm surrexit pro defensione *Döllingeri:*

2598. **Petrus Hötzl** Ord. Min. *ist* „Döllinger" *Häretiker?* München. 1870. Profert plures auctoritates pro sententia Döllingeriana circa notionem et criterium Concilii, sed auctoritates minime probatas, et ad propositam quaestionem minus adaequate respondentes; prout id uberius mox demonstravit:

2599. **Ant. Westermayer** Par. Monacensis, „Döllinger's" *Stellung zur kath. Kirche: Erwiderung auf die Schrift des Herrn Franciscaner-Lectors* „P. Petrus Hötzl" *in München.* Regensburg. 1870. Auctor confitetur, se esse una auctorem critici articuli in ephemeride Bavarica posteriori vulgati. De libello Hötzlii censet, in eo nullam penitioris scientiae speciem reperiri, auctoritates autem ad vindicandum Döllingerum adhiberi tales, quae in orbe theologico exigui sunt nominis ac pretii. De sententia et generatim relatione ipsius Döllingeri ad Ecclesiam Catholicam pronunciat: eam cum principiis Ecclesiae componi haud posse, eaque per illum proponi, quae manifeste ostendunt, Döllingerum extra cancellos catholicae doctrinae vagari. Plura reflectit adversus assertiones Döllingeri Primatui ac inerrantiae R. P. oppositas. — Huic broschurae *Westermayeri* opposuit anonymus libellum:

2600—2603. *Dr.* **A. Westermayer** *und P.* **Petrus Hötzl.** *Von einem kathol. Geistlichen.* München. 1870. Anonymus narrat: P. Lectorem Franciscanum *Hötzl* Romam a Generali Ministro citatum haberi, se proinde pro ipso praesentem concinnasse apologiam. Verum apologiam hanc, licet per plures ephemerides uti *Rheinischer Merkur*, *Augsburger Abendzeitung*, *Münchener neueste Nachrichten* laudibus multis cumulatam, penitus contrivit doctus Parochus Monacensis:

2604. **A. Westermayer** „P. Petrus Hötzl," *sein anonymer Vertheidiger et Compagnie, oder: der revolutionäre jansenistische Kirchenbegriff in München geschildert.* Re-

gensburg. 1870. Ostendit ex fontibus similitudinem antiquorum Iansenistarum cum Neo-Iansenistis, qui nimirum articulos de Concilio Vaticano in ephemeride Augustana, et librum *Iani* concinnarunt. -- Non obstantibus iteratis refutationibus Hötzlii, libellus eius altera, imo et tertia vice, absente auctore, (Romam citato) editus extitit:

2605—2606. **Hötzl** *ist* „Döllinger" *Häretiker? Zweite,* und *dritte Auflage.* München. 1870. Secundae editioni adiacet *Appendicula,* sententiam Döllingeri iustificare adnitens: quae etiam in tertia editione deprehenditur. — Controversiae Hötzlianae finem imposuit per laudabilem subiectionem ac retractationem suam *Hötzl:*

2607—2608. **Hötzl** *retractatio et declaratio.* 1870. Declarationem et retractationem hanc Minister Generalis Minorum *Bernardinus Muro* Roma diarii Taurinensis *Unita Cattolica* redactioni transposuit die 9 Iunii 1870, et sic sonat: „Cum opusculum, cui titulus: *Ist Döllinger Häretiker?* a me exaratum occasionem praebuerit dubitandi de mea circa catholicam doctrinam recta sentiendi ratione, de quo ex toto corde doleo: idcirco officii mei esse duco, sequentem declarationem palam facere: 1. Intentio, quae mihi in exarando illo opusculo obversabatur, ea solummodo erat, ut ex operibus variorum theologorum demonstrarem, auctorem illum propter duas a me inibi commemoratas propositiones nondum extra Ecclesiam Catholicam se collocasse, sicut illi obiectum fuerat. 2. Discrimen a Christo Domino inter Ecclesiam docentem et discentem constitutum subvertere aut negare prorsus nolui, sed plane recognosco; et firma fide teneo, quamvis Ecclesia integra sit indefectibilis, tamen hanc indefectibilitatem Ecclesiae discenti non competere separatae a docente, et *infallibilitatem* sic dictam *activam soli Ecclesiae docenti divinitus esse concessam.* 3. Item profiteor et teneo, *assensum omnium particularium Ecclesiarum per orbem dispersarum non esse unicum et proprium criterium oecumenicitatis Concilii;* sed si Concilium aliquod oecumenicum confirmatum fuerit qua tale a Romano Pontifice, non indigere alio testimonio, aliave adprobatione. 4. Demum declaro, *quidquid Summus Pontifex Sacro Vaticano Concilio adprobante definierit et universali*

Ecclesiae credendum, tenendum, et observandum proposuerit, me divina adiuvante gratia sincere et plene admissurum, et firmiter professurum esse, prout quisque verus Ecclesiae Catholicae filius facere tenetur, et prout quam maxime decet, ut faciant Fratres Minores, quibus Seraphicus Pater S. Franciscus praecepit, ut semper subditi ac subiecti pedibus S. Romanae Ecclesiae, stabiles in fide catholica, paupertatem et humilitatem, et S. Evangelium D. N. I. C. quod firmiter promisimus, observemus. Romae, *Petrus Hötzl.*" *(Unita Cattolica.* Torino. 1870. p. 542.)

2609—2610. **J. Hergenröther** Prof. zu Würzburg, *Anti-Ianus*; *eine historisch-theologische Kritik der Schrift:* „Der Papst und das Concil von *Ianus.*" Freiburg. 1870. Inter omnia opera et scripta, quae articulos *Döllingerianos* de Concilio in ephemeride Augustana (Allg. Zeitung) vulgatos, atque in libro *Iani* denuo uberiusque evolutos, oppugnabant, palmam praeripit praesens liber eruditissimi Professoris Herbipolensis, in quo docte non minus quam vere reteguntur fallaciae multiplices ac imposturae, queis Ianus scatet; rectificantur data notitiaeque historicae, quas corruptas et insinceras Ianus suppeditat; ostenditur perniciosum systema, non modo ad subvertendum Primatum, sed ad ipsam genuinam Ecclesiae notionem subruendam tendens in libro Iani; infallibilitas denique Romani Pontificis, per Ianum integro fere libro oppugnata, strenue defenditur. Omnia haec, ceu totidem omni laude dignissima *Anti-Iani* argumenta, prout et periculosas *Iani* sequelas ipse doctissimus auctor *Hergenröther*, ultimo sui libri capite (XII) gravibus et notatu dignis complectitur verbis, e quibus liceat quaepiam delibare: „— Die verheissene (Ianus. p. III.) *geschichtliche Orientirung* über die Fragen, die auf dem — Concilium zur Entscheidung kommen sollen, ist so *einseitig* und *lückenhaft*, so *parteigefärbt* und tendenziös, dass sie nur diejenigen zur Noth einigermassen zu befriedigen vermag, die ihre eigenen Ideen hier ausgesprochen finden, die ohne theol. Studien über theol. Gegenstände sich zu Gericht setzen. — Einen *Beitrag zur Kirchengeschichte* wird die Schrift allerdings liefern, aber wohl in anderer Weise, als die Verfasser sich vorgestellt haben mögen; eine *ruhige* Darstel-

lung geschichtlicher Vorgänge findet sich in dem *regellosen Wirrwarr willkürlich gruppirter historischer Data, denen vielfach auch die chronologische Ordnung abgeht*, und daraus *eigenmächtig gezogener Consequenzen, in denen die Logik nicht selten furchtbar misshandelt wird*, nimmermehr. — Als Geschichtsschreiber wird *Janus* nur in die Kategorie der von einem wirklichen Historiker*) geschilderten *Geschichtsverfertiger* gehören, *die das Gedächtniss der Vergangenheit verwirren, die dem schadenfrohen, in der Brust des Menschen lauernden Dämon schmeicheln*, indem sie den grossartigsten Thaten unlautere Motive und kleinliche Ursachen unterlegen, und am liebsten *das religiöse Gebiet durch willkürliche Entstellung der Thatsachen*, durch wohlgefällige Ausmalung und Voranstellung des zufällig beigemischten Unlauteren und Menschlichen verwirren. — In der ganzen Schrift ist unter tausenderlei Negationen kaum etwas Positives zu ersehen, es wären denn die eine oder die andere Andeutung, die auf *Repristination des — vorsündfluthlichen Staatskirchenthums, — des Gallicanismus mit einer kleinen Dosis Jansenismus, des Febronianismus mit einigem neuen historischen Aufputz hinzuziehen scheint.* — Der uns hier (im *Janus)* vorgetragene *Protest* (gegen eine drohende Zukunft) gestaltet sich zu einem *Protest wider den Primat des apost. Stuhles, wider die Autorität der allg. Concilien, wider das Dogma von der Kirche selbst.* — Die Grundgedanken des *Janus* sind sämmtlich schon früher ausgesprochen worden von *Richter, Sarpi, Launoy*, von *Gallicanern* und *Jansenisten*, die auch den Kunstgriff, auf die Kurie loszuschlagen, wohl verstanden, am vollständigsten aber von *Justinus Febronius* oder *J. N. v. Hontheim.*" — Postquam adhuc plura circa infallibilitatem pontificiam a *Iano* tantopere impugnatam, auctor proposuisset, sic concludit: „Die *bedeutende literarische Erscheinung* (sic appellatur liber *Iani* in: *Allg. Zeitung*) — durfte nicht ohne entschiedene Antwort bleiben, und diese war mög-

*) Ex ipsius *Döllingeri* opere *(Irrthum, Zweifel, Wahrheit.* München. 1845.) adhibet verba, quae sequuntur, ut ex historico historicum refutet. (Ex Döllingero Döllingerum.)

lichst rasch zu geben. Verzichtend auf die Darlegung eigener Gedanken und Wünsche für das Concilium, und nur bedacht auf Abwehr hämischer Angriffe gegen den apostol. Stuhl, — *lege ich gegen das Buch des „Janus“ Verwahrung ein im Interesse der Wissenschaft, die hier vollständig missbraucht, wie in dem der Kirche, die schmählich herabgewürdigt wird, während der Menschheit mit Sophismen und Entstellungen niemals gedient ist.*“ — Opus *Hergenrötheri*, ab eruditis cum plausu exceptum, in Anglia mox idiomate vernaculo redditum est: *Anti-Ianus: with an Introduction, giving a history of Gallicanism.* Dublin. 1870. Auctor versionis et adiectae Introductionis est *I. B. Robertson* Professor Dublinensis. — Sed et adversarii se insinuarunt, qui librum *Anti-Iani* oppugnandum susceperunt. Inter hos cumprimis tres memorare oportet, qui prae ceteris cum specie sive fuco eruditionis cuiuspiam in arenam descenderunt:

2611—2612. **Huber** *das Papstthum und der Staat: wider den* „Anti-Janus“: **Allgemeine Zeitung.** Augsburg. 1870. p. 1205. 1229. 1261. 1278. 1378. 1399. 1465. 1537. Articuli hi potissimum relationem inter Pontificatum et Civile Gubernium concernunt, et in Literatura distincto capite recurrent, sed cum alias etiam quaestiones per *Ianum* et *Anti-Ianum* pertractatas, atque Primatum et huius praerogativas propius tangentes ventillent, praesenti loco memorari debent. Sunt etiam separatim editi sub titulo: *Das Papstthum und der Staat. Wider den* „Anti-Janus.“ München. 1870. — Respondit primo suo adversario:

2613. **Hergenröther** *zu den Artikeln: Das Papstthum und der Staat:* **Allgemeine Zeitung.** 1870. p. 1825. — Alter adversarius fuit:

2614. **Friedrich** Prof. Monac. *Janus und Anti-Janus:* **Theolog. Literaturblatt.** Bonn. 1870. p. 361. Uberior recensio libri *Hergenrötheri.* Ad quam Auctor pariter respondit:

2615. **Hergenröther** *Erklärung:* **Liter. Handweiser.** Münster. 1870. p. 153. — Tertius adversarius erat:

2616. **J. H. Reinkens** Prof. Vratisl. *über päpstliche*

Unfehlbarkeit, einige Reflexionen. München. 1870. Opus multas invectivas continens, et crudo stylo compositum.

2617. **D. P. Gueranger** Abt von Solesmes, *die höchste Lehrgewalt des Papstes. Vom Verfasser genehmigte Uebersetzung des Werkes:* „De la Monarchie Pontificale a propos du livre de M. l' eveque de Sura." Mainz. 1870. Versio germanica operis, quod Abbas Solesmensis libro *Mareti* opposuit.

2618. **P. P. Rudis** *Katholisch oder Humbug? Offene und freie Fragen an D.* „F. Michelis," *Prof. der Philosophie. Zum zweitenmal vorgelegt und mit einigen zeitgemässen Zusätzen für alle Gegner der Unfehlbarkeit des Papstes bereichert. 2. Aufl.* Regensburg. 1870. Nova editio opusculi, in Literatura anni 1869 relati. In eo auctor pseudonymus plura Concilia citat e recentiori tempore pro infall. R. P, signanter *Colocense* in Hungaria de a. 1863. Insuper multa detegit falsa citata et erroneas conclusiones Professoris Brunsbergensis, quocum dimicat.

2619. *Neue Erwägungen über die Frage der päpstlichen Unfehlbarkeit, aus den anerkannten historischen Werken* „Döllinger's" *urkundlich zusammengestellt.* Regensburg. 1870. Scopum libri in introductione sic exprimit auctor: „Wir haben uns die Aufgabe gesetzt, über die Richtigkeit dieser *Erwägungen* (Erwägungen für die Bischöfe des Conciliums über die Frage der päpstlichen Unfehlbarkeit) aufzuklären und zu zeigen, *dass diese so frisch und blank aufgeputzten Waffen nur alte Inventarstücke aus den gallikanischen und febronianischen Arsenalen sind,* etc." Demonstrat ex genuinis operibus *Ioannis Döllinger*, quam vere et honorifice senserit idem de S. Sede Apostolica et praesertim de suprema errorique haud obnoxia docendi auctoritate R. P. sicque Döllingerum, auctorem anonymum *Considerationum* (Erwägungen. 1869.), refutat propriis armis Döllingeri, operum cum laude exceptorum scriptoris. Cetera inter allegat ex hist. eccl. Döllingeri (Kirchengesch. 1843. I.) caput sub titulo: *Der Papst als oberster Lehrer und Beschützer des Glaubens*, in quo

habetur: „Schon Papst Bonifacius — konnte an die Orientalischen Bischöfe schreiben, *ein Urtheil des apost. Stuhles sei unantastbar,* und wer sich dagegen auflehne, schliesse sich selbst von der Kirche aus, etc.“ Item: „Die Synode von 381 erhielt — *das Ansehen einer ökumenischen erst durch die hinzugekommene Bestätigung des Papstes.*“ Pariter: *Es sei ohne Beispiel, dass das Oberhaupt der Kirche dem Urtheil seiner Untergebenen unterworfen worden sei.* Porro ex alio opere: *Christenthum und Kirche. 1860*, citat auctor verba Döllingeri de Primatu Petri: *Nur er* (Petrus) *ist das Felsenfundament, das der auf ihm ruhenden Kirche die Unvergänglichkeit sichert; nur ihm sind die Schlüssel übergeben, und ist damit das Haus des Herrn, die Kirche als ein Ganzes, anvertraut; nur er endlich ist der Hirte der ganzen Heerde.*

2620. **J. E. Wieser** S. I. *die Unfehlbarkeit des Papstes, und die Münchener Erwägungen.* Gratz. 1870. Penes exactam refutationem assertionum, quas auctor *Considerationum* (Döllinger) proposuit, fuse evincit quum e Scriptura tum e Traditione infallibilitatem Papae; et argumentis plurimis demonstrat definitionis opportunitatem non minus acatholicorum quam catholicorum respectu; et eam quo ocyus fieri desiderat, cum secus auctoritatem doctrinalem R. P. per falsam sic dictorum eruditorum auctoritatem succuti necessum foret: „Das Werk von *Janus* (sunt auctoris verba) trägt offen genug die Absicht zur Schau, an die Stelle der kirchlichen Autorität die *Autorität der Gelehrten* zu setzen. Es handelt sich also darum, wer das Feld behaupten soll, *die falsche Gnosis oder der göttliche Glaube, gelehrte Prätension oder die Autorität der Nachfolger Petri.*

2621. **J. Zahn** *einige Bemerkungen zu* „Döllinger's“ *Artikel in der Augsburger Allg. Zeitung vom 21 Ian. nr. 21.* Wien et Gran. 1870. Obiectiones Döllingeri contra *Postulatum* Epporum C. Vaticani in obiecto pontificiae inerrantiae refellit, et ad ostendendum, quanta cum pietate Praesules Ecclesiae decreta S. Sedis semper exceperint, eaque ut Spiritus S. oracula, Petro per Pontifices loquente, reveriti sint, ad

duas recentiores Epporum catholici orbis declarationes provocat, a. 1862 et 1867 Romae editas.

2622. **V. A. Dechamps** EB. v. Mecheln, *über die Opportunität der Deklarirung der päpstlichen Unfehlbarkeit: Schreiben an den Bischof* „F. Dupanloup“ *von Orleans.* Mainz. 1870. Versio germanica celebris epistolae AEppi Mechliniensis ad Eppum Aurelianensem.

2623—2625. *Gesammelte Briefe von Mgr.* **Dechamps** *Erzbischof von Mecheln, an Mgr.* **Dupanloup** *Bischof von Orleans, und P.* **Gratry**. Trier. 1870. Collectio germanice redditarum binarum epistolarum APraesulis Mechliniensis de infallibilitate R. P. ad Eppum Aurelianensem, et quatuor literarum ad Oratorianum sacerdotem in eodem obiecto exaratarum; quas omnes in Literatura nostra suis locis iam analisavimus. — Extat etiam versio ac editio Moguntina trium epistolarum AEppi Mechliniensis ad Gratrium: *Drei Briefe über die Unfehlbarkeit des Papstes an P.* „Gratry“ *von* „V. A. Dechamps“ *EB. von Mecheln.* Mainz. 1870. — Item editio Luxemburgensis: **Dechamps** *die Unfehlbarkeit der päpstlichen Lehrentscheidungen. Offenes Schreiben an den Bischof* „Dupanloup“. *Aus dem Französ. übersetzt von einem Geistlichen des Vicariats.* Luxemburg. 1870. — Cum APraesul Mechliniensis in una epistolarum suarum, quibus presbyterum Oratorianum *Gratry* confutat, de quaestione circa praetensum errorem *Honorii I* Papae uberius excurrat: non existimavimus fore superfluum, ea, quae in hoc merito epistola Praesulis dignissimi continet, ex editione germanica *Trevirensi* huc apponere. In hunc modum scribit Ill. *Dechamps* ep. 3. ad *Gratry*: „Ich komme, sagt *Gueranger*, auf einen andern Angriff des P. *Gratry*, einen Angriff, der nicht blos gegen einen Papst des VII Jahrhunderts, sondern direct gegen die *Römische Kirche* gerichtet ist. In der Meinung, dass den Vertheidigern der Lehre von der Unfehlbarkeit des Papstes nichts unangenehmer sei, als eine Erinnerung an die Geschichte des *Honorius*, hat er sich die sonderbarsten Ideen in den Kopf gesetzt über die listigen Pläne, die Rom in's Werk gesetzt habe, um der Christenheit die Kenntniss dieser Thatsache zu entziehen, welche doch Niemanden unbekannt ist.

Anklagen auf Lüge, Fälschung entströmen seiner Feder mit fieberhaftem Uebermass, und wie wir sehen werden, *mit einer wahrhaft scandalösen Kühnheit.* Dem Scheine nach will er nur angreifen, was er nennt „eine Schule des Irrthums, gegründet auf die Leidenschaft, die Blindheit und den Hochmuth, eine Schule, die heute ohne zu sehen und ohne zu hören, entschlossen ist, Alles zu läugnen und Alles zu behaupten in der Meinung, in die sie sich verrannt hat." P. *Gratry* bezeichnet diese *schreckliche Schule* nicht näher, aber wenn man seine Schreibweise näher ansieht, möchte man fast glauben, er selbst gehöre zu ihr. Das kann aber nicht wohl sein, denn *Gratry* ist Philosoph und ein Akademiker des XIX Jahrhunderts, während diese Schule, die sich heute auf eine so beunruhigende Art überstürzt, eine solche zurückwirkende Kraft besitzt, dass sie es fertig bringt, *das römische Brevier sogar bis in's XVI Jahrhundert hinein zu verfälschen.* Der Leser möge nicht etwa glauben, ich übertreibe ; es wird sich herausstellen. Was den P. *Gratry* so gegen die *heutige* Schule aufbringt, die er angreift, das ist *die Verbesserung des römischen Breviers im XVI Jahrhundert.* Aber wird man ihm sagen, es waren ja Päpste, welche diese Verbesserung auf Verlangen des Concils von Trient vornahmen. Keineswegs ; *es hat* vielmehr *einen Schreiber gegeben, welcher mit dieser Reform beauftragt war, dem es einfiel, das Officium vom heil. Leo II zu Gunsten des* „Honorius" *zu verfälschen.* So verfasst man die Liturgie! Wir müssen gestehen, P. *Gratry* hat doch ein bequemes Mittel gefunden, die Päpste in einer Sache, worin sie Alles gethan haben, ganz aus dem Spiele zu lassen. Aber einen Papst anzugreifen, mit Ausnahme etwa von *Honorius*, ist schon etwas gewagt, einen Schreiber kann man schon eher nach Belieben insultiren. Doch um über diesen schlechten Scherz hinwegzugehen, müssen wir vielmehr P. *Gratry* und seine Bewunderer in allem Ernste belehren, wie die *Reform des römischen Breviers* bewerkstelligt wurde. *Es geschah nicht auf Anstiften der heutigen Schule, sondern nach dem ausgesprochenen Beschlusse, den das Tridentinum in seiner 25 Sitzung gefasst hatte.* Der heil. *Pius V*, Nachfolger Pius IV, der das Tridentinum bestätigt hatte, *ernannte*

eine Commission für die Reform des Breviers. Dabei waren betheiligt der *Cardinal Bernardin Scotti*, *Thomas Goldwell*, *Bischof von S. Asaf*, der *Card. Wilhelm Sirlet*, und der gelehrte *Julius Poggio*. Alle Lektionen des Breviers, die des heil. Leo II miteingeschlossen, gingen unter der Feder dieser, durch ihre Rechtlichkeit wie ihre literarischen Verdienste gleich ausgezeichneten Männer. Das Brevier konnte schon 1568 durch Pius V veröffentlicht werden.

P. *Gratry* erlaubt sich nun, zu behaupten, *bei der Reform des Breviers durch Clemens VIII im Anfange des XVII Jahrhunderts, habe ein Schreiber dieses Buch an der Stelle, wo die Lebensbeschreibung des heil. Leo erzählt wird, gefälscht.* Es thut mir leid, ihm darauf antworten zu müssen, *dass das von Pius V 1568 herausgegebene Brevier Wort für Wort die Lebensbeschreibung Leo's enthält, wie die Ausgabe Clemens VIII*, die 1602 herausgegeben wurde. P. *Gratry* kann, wenn er will, in den Pariser Bibliotheken, wo es an Exemplaren des Breviers Pius V, die von 1568—1602 exclusiv gedruckt wurden, nicht fehlt, die Bestätigung des Gesagten finden; und muss sich dann überzeugen, dass über diesen Punkt ihm die Inspiration von oben gefehlt hat; und dass man weder mehr von einem Schreiber Clemens VIII, noch von Fälschung eines Textes reden kann, an welchem 1602 auch nicht das Mindeste geändert wurde. Zweifelsohne wird P. *Gratry* noch weiter gehen und nun Pius V und seine gelehrte Commission der Fälschung anklagen: denn er hat ein römisches Brevier vom J. 1520 zur Hand aus der Bibliothek St. Geneviève, nebst einigen andern Exemplaren, die ungefähr derselben Zeit angehören. In all' diesen Brevieren sind in der Lebensbeschreibung Leo's II folgende Worte zu lesen: *In qua Synodo* (CPna) *condemnati sunt Sergius, Cyrus*, Honorius, *Pyrrhus, Paulus et Petrus, necnon et Macarius cum discipulo suo Stephano, sed et Polychronius et Simon, qui unam voluntatem et operationem in Domino Iesu Christo dixerunt vel praedicaverunt.* Dagegen hat das *Brevier Pius V, unser jetziges, an dem Clemens VIII nur weniges Unwesentliche geändert hat*, folgende Lesart, an der P. *Gratry* Anstoss nimmt: *In eo Concilio Cyrus, Sergius et Pyrrhus*

condemnati sunt, unam tantummodo voluntatem et operationem in Christo praedicantes. Nach P. *Gratry* wäre die Redaction (er wird sie nun hoffentlich keinem *Schreiber* mehr zuschreiben) eine Fälschung des römischen Breviers. Das wiederholt er in allen Tonarten. Gehen wir einer so schweren Anklage auf den Grund.

Vor Allem muss ich darauf aufmerksam machen, *dass dem P. Gratry die einfachsten Begriffe darüber abgehen, was denn eigentlich das Brevier ist.* Er spricht von einem „alten römischen Brevier, welches vom VII bis XII Jahrhundert in unzweideutigen Ausdrücken den *Honorius* als monotheletischen Ketzer verurtheilte. „Man muss aller Kenntniss des kirchlichen Alterthums baar sein, wenn man von *Brevieren des VII Jahrhunderts* spricht; bekanntlich *reicht das Brevier* (d. h. eigentlich der Auszug aus dem *Officium divinum*), worin ausser den Psalmen, Hymnen, Antiphonen und Responsorien auch Lektionen und Homilien enthalten sind, *sicher nicht weiter hinauf als bis in's XI Jahrhundert*; man findet sogar kaum eine Spur davon im XII. Man las je nach den Zeiten des Kirchenjahres zur Matutin Abschnitte aus der heil. Schrift, die *Acta Sanctorum* aus den Martyrologien, und die Schriften der Väter aus ihren Werken selbst oder aus Homiliarien. Die kurzen und abgetheilten Lectionen, wie wir sie jetzt haben, und sogar für den Chor, sind relativ neu, und *man kann kaum ein Lächeln unterdrücken, wenn* P. *Gratry* von *Brevieren des VII Jahrhunderts redet.* Er meint es zwar gut, aber hier ist er offenbar aus dem Felde geschlagen. Ebenso grosse Unkenntniss verräth es, wenn er von einem Brevier vor der Zeit Pius V behauptet, es dürfe ohne verbrecherische Fälschung nichts daran geändert werden. So möge denn P. *Gratry* hier erfahren, dass, wenn vor 1568 ein Buch unter dem Titel *Breviarium Romanum* existirte, dieses Buch ohne irgend einer Approbation eines Papst vorhanden war, und desshalb auch der Willkühr des ersten besten Copisten oder Buchdruckers preisgegeben war, der nach seinem Belieben auslassen und zufügen konnte. Die beste Probe davon kann ich P. *Gratry* gerade aus dem Officium des heil. *Leo II* mittheilen. P. *Gratry* citirt *eine Lebensbeschreibung dieses*

Papstes nach der Ausgabe vom J. 1520. Diese Lebensbeschreibung, welche den Namen des *Honorius* neben den Namen Cyrus, Sergius und anderer Häretiker nennt, hat er auch in anderen Exemplaren von verschiedenen Daten gefunden. *Ich kann ihm aber gleichfalls andere Ausgaben desselben* Breviarium Romanum *vor Pius V anführen, wo das Leben des heil. Leo auch nicht ein Wort jener Stelle enthält, die in der Ausgabe vom J. 1520 vorkommt.* Unsere Bibliothek zu *Solesmes* besitzt deren zwei, die ich P. *Gratry* zur Verfügung stelle. Die eine ist vom J. 1511 in 24 Format (Venedig: apud haeredes Petri Rhabani et socios); aber in keiner von beiden steht der von P. *Gratry* angeführte Satz. Der hochw. P. *Gratry* hatte also Unrecht, von Verfälschung eines Textes zu reden, den er gerne für den *officiellen* ausgeben möchte; denn *vor der Ausgabe durch Pius V gab es gar kein officielles Exemplar des römischen Breviers.*

Ich füge aber noch bei, *Gratry* ist in diesen Materien zu wenig bewandert, nur das ist der Grund, warum er die Aufgabe der von Pius V niedergesetzten Commission zur Verbesserung des Römischen Breviers ganz und gar misskannt hat. — *Das Resultat der Arbeiten der Commission wurde durch die Bulle Pius V bestätigt, und die Aufnahme des reformirten Breviers war in der ganzen Kirche eine günstige;* indem die Mehrzahl jener Kirchen, die zu demselben verpflichtet waren, sich beeilten, dasselbe anzunehmen, und auch jene, die nicht zu demselben verpflichtet wurden, sich beeilten, es ebenfalls anzunehmen, und endlich diejenigen, die ihr seitheriges durch einen zweihundertjährigen Besitz gesetzmässig gewordenes Brevier beibehielten, wenigstens die *Lectionen nach der römischen Lesart* corrigirten, und auf das Titelblatt dieser Breviere die Worte schrieben; *Ad formam Romani*, oder *iuxta mentem Concilii Tridentini.* P. *Gratry* muss sich also an Pius V und an der römischen Commission halten, wenn das jetzige Brevier im *Officium S. Leonis* nicht von *Honorius* spricht. *Nachdem wir nun vorübergehend bemerkt haben, dass noch lange nicht in allen frühern Ausgaben die Stelle, die sein Steckenpferd geworden ist, vorkömmt, so möge er in Folgendem erkennen, dass*

sie auch in keinem Falle beibehalten werden durfte, weil sie eine grobe Unwahrheit enthält. Es ist darin gesagt, dass auf dem VI allg. Concil Sergius, Cyrus, Honorius, Paulus, Petrus, Macarius condemnirt worden seien, weil sie gesagt und gepredigt hätten, *es sei in Christus nur ein Wille und eine Willensthätigkeit.* Nun weiss aber Jeder, dass Sergius, Cyrus, und die übrigen Monotheleten in der That diese Häresie gelehrt haben; aber *wo hat denn* „Honorius" *einen Willen oder eine Willensthätigkeit in Christus gelehrt oder gepredigt, der doch ausdrücklich anbefohlen hat, man solle weder von einem noch von zwei Willen sprechen?* Wenn man seinen Namen hier einschaltet, so ist das einfach eine abgeschmackte Verläumdung. Den Brief des *Honorius* kann Jeder lesen; es ist unmöglich, eine andere Deutung hineinzulegen, ohne ihn zu fälschen. *Jeder ehrliche Mann würde gethan haben, was die Commission Pius V gethan, indem sie den Namen* Honorius *von einer Liste löschte, in die er nicht gehörte. Damit fällt das ganze Gebäude* Gratry's *zusammen.* Es gibt kein römisches Brevier von Pius V, keinen allgemein gültigen Text in den Lectionen, wohl aber zahlreiche Varianten; *Honorius, der mit Unrecht den Monotheleten beigesellt worden, ist von ihrer Liste im Namen der Geschichte und ihrer Documente gelöscht worden durch die Revisoren, welche die Befehle des Tridentinums ausführten.* Was erübrigt also von all' den Anstrengungen, die auf Scandal berechnet sind? und P. *Gratry* ist durch seine Freunde *soweit irregeleitet worden, dass er eine Correctur, welche die allergewöhnlichste Kritik forderte, als Infamie bezeichnete.* Ohne zu wissen, wohin er käme, hat er sich *in die gröbsten Anachronismen verirrt,* so dass er sogar aus dem Bibliothekar *Anastasius* einen *Zeitgenossen des Papstes Agatho machte,* obwohl 2 Jahrhunderte sie von einander trennen.

Ferner fährt P. *Gratry* gegen die Lebensbeschreibung des heil. *Agatho* los, die er ebenfalls auf Rechnung des römischen Breviers schreibt, während es doch so leicht zu beweisen ist, dass dieser Heilige im römischen Brevier weder ein *Officium,* noch eine *Commemoration* hat. — Was ihn ärgert in der localen Legende des heil. Agatho, sind die Worte:

Dieser Papst schrieb zwei Briefe an Constantin Pogonatus, in denen die Irrlehre der Monotheleten ausführlich gründlich und mit vieler Weisheit widerlegt war. Wenn P. *Gratry* Zeit hat, Foliobände zu lesen, kann er in den Akten des VI allg. Concils den Beweis finden, dass hier nichts übertrieben ist; denn als der Brief gelesen wurde, da riefen die Väter: *Petrus hat gesprochen durch Agatho.* Gehen wir die Anklagen weiter durch: *in diesen Briefen wurden die ersten Urheber und Anhänger dieser Häresie, nämlich Sergius, Cyrus, Pyrrhus und die übrigen condemnirt.* Wenn P. *Gratry* die Briefe des heil. Agatho lesen will, wird er finden, dass die Erklärung derselben ganz genau ist. Gehen wir weiter: *Agatho erklärte zugleich in bestimmten Worten, dass seine Vorgänger stets von jeder Befleckung der Häresie rein gewesen seien.* Ist das nicht deutlich? P. *Gratry* wird sich wohl der Mühe unterziehen, den Brief Agatho's zu lesen? Wenn er sich von seiner Phantasie losmachen kann, wird er sehen, dass die Lection ganz genau spricht. Wir lassen hier das Ende der angefochtenen Stelle ganz folgen. Das VI ökum. Concil wurde also durch die Auctorität Agatho's berufen, und verurtheilte dieselben Irrlehren und dieselben Männer, welche Agatho verurtheilt hatte. Will denn P. *Gratry* läugnen, dass die VI allg. KVersammlung den Monotheletismus verurtheilt, und den Sergius, Cyrus, Pyrrhus und die übrigen durch Agatho bezeichneten Männer mit dem Anathem belegt hat? Durchaus nicht! Worüber beklagt er sich denn? *Musste denn in der Lebensbeschreibung des heil. Agatho Honorius genannt werden, dessen Namen der heil. Agatho nicht einmal nennt, mussten denn Ereignisse erzählt werden, die erst nach dem Tode dieses Papstes stattgefunden haben?* Da sehen wir also der ganzen Anklage auf den Grund. Dennoch ist hier nach P. Gratry *verwegener Betrug und Ehrlosigkeit im Spiele, und das römische Brevier enthält das Resultat einer langen Reihe von Betrügereien in eine letzte und feierliche Lüge zusammengefasst.* Wir haben gesehen, das römische Brevier enthält nicht einmal das *Officium* des heil. *Agatho.* Was die *Local-Legende* dieses heil. Papstes angeht, die offenbar keine Lebensbeschreibung des Honorius ist, so *ist*

sie nur der Ausdruck der reinsten historischen Wahrheit. Wenn P. *Gratry* einmal wieder zu sich kommt, *wird er hoffentlich die Schmähungen gegen die ganze Kirche, die sich dieses Breviers bedient, bereuen, und sich, von der Geschichte und Alterthums-Wissenschaft abgehend, wieder zur Philosophie zurückwenden.*"

2626. **Hergenröther** *die* „Irrthümer" *von mehr als 400 Bischöfen und ihr theologischer Censor. Ein Beitrag zur Würdigung der von Herrn Dr.* v. „Döllinger" *veröffentlichten Worte über die Unfehlbarkeitsadresse.* Freiburg. 1870. Quemadmodum in priore, ita in hac disquisitione Auctor gravibus verbis perstringit declarationem Döllingeri contra *Postulatum* 400 et amplius Praesulum pro definienda R. P. inerrantia Concilio propositum in ephemeride Augustana (Allg. Zeitung) publici iuris factam, omniaque asserta Döllingeri evertit, obiiciendo ei simul temeritatem et irreverentiam, quacum suas reflexiones adversus tantum Epporum numerum palam facere non dubitavit.

2627. **G. Bickell** *Gründe für die Unfehlbarkeit des Kirchenoberhauptes nebst Widerlegung der Einwürfe.* Münster. 1870. Exiguae molis sed magni pretii libellus. Ex ratione duplex promit pro infallib. argumentum, alterum, e quo necessitas, alterum, e quo duntaxat probabilitas eruitur infall. pontificiae. E Traditione celeberrima succincte profert testimonia, et praecipuas 12 obiectiones refutat.

2628. **Albert Stöckl** Prof. zu Münster, *die Infallibilität des Oberhauptes der Kirche, und die Zustimmungsadressen an Herrn* „v. Döllinger", *namentlich die Münster'sche.* Münster. 1870. In hoc libello auctor perstringit adressas seu manifestationes variorum Germaniae Professorum aliorumve tam ecclesiasticorum quam laicorum hominum super sua adhaesione erga enunciationes *Döllingeri*, praemissa chronologico-historica descriptione agitationum adversus doctrinam infallib. R. P. in Germania susceptarum. Literas adhaesionis Döllingero missas dum examinat, non intermittit ipsam Döllingeri declarationem crisi stricta perstringere, et de ea can-

dide pronunciat: illam non catholicam sed haereticam esse. Postremo evolvit genuinam de infallib. pontificia doctrinam, et facta collatione argumentorum affirmativae et negativae sententiae, his posterioribus eversis, illa illustrat et munit. — Libellus *Stöcklii* pugnam excitavit literariam inter auctorem et Professores *Monasterienses,* qui adhaesionem suam Döllingero literatorie submiserunt. Ediderunt quippe mox post evulgatum Stöcklii librum declarationem:

2629. *Erklärung von XIV Münster'schen Docenten:* **Westfälischer Merkur.** 1870. nr. 53. Declarationem hanc excepit alia Stöcklii:

2630. **Stöckl** *Gegen-Erklärung:* **Münsterischer Anzeiger.** 1870. nr. 45. Post has in ephemeridibus praemissas velitationes lucem publicam vidit in forma opusculi concinnatum responsum Adressantium Monasteriensium:

2631. *„A. Stöckl" für die Infallibilisten: Eine Duplik der Endesunterzeichneten Münster'schen Docenten, Döllinger-Adressanten.* Münster. 1870. Opusculum plenum incriminationibus, ad rem non spectantibus excursibus, et supinam ignorantiam prodentibus deductionibus. Non siluit *Stöckl,* sed denuo in lucem emisit librum:

2632. **A. Stöckl** *die Infallibilität des Oberhauptes der Kirche und die Zustimmungsadressen an Herrn v.* „Döllinger". *Zweite vermehrte Auflage, nebst einigen Bemerkungen über eine inzwischen erschienene Schmähschrift einiger Münster'scher Döllinger-Adressanten.* Münster. 1870. In Appendice huic alteri editioni subnexa de priore broschura Adressantium sequens fert iudicium: *Ein ganz gemeines Schmählibell: kein einziger grosser und origineller Gedanke; das Ganze ein Gewebe kleinlicher Nergeleien und niedriger persönlicher Anzüglichkeiten und Verunglimpfungen, untermischt mit den ordinärsten Kladderadatsch-Witzen und Retourchaisen; strotzend von crassester Unwissenheit über das Wesen und die Verfassung der Kirche, über die kirchliche Lehre und über das kirchliche Lehramt; durch und durch und bis in das innerste Mark hinein unkatholisch und im* Pichler'*schen Geiste geschrieben.* Postquam auctor in ulteriore crisi libelli attigerat, in eo de causa

Honorii PP. *Gratrium* Gallum exscriptum esse, concludit: *Die Verfasser unserer Broschüre haben ihrem Vater* „Ianus“ *alle Ehre gemacht.* „Döllinger-Huber“ *wird sich freuen über das Geschlecht, das er erzeugt. Die Katholiken Deutschlands aber werden, wenn sie dieses Machwerk lesen, um eine Enttäuschung reicher sein.* — Döllingeriani Adhaerentes huic secundae editioni pariter novam libelli sui editionem opposuere:

2633. *„A. Stöckl“ für die Infallibilisten: eine Duplik. Zweite um ein paar Druckblätter vermehrte und mit Stöckl'schen Redeblumen verzierte Auflage.* Münster. 1870.

2634. **L. M. Roth** Prof. Bonnensis, *Beleuchtung der in der* „v. Döllinger'“*schen Erklärung vom 19 Jan. 1870 ausgesprochenen Principien.* Paderborn. 1870. Quatuor quaestionibus totidem principia a *Döllingero* stabilita evertit, et ait: „*Der einfältigste Katholik* könnte im Falle, dass die päpstliche Infallibilität von dem Vat. Concil wirklich sollte zum Glaubenssatz erhoben werden, nur so argumentiren: Ich glaube auch jetzt noch Alles, was die heil. kath. Kirche bis zum J. 1870 gelehrt und geglaubt hat, weil hieran — auch der nunmehr für unfehlbar erklärte Papst *nicht das Allermindeste* mehr ändern kann; ich werde mich aber auch gerne allen Entscheidungen unterwerfen, welche etwa der Papst *unter dem ihn vor allem Irrthum schützenden Beistande des allwissenden und allmächtigen göttlichen Geistes* für die Folge bezüglich der christlichen Heilslehre erlassen sollte; dass aber der Papst wirklich unfehlbar sei, glaube ich darum, weil ein *rechtmässiges allgemeines Concilium* im J. 1870 die Prärogative seiner Infallibilität zum Glaubenssatz erhoben hat; es aber eine über allen Zweifel erhabene, und in der ganzen — Kirche anerkannte Wahrheit ist, dass die auf die Heilslehre bezüglichen Aussprüche der allg. Concilien unfehlbar sind, und Jeder, welcher die Unfehlbarkeit ihrer Entscheidungen auch nur in einem Puncte in Abrede stellt, den kath. Glauben verleugnet.“ Hac responsione enervat omnia Döllingeri principia.

2635. **Roth** *einige freimüthige Worte zur Orientirung und Beruhigung in der Unfehlbarkeitsfrage an alle Freunde der Wahrheit.* Paderborn. 1870. Praemissa critica introductione in librum *Iani*, huiusque refutatione, uberius expendit difficultates, quas sic dicti Fallibilistae, praeeunte *Döllingero*, praetexunt, et omnes insigniter dispellit; atque nominatim ad difficultatem de aggravanda conversione Protestantium per definitionem infallibilitatis ex ipsis Convertitarum libris et actionibus opportune respondet.

2636. **Roth** *ein deutscher katholischer Kirchenhistoriker vor dem Tribunal der öffentlichen Meinung, und das Papstthum vertheidigt durch zwei deutsche protestantische Historiker.* Paderborn. 1870. Tertio hoc libro inclytus auctor magis adhuc, quam duobus praecedentibus castigat *Döllingerum:* et exhibita maxima affinitate inter enunciationes viri huius in ephemeride *Allg. Zeitung* contentas item asserta *Iani*, sequentem ponit publicae opinionis tribunali quaestionem: *Ist die Annahme zulässig, Herr* v. „Döllinger", *ein Gelehrter von so grossem Rufe, habe das Hauptmaterial für seine in der Augsb.* „Allg. Zeitung" *veröffentlichten Erklärungen aus* „Ianus" *nur entlehnt? Oder muss nicht vielmehr aus diesen Erklärungen geschlossen werden, das Hauptmaterial in* „Ianus" *sei aus der Feder Herrn* v. „Döllinger's" *geflossen?* Glossis historicis per *Ianum* de Summis Pontificibus aevi medii opponit auctor duorum celebrium apud Protestantes historicorum, *Ioannis Müller* et *Ioan. Frid. Böhmer* impartialia de iisdem Papis iudicia.

2637. **W. E. Fr. v. Ketteler** Bischof v. Mainz, *die Unwahrheiten der Römischen Briefe vom Concil in der* „Allgem. Zeitung." Mainz. 1870. Eppus Moguntinus iam sub 19 Febr. in ephemeride Moguntina (Mainzer Iournal) vulgavit brevem declarationem super erroneis ac insinceris relationibus Augustanae ephemeridis de Concilio Vaticano; in praesenti autem libello rem hanc amplius confirmat, ostendendo, quantum a vero aberrent ea, quae de Concilio et cumprimis de quaestione infallibilitatis in sic dictis „Romanis epistolis de Concilio" per memoratam ephemeridem proponuntur. De ephemeride Augustana ita iudicat Praesul Moguntinus: „Die *Allg.*

Zeitung ist offenbar in diesem Augenblicke nicht blos *das Organ jenes freimaurerischen Afterliberalismus*, welcher voll Hass und Ungerechtigkeit gegen die kath. Kirche jede specifisch katholische Anschauung mit grosser Unduldsamkeit verhöhnt, und die ganze Rechtsstellung der kath. Kirche mit Verleugnung aller wahren Principien der Freiheit anfeindet, sondern sie ist auch *das Organ jener kathol. Priester, die innerhalb der Kirche das Princip der vollen Unabhängigkeit der Wissenschaft von der von Gott gesetzten Auctorität der Kirche, also ein absolut unkatholisches und dem ganzen Begriffe und Wesen der Kirche widersprechendes Princip auf ihre Fahne geschrieben haben. — Es ist die grosse Action der Lüge, um Deutschland über das Concil irre zu führen!*" — Contra libellum Eppi Moguntini vulgavit Augustana ephemeris apologiam:

2638. *Bischof* „Ketteler's" *Broschüre gegen die Allg. Zeitung:* **Allgem. Zeitung**. 1870. p. 1917.

3. *Literatura de relatione Concilii ad Statum post dogmaticam infallibilitatis pontificiae definitionem.*

In hac Literatura praecipuam attentionem sibi vindicant ea, quae in *Austria* et *Hungaria* evenerunt. Quamvis enim, ut ex Monumentis Concilii per nos vulgatis notum est, in aliis etiam regnis, signanter Gallia, Bavaria etc. ex parte Regiminum Civilium iam ante definitionem infallibilitatis R. P. motus sic dicti *diplomatici* facti sint: *Gallia* interim cum *Germania* bello involuta, unice de *Bavaria*, et ex parte *Borussia* constat, ibi mox post definitionem anti-infallibilisticas agitationes intervenisse, a Civili Gubernio plus minus succolatas. Ast in *Austria* erga propositionem Ministerii Caesarei, quasi dogma infallibilitatis R. P. cum *Concordato Austriaco* (a. 1855 inito) amplius componi haud posset, Caesar, non obstante solemni de manutenendo Concordato sponsione suo tempore facta, annuit, ut Concordatum pro abrogato habeatur, et per Comitia Imperii de futura relatione Ecclesiae ad Civitatem opportuna proponantur principia; in *Hungaria* autem itidem erga propositionem Ministerii Regii Rex Hungariae Apostolicus praecepit, ut *Placetum Regium* restituatur, ad quasvis Concilii et Summi Pontificis decisiones extensum, prout haec uberius in Monumentis Concilii exposita habentur. Literatura proin tam extranea, quam Imperii Austriaci et regni Hungarici post definitionem infallibilitatis potissimum circa nova haec et prorsus inexpectata civilis gubernii decreta, ius ac libertatem Ecclesiae Catholicae laedentia, versatur: quam nunc ordine hactenus observato recensemus.

Lit. Italica. 3433. *La Guerra dell' Ungheria all' infallibilita pontificia*: **Unita Cattolica.** Torino. 1870. p·

677. De agitationibus in Hungaria contra promulgationem decretorum C. Vatic.

3434. *La Guerra al Papa del cattolico Governo Austriaco.* Ibid. p. 701. Admirationem suam exprimit, quod Imperator et Rex Apostolicus siverit se eo deduci, ut ex obtutu dogmatis de infallibili auctoritate Summi Pontificis Concordatum cum S. Sede solemmiter initum abrogaret! Instituit etiam comparationem cum Rege Galliae Christianissimo (qui quidem non iam existit, Imperatore Napoleone sceptrum tenente): et dum hunc tamquam inimicum regni temporalis Pontificii sistit, dolet Regem Apostolicum Hungariae una Imperatorem catholicum Austriae qua inimicum Capitis Ecclesiae exhiberi debere.

3435. *Una Bassa vendetta dell' Austria per la definizione dell' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 750. Contra Notam diplomaticam Ministri Austriaci externorum (C. Beust) de abrogato Concordato.

3436. *Divieto di pubblicare gli atti del Concilio in Baviera.* Ibid. p. 775. Perstringit decretum Ministerii Bavarici, citra impetratum *Placetum Regium* decisa Concilii Vaticani publicari vetans.

3437. *L' infallibilita del Papa nella Camera dei deputati italiani.* Ibid. p. 781.

3438. *Circolare Italianissima contro l' infallibilita pontificia.* Ibid. p. 789. Perstringit Circulares Italici Ministerii de adhibenda ex parte civilium Organorum omni vigilantia super ordinibus per Eppos nefors faciendis de promulgatione decreti infall. pontificiae.

3439. *Il domma dell' infallibilita pontificia e la Base dei Concordati:* **Civilta Cattolica.** Roma. 1870. VII. 11. p. 513. Crisis Notae diplomaticae Ministri externorum Austriaci de sublato Concordato; in Monumentis nostris Conciliaribus exhibita.

3440. *I nuovi Protestanti contro il Concilio Vaticano.* Ibid. p. 641. Non modo theologos ac professores Germaniae verum etiam regios Ministros sub ea compellatione intelligit,

qui adversus decisa S. Synodi protestantur: quibus applicat illud *S. Germani* (narratio de synodis et haeresibus apud Card. Maium Spic. Rom. VII.): „Quamquam et postea nonnulli enixe connisi sunt sextam ipsam subvertere Synodum, et libellos scripserunt, et coactas adversus eam subscriptiones fecerunt, *regia manu cunctos contra Synodum impellente* etc.“

Lit. Germanica. 3441. **A. Curtius** *ein offenes Wort an Bischof* „Pankratius v. Dinkel“ *in Augsburg in Sachen des Pfarrers* „I. Renftle“ *in Mering.* München. 1870. Interventionem Status Bavarici in negotio Parochi Meringensis, decretum Vaticanum promulgare reluctantis, legitimare nititur.

3442. *Das* „Placetum Regium“ *und die Promulgation der* „Constitutio dogmatica de Ecclesia Catholica“: **Bamberger Pastoralblatt.** 1870. p. 169. Examen constitutionis Ministerialis Bavariae de Placeti Regii necessitate ad promulganda decreta Vaticana. De hac ministeriali dispositione observat: „Das Recht des landesherrlichen *Placet* wurde in alter Zeit nicht angesprochen. — Die strammen, die freie Wirksamkeit der Kirche hemmenden Verfassungsbestimmungen allein sind es, die für das *Placetum Regium* sprechen dürfen. — Das *Placetum Regium* bezüglich der Publication kirchlicher Erlasse *basirt nicht auf rechtlicher Grundlage.* — Es steht fest, dass das *Placet* auf *reingeistliche Dinge* eine Anwendung nicht findet.“

3443. *Die Publication der Unfehlbarkeit des Papstes und die unfehlbaren Staatskünstler und Gelehrten:* **Archiv für kath. KRecht.** Maiuz. 1870. XXIV. p. LXXIII. Perstringit motus et decreta Civilium guberniorum in Bavaria, Helvetia et alibi contra promulgationem decisionum Vaticanarum directa.

3444. *Die Kündigung des Concordats:* **Allgemeine Zeitung.** Augsburg. 1870. p. 3553. Textus Notae diploma-

ticae Ministri Austriaci externorum de abrogato Concordato.

3445. *Die Aufhebung des Concordats.* Ibid. p. 3645.

3446. *Die Bullen:* „Unam Sanctam“ *und:* „Meruit“. *Bin Beitrag zur Würdigung des neuen Dogma von der päpstlichen Unfehlbarkeit.* Ibid. p. 3974. Bullam Bonifacii VIII *Unam Sanctam* tamquam Statui summe praeiudiciosam, post definitionem infallibilitatis pontificiae adhuc periculosiorem evasisse, siquidem ex cathedra edita fuerit, monet articulus, eo addito: quod, licet Clemens V PP. per Bullam *Meruit* omne praeiudicium quoad regnum et regem Galliae ex citata Bulla nefors secuturum sustulerit: subseque tamen Leo X Papa in C. Lateranensi utramque Bullam confirmando, vigorem Bullae Bonifacii VIII respectu omnium (demta Gallia) regnorum sustentaverit.

3447. *Paris und Rom.* Ibid. p. 4166. Ex occasione belli gallico-germanici tum contra Caesarismum Gallicum tum adversus Concilii Vaticani Sess. IV decretum invehitur articulus.

3448. *Zum* **Meringer** *Kirchenstreit.* Ibid. p. 5621. De controversia Parochi *Meringensis* in Bavaria *(Renftle)*, decreti Vaticani promulgationem, non obstante mandato Praesulis sui, denegantis, et per civile regimen succolati.

3449. *Das Unfehlbarkeitsdogma und die Staatsregierungen.* Ibid. p. 5797. 5810.

3450. *Kirche und Staat nach der Lehre der* „Civilta Cattolica“: **Rheinischer Merkur**. Köln. 1870. p. 373. 383. 389.

3451. *Eine staatsrechtliche Erwägung für Herrn v.* „Mühler“. Ibid. p. 381. De controversia Borussica circa infall. R. P.

3452. **Steffensen** *das Vatic. Concil und Deutschland:* **Gelzer**'*s Monatsblätter.* 1870. p. 341. et 384.

3453. **Widmer** *das Vaticanische Concil und die Diöcesan-Conferenz. Offenes Sendschreiben an Landammann* „W. Vigier“ *in Solothurn.* Luzern. 1870. Contra proiecta Conferentiae laicorum ad Dioecesim Basileensem in Helvetia spectantium, dogmatibus Concilii Vaticani, cumprimis infallibilitati R. P. opposita. Eiusdem argumenti est et sequens libellus:

3454. **Oswald Doffenbach** Regierungsrath, *meine Stellung als Abgeordneter des hohen Standes* „Zug“ *an der Diöcesan-Conferenz des Bisthums Basel.* Zug. 1870.

3455. *Das Staatsplacet und das Vaticanische Concil:* **Schweizerische Kirch. Zeitung.** 1870. p. 344. 352. Praetensum Placeti ius examinat ex obtutu divini et naturalis iuris; et postquam utroque respectu id confutasset, ex historia quoque ostendit, frustra id a Guberniis civilibus praetendi.

3456. *Die Bulle:* „Unam Sanctam.“ Ibid. p. 447. 461. Refellit obiectiones ex huius Bullae tenore contra doctrinam infallib. R. P. obtutu politico depromtas.

3457. *Moderne Rechtsanschauung: wer regiert die Kirche in Baiern?:* **Sion.** Augsburg. 1870. p. 1195. De controversia *Meringensi*, paulo superius attacta.

3458. *Das landesherrliche Placet:* **Pastoralblatt** *für die Diöcese* **Augsburg.** 1870. p. 342. 350. Decretum Vaticanum, signanter cap. 3 de Primatu referens, sic scribit: „Was so das Concil vom christlichen Standpunkte aus verworfen hat (Placetum), das sehen wir gegenwärtig auch von Seite solcher verwerfen, die sich auf den liberalen Standpunkt stellen. Sie erkennen sehr wohl, dass das *Placet* eine *Erfindung der bourbonischen Höfe und das Schosskind der Gallikaner, Febronianer, und Iosephiner, ein Anachronismus* geworden sei, der zu den Grundsätzen des modernen Staatslebens schlechterdings nicht mehr passe, und erblicken in demselben, wenn sie ruhig urtheilen, eine *illiberale und zwecklose Massregel.*“

3459. *Die Auflehnung wider die kirchliche Autorität vor dem Forum der kirchlich liberalen Welt.* Ibid. p. 406. 411. De controversia *Meringensi.*

3460. *Bedroht ein infallibler Papst wirklich die Rechte der Staatsgewalt?:* **Westfälisches Kirchenblatt.** 1870. nr. 26. Obiectionis repulsio.

Lit. Austriaca. 3461. *Oesterreichs Mannesthaten!:* **Die Gegenwart.** Wien. 1870. nr. 9. Sub hoc titulo acriter et iure perstringit Austriaca decreta de abolito Concordato.

3462. *Zur Aufhebung des Concordats:* **Oesterr. Volksfreund.** Wien. 1870. nr. 178. Notanda verba: „Wie kann ein Vertrag hinfällig werden wegen einer Eigenschaft eines Contrahenten, die diesem schon bei Abschluss des Vertrages eigen war, jedoch erst später festgestellt wurde? *Mit viel besserer Logik liesse sich sagen, alle Staatsverträge Oesterreichs mit andern Ländern seien hinfällig geworden, als der Kaiser von Oesterreich constitutioneller Monarch geworden. Nachdem man das Concordat aus so unhaltbarem Grunde hinfällig erklärt hat, wird man eine Regelung der Beziehungen der kath. Kirche zum Staate unmöglich versuchen können, ohne sich mit dem Oberhaupte dieser Kirche zu verständigen.* An eine *Cäsaropapie* denkt doch vernünftigerweise Niemand; *es wird also wieder der unfehlbare Papst sein, mit dem Oesterreich den neuen Pakt schliesst.*“

3463. 3464. *Zur Confiscation der Rede des* **Bischofs von Linz** *über die Unfehlbarkeit.* Ibid. nr. 230. Sermonem sacrum Eppi typo subiectum Advocatus Status confiscandum censuit; tribunal provinciale sententiam Advocati Status cassavit; tribunal vero superius Viennense reiecta tribunalis provincialis sententia, illam Advocati Status confirmavit. — Idem

articulus continetur in ephemeride: *Wiener Kirchenzeitung.* 1870. p. 587.

3465. *Das* Placet *bringt den Liberalismus um*: **Das Vaterland.** Wien. 1870. nr. 205. (Abendblatt) Egregia castigatio hodiernae liberalis doctrinae Status de relatione eiusdem ad Ecclesiam Catholicam.

3466. *Die Aufhebung des Concordats.* Ibid. nr. 211. 215. (Morgenblatt). Energica protestatio cum provocatione ad Catholicos, ut omnes pariter protestentur contra factum adeo iniquum.

3467. *Die Infallibilitätslehre in ihrer Bedeutung.* Ibid. nr. 220. (Morgenblatt). Explicatio doctrinae, et momenti eiusdem.

3468. *Die Römische Depesche des Gr. „Beust.“* Ibid. nr. 220. (Abendblatt). Sequens depromit desuper iudicium: *„Ein armseligeres Machwerk — hat die Welt niemals gegeben.* Was je nur die liberalen *Judenblätter Wien's*, *protestantische Pamphlete*, und das Hauptorgan der Freimaurerei, die *Allgemeine Zeitung*, in ihren *römischen Briefen* gegen die Unfehlbarkeit des Papstes und ihre Bedeutung zusammengebraut haben, das findet sich in dieser Depesche neu aufgewärmt, und in liberal-zierlichen Phrasen geknetet. — *Die Depesche ist mehr albern als gottlos*, wie *Cardinal Antonelli* sich ausdrückte.“

3469. **Hurter** *der theologische Vortrag des Cultministers.* Ibid. nr. 223. (Morgenblatt). Insignis refutatio Ministerialis ad Caesarem propositionis de sufferendo Concordato.

3470. *Zur Concordatsfrage.* Ibid. nr. 226. (Abendblatt). Eiusdem argumenti cum praecedente.

3471. *An Herrn Ritter von* „Stremayr“, *Minister für Cultus und Unterricht.* Ibid. nr. 227. (Morgenblatt) Eiusdem cum praecedentibus argumenti.

3472. *Das* **Placet.** Ibid. nr. 232. 238. 243. 267. (Morgenblatt). Examen resolutionum Ministerialium in *Hungaria* et *Bavaria* de Placeto in vitam revocato.

3473. *Der Cultminister als Ankläger gegen die kath.*

Kirche. Von einem Prälaten in Steiermark. Ibid. nr. 310. (Abendblatt). Energicus articulus contra propositionem Ministri de abrogando Concordato.

3474. *Das Concil und der k. k. Reichskanzler:* **Salzburger Kirchenblatt**. 1870. p. 408. Crisis notae diplomaticae in negotio infallib. et Concordati Romam expeditae.

3475. *Die Aufhebung des Konkordats:* **Der Pilger**. Wien. 1870. p. 296. Propositionem Ministri Cultus de abrogando Concordato egregiis comitatur ac perstringit animadversionibus: „Dem *Pilger* will es nach seinem bescheidenen Dafürhalten scheinen, als bewege sich der Vortrag (des Ministers) in *Widersprüchen.* — Die Katholiken Oesterreichs und der heil. Vater in Rom — meinen, dass der Bruch des Konkordats durch die vom Reichsrath gemachten Gesetze ein *Rechtsbruch* war, welchen sie auf das Tiefste beklagt haben und noch beklagen. — Die beiden Parteien (das *Papal-* oder *Curial-* und das *Episcopalsystem*, wie sie der Minister benennt) sind sich innerhalb der Kirche nicht seit jeher gegenüber gestanden; diese beiden Parteien sind die *Erfindung* eines gewissen *Febronius* oder *Hontheim,* der ein halber Ketzer gewesen ist, und diese Erfindung ist noch nicht einmal 100 Jahre alt. Ausserhalb der Kirche, bei den Ketzern, hat man sie freilich schon früher gemacht.“ — Ad postrema verba Ministri, quibus non erubescit enunciare: *Das kath. Bewusstsein, welches durch das Dogma der Unfehlbarkeit einen schweren Schlag erlitt, bedarf einer nachhaltigen Kräftigung, und es ist die Aufgabe des Kaisers, — auch für das Interesse der kath. Kirche in dieser schweren Stunde der Gefahr einzustehen, und* (durch Aufhebung des Konkordats) *einen Akt zu vollziehen, welcher es jedem guten Oesterreicher und eifrigen Katholiken ermöglicht, seinen Patriotismus mit seiner Glaubenstreue zu vereinen*, apposite reflectitur: „Da muss man doch fragen: *hat denn der Papst, das von Christus bestellte sichtbare Oberhaupt, der oberste Herr, Vater, und Lehrer der ganzen Kirche, und das heil. ökum. Concil dem kath. Bewusstsein einen schweren Schlag bei-*

gebracht? — Derselbe Vortrag, welcher sich so sehr vor den Übergriffen des Papstes in das Gebiet und in die Rechte des Staates gefürchtet, gibt den Rath, in das unbestrittene Recht der Kirche und des Papstes einzugreifen, das kath. Bewusstsein zu kräftigen und den österr. Unterthanen die Grenzen vorzuschreiben, innerhalb welcher sie katholisch sein dürfen, ohne Gefahr zu laufen, dass man ihnen vorwerfe, ihre Glaubenstreue sei unvereinbar mit ihrem Patriotismus, d. h. mit ihrer Vaterlandsliebe. Wie? *wenn wir Katholiken in Oesterreich dem unfehlbaren Concil und seinen Aussprüchen — Gehorsam schenken, — dann sollte man uns sagen können: ihr seid schlechte Katholiken und schlechte Oesterreicher? — So kann der Vortrag doch unmöglich gemeint sein, denn das hiesse ja nichts Anderes, als uns unseren alten kath. Glauben wegdisputiren, und einen k. k. a. pr. österr. Katholicismus dafür aufdisputiren wollen.*" — Wir bleiben gute Oesterreicher und zwar katholische Oesterreicher, — aber *wir werden nicht k. k. österr. katholisch, sondern bleiben — gute römisch-kath. Christen* etc."

3476. Digna sunt quoque, quae peculiariter notentur, verba, in periodicis foliis Moguntinis *Der Katholik* super infaustis rebus Austriacis contenta (XXIV. 175. s.): „Herr v. *Stremayr* hat die Constitution vom 18 Juli mit Kündigung des Concordats beantwortet. *Die Staatsschrift, welche diesen Schritt motivirt, zeigt eine Confusion, welche des Staatsmannes, wie des Katholiken gleich sehr unwürdig ist.* Was hat die Infallibilität mit dem Concordat zu thun? Was soll in diesem Augenblicke, wo das unglückliche Kaiserthum mehr als je der Freunde bedarf, die *Kriegserklärung gegen den Papst?* Ohne Zweifel fühlt man in Wien selbst die Erfolglosigkeit dieses Schrittes, welcher wohl nur eines der Feuerwerke sein sollte, mit denen Herr v. *Beust* die üble Laune seiner Liberalen von Zeit zu Zeit zu erheitern sucht. Aber es ist doch nicht so ganz ungefährlich, in solcher Weise mit dem Feuer zu spielen, und *der apostolische Kaiser wird diesen Schritt vielleicht nur allzu bitter empfinden. Indem er die Aufhebung des Concordats mit der Thatsache der Definition eines kath. Glaubenssatzes motivirt, setzt er sich fac-*

tisch in Widerspruch mit der Autorität der Kirche. Es wird damit ein Zwiespalt geschaffen, welcher den Frieden Oesterreichs in der allerbedenklichsten Weise erschüttern kann. Für die Kirche fürchten wir dabei nichts. Sie wird ihre Glaubenswahrheiten ohne das Concordat zu verkündigen und festzuhalten vermögen und *die Autorität des Papstes wird durch die Proteste des österr. Cultministers nicht beeinträchtigt werden.* Aber die Autorität des Kaisers und die Liebe der Katholiken Oesterreichs zu ihrem Fürsten wird durch diese unglückseligste aller liberalen Massregeln schweren Schaden leiden."

Lit. Hungarica. 3477. *A Placetum:* **Csanád,** *egyházmegyei közlöny.* 1870. p. 191. Inefficax esse medium ex parte Status restitutionem Placeti ostendit.

3478. *Az Osztrák Concordatum megszüntetése mellett fölhozott érvek:* **Egyházi és iskolai hetilap.** Károly-Fehérvár. 1870. p. 285. Examen motivorum aboliti Concordati.

3479. Ephemeris Pestiensis *Magyar Állam.* 1870. nr. 184. argumenta Ministri Austriaci de sufferendo Concordato pariter examini subiecit.

3480. *Az Osztrák Concordatum eltörlése:* **Religio.** Pest. 1870. II. 85. Energica crisis attentati Austriaci, Concordatum sufferentis. De motivis, queis factum hoc suum legitimare nitebatur Austriacum Ministerium, opportune adducitur illud: *Ignotos fallunt, notis sunt compassioni.* Post enumeratas multiplices contradictiones Gubernii, quod non obstantibus solemnibus in Concordato factis, et deinceps quoque iterata Verbi Caesarei sponsione firmatis promissis, Concordati puncta in praxi saepissime violabat, et per suas subsequas leges infringebat, revocat in memoriam illud Ciceronis: *Principum munus est, resistere et levitati multitudinis, et perditorum temeritati.*

3481. **Répássy János** *egyházpolitikai szemle.* Ibid. p. 89. 97. Perstringit facta Civilium Guberniorum, inprimis nisum restituendi *Placetum*, quod ex omni parte impugnat.

3482. 3483. *A* „Pester Lloyd" *czikke a Placetumról.*

Ibid. p. 100. Brevis recensio articuli in memorata liberali ephemeride pro usu Placeti vulgati.

3484. *A Concordatum eltörlésének hatása és érvei.* Ibid. p. 117. 133. 150. Crisis motivorum, quae pro abrogatione Concordati proferuntur.

3485. **Répássy János** *a Vatikáni Zsinat és a centralizatio.* Ibid. p. 137. Plures solvit difficultates, ex parte Statuum Ecclesiae et Concilio opponi solitas.

3486. *Placetum Regium.* Ibid. p. 146. 161. 169. 177. 185. 193. 202. 209. 217. 233. 393. 401. Omni attentione digna et fusior disquisitio: quae non solum argumentis quamplurimis impugnat Placetum, verum etiam obtutu historico tum quoad Hungariam, tum quoad alia orbis regna scitu necessarias notitias de Placeto partim ex opere nostro (Monum. Cath. pro indep. Pot. Eccl.) partim ex *Nussiana* Collectione Concordatorum suppeditat.

3487. *Eppi Sabariensis* Ioannis Szily *repraesentatio ad Consilium Regium adversus Placetum Regium a. 1781.* Ibid. p. 148. (Ex nostris *Monum. Cath. pro indep. Pot. Eccl.* V. 621.)

3488. 3489. „Beust" *jegyzéke.* Ibid. p. 158. Crisis Notae diplomaticae Romam Vienna missae de sublato Concordato. (Ex ephemeride Viennensi *Vaterland.)*

3490. *A Concordatum eltörlése alkotmányellenes módon történt.* Ibid. p. 164.

3491. *Eppus Sabariensis* Ioan. Szily, *datis ad Eppum Agriensem literis, adversus edicta Iosephi II de Placeto et Bullis Pontificiis item censura politica librorum theologicorum plures proponit reflexiones dd. 26 Maii 1781.* Ibid. p. 172. 180. (Ex cit. opere nostro.)

3492. *A vallásügyi Ministernek hittani előadása.* Ibid. p. 182. De propositione Ministri Austr. quoad Concordatum et Concilium.

3493. *Iosefinismus, Liberalismus, és forradalom.* Ibid. p. 206. Eiusdem cum praecedente argumenti.

3494. Gróf Batthyányi Jósef *Esztergomi Bibornok-Érseknek előterjesztése Jósef császárhoz a* Placetum Regium *ügyében 1781.* Ibid. p. 221. 230. (Extat in cit. op. nostro.)

3495. **Halmai** *valami a Placetumhoz.* Ibid. p. 294.

3496. *Körirat a horvát és szlavon Püspökökhöz a Placetumról.* Ibid. p. 312. Eiusdem tenoris cum Circulari litera ad Eppos Hungariae directa, et in Monumentis Concilii per nos exhibita. Circularis isthaec litera, usum Placeti revehens, meritae subiicitur crisi loco citato, et in memoriam revocatur Constitutio S. Sedis recentissime in Synodo Vaticana edita de poenis spiritualibus in eos latis, „qui exercitium iurisdictionis ecclesiasticae impediunt, et Supremi Capitis cum Pastoribus et gregibus communicationem licite impediri posse dicunt, aut eandem reddunt seculari potestati obnoxiam, ita, ut contendant, quae ab Apost. Sede vel eius auctoritate ad regimen Ecclesiae constituuntur, vim ac valorem non habere, nisi potestatis secularis *Placito* confirmentur."

3497. *Placetum Regium* (Királyi tetszvényjog). Ibid. p. 421. Brevis extractus ex opusculo memoriali de Conferentiis Praesulum Hungariae sub Comitiis a. 1847 et 1848.

V. LITERATURA ANNI 1871.

In recensenda literatura anni 1871 nulla facta inter literaturam Concilii in genere, et literaturam infallibilitatis pontificiae in specie distinctione, literaturam super utroque argumento serie non interrupta exhibemus ordine, quem hactenus servavimus.

1. *Literatura liberalis et heterodoxa.*

3498. **Cristoforo Wordsworth** *la dottrina di S. Ippolyto intorno alla supremazia romana ed alla fallibilita dei Papi.* Napoli. 1871.

3499. **Döllinger** *Dichiarazione all' Arcivescovo di Monaco-Frisinga, nuovamente tradotta dal tedesco da E. C. arricchita di prooemio, note ed appendice e pubblicata per cura del Comm.* **G. Nobile.** Napoli. 1871.

3500. *Declarations de M. le prof.* **Döllinger** *et du R.*

P. **Hyacinthe**, *publiées avec l' auctorisation des Auteurs.* Paris. 1871.

3501. *I principii dei cattolici anti-infallibilisti.* 1871. Italica editio praecedentis opusculi, declarationem *Döllingeri* et *Hyacinthi* exmonachi complectens.

3502. **F. Garrigues** *un faillibiliste contre dix infaillibilistes de son district.* Castres. 1871.

3503. 3504. **P. A. Cicuto** *Lotta esterna ed interna della Chiesa Cattolica:* **Rivista universale.** 1871. Apr. Erronea asserta auctoris docte refutat recensens in: *Civilta Cattolica.* VIII. 3. p. 719. et 5. p. 450.

3505. 3506. **Clemente Tacchini** *la voce del sacerdote italiano sopra gli avvenimenti politico — religiosi compiuti nel 1870; Riflessioni e Proposte.* 1871. Auctor, in quantum de S. Concilio Vaticano se enunciat, promeritum obtinuit criticum responsum in: *Civilta Cattolica.* 1871. VIII. 4. p. 196.

3507. **E. de Pressensé** *le Concile du Vatican, son histoire et ses conséquences politiques et religieuses.* Parigi. 1871.

3508. *The orthodox catholic Review.* London. 1871. Periodicum opus societatis, quae pro scopo habet unionem ecclesiae Anglicanae cum ecclesia graeco-russica. In eo frequentes occurrunt articuli de motibus anticatholicis in Germania, de relatione Petri Apostoli ad ceteros Apostolos; porro adressa ad Döllingerum etc.

3509. *Epistola synodica Eppi et Cleri* **Lincolniensis.** 1871. Epistolam hanc Anglicanae Synodi ad Döllingerum et socios neo-protestantes directam communicamus integram. *„Christophorus, divina permissione Eppus Lincolniensis, viro venerabili et eruditissimo* Ignatio Döllinger, *et fratribus in Christo dilectis, libertatem Ecclesiae Catholicae primitivam strenue vindicantibus, salutem in Domino.* Cum heri in Ecclesia nostra cathedrali Synodum dioecesanam haberemus, cui interfuerunt presbyteri circiter 500, invocato Spiritu S. post fusas ad Deum preces et hymnos cantatos, et Symbolum Nicaenum recitatum, et sacram synaxim rite celebratam, nihil antiquius aestimavimus, quam ut *ad hodiernum*

Ecclesiae Christianae statum animos adverteremus, et consilia de eo iniremus. Qua quidem in contemplatione *insignem Dei O. M. clementiam et sapientiam magnopere admirati sumus, quod in tam ancipiti rerum ecclesiasticarum discrimine, et inter tantas corruptelas fidei et morum in dies gliscentes et ingravescentes, Te, vir doctissime, aliosque complures populares tuos pietate et eruditione ornatissimos excitaverit, qui contra errores, novitates, et superstitiones, et contra dominationem antichristianam omnia in Ecclesia perturbantem et pessumdantem fortiter et constanter se opposuerint, et fidem catholicam et pristinam Ecclesiae disciplinam summis viribus instaurare et tueri aggrediantur.* Quibus rebus ita se habentibus, quoniam in Ecclesia Christi omnia membra consociantur et invicem sunt solicita, et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia, et sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia: *ad officium nostrum pertinere unanimes consensimus, ut fraternum erga vos animorum nostrorum affectum significaremus, et operam nostram qualemcunque vobis polliceamur ad negotium tam sanctum felicibus auspiciis inchoatum prospere absolvendum;* et Deum O. M. enixe apprecamur, ut conatus vestros secundet et ad exoptatum eventum perducat, ita, ut maculis abstersis, quae nunc faciem Ecclesiae obnubilant, genuina puritate clarescat, et venustate reflorescat primitiva. Faxit Pater luminum, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, ut discussis et dissipatis errorum tenebris, et humanis traditionibus sepositis, et novitiis et adulterinis placitis repudiatis, omnes, qui Christi nomen profitemur, fidem semel sanctis traditam integram atque illibatam conservemus. Faxit Unigenitus Patris Aeterni Filius Coaeternus, qui immaculato suo sangvine nos redemit, ut in mystico eius corpore, quae est Ecclesia Dei vivi, fraterno amore consociemur. Faxit Spiritus S. qui per Prophetas, Apostolos, et Evangelistas in S. Scripturis locutus est, cuius virtute regeneramur, fovemur, et recreamur, ut eodem Verbo Divino pasti et sacramentis recreati per apostolicum ministerium dispensatis, nos invicem in caritate supportemus, ita, ut, quoniam unus est Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et Pater omnium, ita vere

fiat unus grex, unus pastor Sanctissimus D. N. I. C. verus Deus, verus homo, cui cum Patre et Spiritu S. gloria sit, laus et dominatio in sempiternum. Amen. Dabamus Riseholmiae in aedibus nostris Eppalibus prope Lincolniam, in festo S. Matthaei Ap. et Ev. a. 1871.“ — (**Rheinischer Merkur.** 1871. p. 420.)

3510. *Die kath. Laienversammlung in Solothurn vom 29 April 1871 gegen das Dogma von der päpstlichen Unfehlbarkeit.* Bern. 1871.

3511. **I. Frei** *Beleuchtung des Dogma's von der päpstlichen Unfehlbarkeit. Eine Streitschrift veranlasst durch die* „Egli-Affaire“ *in Luzern.* Zürich. 1871. *Egli*, cuius in titulo fit mentio, erat Curatus domus correctoriae Lucernensis, et ob denegatam Vaticanis decretis subiectionem excommunicatus.

3512. **Schulte** *Denkschrift über das Verhältniss des Staates zu den Sätzen der päpstlichen Constitution vom 18 Juli 1870, gewidmet den Regierungen Deutschlands und Oesterreichs.* Prag. 1871.

3513. **Schulte** *die Stellung der Concilien, Päpste und Bischöfe vom historischen und canonistischen Standpuncte und die päpstliche Constitution vom 18 Juli 1870. Mit den Quellenbelegen.* Prag. 1871.

3514. 3515. **I. Friedrich v. Schulte** Prof. zu Prag, *die Macht der römischen Päpste über Fürsten, Länder, Völker, Individuen, nach ihren Lehren und Handlunyen zur Würdigung ihrer Unfehlbarkeit beleuchtet.* Prag. 1871. Liber quidem hic maxima ex parte occupatur relatione Ecclesiae et Romani Pontificis ad Statum Civilem, et hoc ex obtutu literaturae de relatione infallibilitatis pontificiae ad Statum inseretur: quum tamen de infallibilitate pontificia generatim uberius tractet, eamque oppugnet, nec hoc loco praetermitti potest. Prodivit etiam altera editio, multum aucta, et sequentem praeferens titulum: *Die Macht der römischen Päpste über Fürsten, Länder, Völker, Individuen, nach ihren Lehren und Handlungen seit Gregor VII, zur Würdigung ihrer Unfehl-*

barkeit beleuchtet und den entgegengesetzten Lehren der Päpste und Concilien der ersten 8 Jahrhunderte über das Verhältniss der weltlichen Gewalt zur Kirche gegenübergestellt. 2. sehr vermehrte Auflage. Prag. 1871.

3516. 3517. **Schulte** *das Unfehlbarkeits-Dekret vom 18 Juli 1870 auf seine kirchliche Verbindlichkeit geprüft.* Prag. 1871. In his quatuor operibus Professor Pragensis, *Schulte*, quem antehac velut insignem ac pene praecipuum recentiorem Canonistam, Ecclesiae salvificae sincere addictum, viri cordati suspexerant, *eorum, quae in canonisticis suis libris de Ecclesia eiusque visibili Capite praeclare scripsit, prorsus oblitus, proponit principia prorsus acatholica, praerogativasque infallibilis ac supremae in docendo auctoritatis Romano Pontifici competentes, antea non obscure per se ipsum propugnatas, retractando,* dogmaticam definitionem S. Concilii Vaticani non sine virulentis ac odium manifestum spirantibus expressionibus, et expectorationibus aggreditur. Auctor mox post evulgata sua opera anticatholica per plures eruditos viros refutatus extitit, ut subsequens docebit literatura. Praesenti loco satis sit meminisse censurae, quam de Auctore in ephemeride Augustana *Augsburger Postzeitung. 1871. nr. 173* legimus: „Wenn geistig reichbegabte Männer in religiöser Beziehung irren und fallen, so gehen sie um so weiter in die Irre und fallen um so tiefer, je mehr Talente des Geistes ihr Wissenshochmuth fruchtlos gemacht hat. *Gefeierte Söhne der Kirche werden durch den Abfall meist ihre grimmigsten Feinde, die Milch der frommen Denkungsart wandelt sich in das gährende Drachengift des Hasses;* — mit ihrem Abfall scheinen sie aber auch noch jener *Charaktereigenschaften* verlustig zu gehen, welche keinem Mann, sei er liberal oder conservativ, Protestant oder Katholik, fehlen dürfen, der auf Ehre Anspruch macht; wir meinen das Gefühl für *Wahrheit und Gerechtigkeit im Urtheil.* Professor D. *Schulte* beweist in der That, *dass er mit dem Abfall von der kath. Kirche auch noch das verloren hat, was wir sonst an anständigen Gegnern achten, Wahrhaftigkeit und Gerechtigkeit im Urtheil über Andersden-*

kende. Er ist zum gehässigen Denuncianten und Ankläger gegen die kath. Kirche geworden etc.

3518. *Die Geschäfts-Ordnung des Concils von Trient. Aus einer lateinischen Handschrift des vaticanischen Archives zum ersten Male genau und vollständig in deutscher Sprache an's Licht gestellt; nebst einer Parallele zwischen der Geschäftsordnung der Trienter Kirchenversammlung und jener des Vatican-Concils.* Wien. 1871. Opusculum in nexu declarationis et agendi rationis Praesulum, qui infallibilitatis pontificiae decisioni adversabantur, et contra praescriptum a Papa Pio IX Concilii ordinem protestabantur, concinnatum.

3519. **Lord Acton** *zur Geschichte des Vaticanischen Concils.* München. 1871. Auctoris Angli iam in literatura anni 1870 meminimus. Praesens opus eo tendit, ut Epporum agendi rationem occasione discussae inerrantiae pontificiae servatam in crisim revocet; hoc fine tum sermonum fragmenta, cumprimis Praesulum minoritatis, vulgat, tum excursiones historicas ad decursum Synodi spectantes inserit. Ex sermone *Eppi Diacoviensis* (Georgii Strossmayer), quem magnis prosequitur laudibus, adducit passum sequentem: „Ego convictus sum, aeternam et immutabilem fidei et traditionis regulam semper fuisse semperque mansuram communem, adminus *moraliter unanimem consensum. Concilium, quod hac regula insuperhabita fidei et morum dogmata maioritate numerica definire intenderet, iuxta meam intimam convictionem eo ipso excideret iure, conscientiam orbis catholici sub sanctione vitae et mortis aeternae obligandi,* etc."

3520. **F. Michelis** *zur Infallibilität: zwei Vorträge nebst Vorbericht.* Münster. 1871. Sermones contra dogma infall. R. P. *Paderbornae* et *Monasterii* habiti: posterior tamen sermo impeditus fuit.

3521. *Was will* „Döllinger" *und was bezweckt die neue Lehre? Einige Worte zur Aufklärung an den Bürger und Landmann von einem Katholiken nach dem alten Katechismus.* Würzburg. 1871.

3522. **Alois Anton** *wer sind die rechten Katholiken? Ein schlichtes Wort an das kath. Volk.* Pest. 1871. Auctor

est presbyter *Lincensis*, suspensus, et oberrans, Viennae per sic dictos „veteres catholicos“ in qualitate parochi assumtus.

3523. *Offene Antwort auf den Hirtenbrief der 21 deutschen Bischöfe an den hochw. Clerus ihrer Diöcesen von einem deutschen Geistlichen.* Oehringen. 1871.

3524. **J. Pederzani** *die Kirche der Wahrheit. Rede, gesprochen in der Kirche am Hof den 3 März. 1871.* Wien. 1871. Auctor, qua Cooperator in Ecclesia Vindobonensi, (in titulo memorata) ob dictionem hanc, inerrantiae R. P. et auctoritati Ecclesiae infestam, ab Ordinariatu suspensus, subin alia quoque vulgavit opuscula, signanter:

3525. **Julius Pederzani** *aus den Fesseln Rom's!* Pest. 1871.

3526. **J. Pederzani** *Rede, gehalten zu Villach in der Versammlung des liberalen Volksvereines.* Pest. 1871.

3527. 3528. **Wenzel Joseph Reichel** *ist die Lehre von der Unfehlbarkeit des römischen Papstes katholisch? Eine Frage, gestellt und beantwortet im Namen des hierüber noch nicht gehörten kathol. Volkes.* Wien. 1871. Item: *War die österreichische Regierung berechtiget, das Concordat vom J. 1855 ausser Kraft zu setzen?* Wien. 1871. Posterius opus ad relationem inter Ecclesiam et Statum pertinet quidem: sed, quum utrumque opus quaestionem de infall. R. P. pertractet, hic quoque memorari debet. Auctor, titularis Praepositus, antea Gubernialis Consiliarius, ad castra liberalium et ita dictorum „veterum catholicorum“ transmeavit, per Ordinariatum suspensionis censura punitus.

3529. **Heinrich Waldmann** *wider die neue Lehre, dass der Papst unfehlbar sei. Eine Streitschrift.* Heiligenstadt. 1871.

3530. 3531. **W. Tangermann** *die römisch-jesuitische Neuerung. Mit Beziehung auf das Verfahren des Erzbischofs von Köln gegen den Pfarrer von Unkel, zugleich als Denkschrift für das k. Staats-Ministerium.* Bonn. 1871. Idem vulgavit: *Petrus und Paulus. Ein Zeugniss des Glaubens in 2 Predigten.* Bonn. 1871. Utrumque opusculum noncatholicis assertis ac principiis refertum.

3532. **J. Frohschammer** *die Unfehlbarkeit des Paps-*

tes. Offenes Sendschreiben an den Erzbischof von München-Freising „Gregor von Scherr," *betreffend den Hirtenbrief vom 26 Dec. 1870.* München. 1871. Crisis literae pastoralis de infallibili magisterio R. P.

3533. **Eberhard Zirngiebl** *das Vaticanische Concil mit Rücksicht auf* „Lord Acton's" *Sendschreiben und Bischof* „v. Ketteler's" *Antwort kritisch betrachtet.* München. 1871. Opuscula in titulo citata occurrunt in literatura anni 1870.

3534—3539. **J. H. Reinkens** Prof. zu Breslau, *die päpstlichen Decrete vom 18 Juli 1870.* Münster. 1871. Sub hoc generali titulo sex distinctos fasciculos vulgavit Auctor, adiectis specialibus pro quolibet fasciculo titulis, argumentum enunciantibus: 1. *Der Universal-Bischof im Verhältniss zur Offenbarung: nach Gregor dem Grossen und Pius IX. in Vergleich gestellt.* — 2. *Die Traditionsregel der alten Kirche und die moderne päpstliche Unfehlbarkeit verglichen.* — 3. *Die Unregelmässigkeit und Unfreiheit des Vaticanischen Concils dargethan.* — 4. *Die Unterwerfung der deutschen Bischöfe zu Fulda in ihren Gründen geprüft.* — 5. *Glaube und Unterwerfung in ihrem Unterschiede dargestellt.* — 6. *Die Infallibilisten und der moderne Staat in ihrer Unverträglichkeit nachgewiesen.* Omnia haec opuscula summum produnt erga auctoritatem supremam S. Sedis Apost. porro erga Praesules, decretorum Vaticanorum acceptationem pro munere suo exigentes, contemtum, et a catholicis principiis recessum, cum singulari adulatione erga Civilia Gubernia mixtum.

3540. **Aloys Mayr** Prof. der Mathem. u. Astron. zu Würzburg, *Worte zur Verständigung im Streite über päpstliche Unfehlbarkeit.* Würzburg. 1871. Auctor opiniones contrarias conciliaturus, singularem profert ac propugnat sententiam, quam sic proponit: „Das Vaticanische Decret scheint mir sehr unschuldiger Natur zu sein. Die Untersuchung wird herausstellen, *dass die amtliche Unfehlbarkeit des Papstes in diesem Decrete nicht enthalten ist.* Um es kurz zu sagen, *fehlen in ihm die formellen und materiellen Criterien, die erfüllt sein müssen, wenn die Thatsache feststehen soll, dass der Papst gegebenen Falls wirklich* **ex cathedra** *ge-*

sprochen habe. Fehlen aber diese Criterien, so *erscheint das Decret in Bezug auf päpstliche Unfehlbarkeit als ein blosses Fragment*, mit dem man nichts anfangen kann, *im besten Falle als ein Gefäss, dem rechts und links die Handhaben fehlen*, an denen es man fassen könnte, *als ein Satz von bloss theoretischem und scholastischem Werthe ohne alle praktische Bedeutung. — In einem zukünftigen Concil wird erst die Hauptschlacht geschlagen werden ; — bis dorthin scheinen Papst und Kirche in Bezug auf Definition von Glaubens- und Sittenlehren in ruhende Activität versetzt zu sein ; denn der Zusatz :* ex sese, non autem ex consensu Ecclesiae *hebt ganz bestimmt den seit zwei Jahrhunderten eingerissenen Gebrauch auf, dass der Papst willkührlich definirt, und dass dann diese Definitionen gültig werden, wenn die Kirche, d. h. wenn die Bischöfe einzeln oder im Ganzen zustimmen. Dieser Zusatz ist das Bestimmteste im ganzen Vat. Decret.*"

3541. **Heinrich Waldmann** *Zurückweisung grundloser Beschuldigungen. Antwort auf das am Charsamstage gegen mich erlassene Hirtenschreiben des Bischofs von Paderborn.* Heiligenstadt. 1871. Alterum auctoris opus, cuius sequela erat haec Eppi censura, paulo superius retulimus.

3542. **Jos. Langen** Prof. zu Bonn, *das Vaticanische Dogma von dem Universal-Episcopat und der Unfehlbarkeit des Papstes in seinem Verhältniss zum Neuen Testament und der patristischen Exegese. Bitte um Aufklärung an alle kath. Theologen.* Bonn. 1871. Auctor fusum scribit in textus biblicos de Ap. Petro commentarium, tam exegeticum quam patristicum, et suae disquisitionis resultatum his verbis complectitur : „Das durch unsere exegetische Untersuchung gewonnene Resultat, nach dem *das Vaticanische Dogma im Widerspruch steht zu der neutestamentlichen Lehre von der Kirche*, stimmt mit der Auffassung dieser Lehre bei den *heil. Vätern* überein. *Die 3 Stellen in den Evangelien deuten sie nicht auf die päpstliche Unfehlbarkeit ; den Apostel Petrus denken sie sich nicht über den Aposteln stehend, sondern in deren Mitte als den Ersten ;* das Bild von der Kirche, welches aus dem N. T. ihnen entgegentritt, reflectiren sie in

einer Weise, die mit *kirchlichem Absolutismus* unvereinbar ist."

3543. **Eberhard Zirngiebl** *Papstthum und Religion. Die kirchliche Frage nach ihrem Wesen und ihrer Bedeutung für die Gegenwart. Zwei Vorträge, gehalten am 16 und 23 März 1871 zu München.* Berlin. 1871.

3544. **Aemil Ruckgaber** Pfarrer in Wurmlingen, *die Irrlehre des Honorius und das vaticanische Decret über die päpstliche Unfehlbarkeit. Ein Versuch zur Verständigung.* Stuttgart. 1871. Propugnat: Honorium reipsa errasse: et simul infallibilitatem Papae cum hoc lapsu Honorii componere satagens novosque Protestantes ex parte rectum habere ostensurus, singularem hanc proponit sententiam: *definitionem pontificiam e cathedra prolatam esse ex sese infallibilem tunc, si Papa praevie rem diligenter studuerit et traditionem examinaverit; criterium vero id cognoscendi esse consensum Epporum; interea tamen definitioni deberi assensum per modum obedientiae, secuto Epporum consensu per modum fidei!* Addit insuper: *casum in eum, si impossibile foret decretum Vaticanum cum errore Honorii Papae conciliare, manifeste consequi debere, quod dubia per novos protestantes suscitata omnino subsistant, et decretum Vaticanum reformatione indigeat!* — Postquam intellexerat auctor, librum suum Romae in Indicem prohibitorum relatum esse, iudicio S. Sedis se subiecit.

3545. **I. Friedrich** *Documenta ad illustrandum Concilium Vaticanum anni 1870.* Nördlingen. 1871. Zwei Abtheilungen. Primum volumen continet: 1. *Quaestionem de infallibilitate R. P.* ab Eppo Moguntino in Concilio distributam, ut fertur, in Helvetia editam; 2. *Dissertationem Gallicam AEppi Parisiensis G. Darboy de libertate Concilii et infallibilitate*; 3. *Concionem Petri Richardi Kenrick AEppi S. Ludovici in Concilio Vatic. habendam at non habitam*; 4. plures *repraesentationes ac protestationes Epporum Minoritatis* in Concilio editas; 5. *Ordinem et modum in celebratione C. Tridentini* observatum; 6. Epistolam *Cardinalis Schwarzenberg AEppi Pragensis* ad Card. a Secr. Status Summi Pontificis, et huius responsum de nonnullis ad

Concilium pertinentibus obiectis ; 7. dissert. gallicam *de onanismo coniugali*. Volumen alterum vulgat : 1. *Schemata circa fidem, disciplinam*, et *Regulares;* 2. plura documenta ad discussionem conciliarem *de fide*, *de ecclesia*, *ac cumprimis de infallibilitate R. P.* semet referentia ; 3. *protestationes* nonnullas *quoad ordinem in Concilio praescriptum*, et *acta ad deliberationem super infallibili magisterio Rom. Pont.* spectantia.

3546. **J. Friedrich** *Tagebuch, während des Vaticanischen Concils geführt.* Nördlingen. 1871. Auctor, Concilio et praerogativae R. P. in eo stabilitae infensissimus, non dubitavit huic suo Diario inserere, quaecunque etsi minutissima ad scopum suum ullam habere viderentur relationem. Infensus auctoris animus mox in praefatione operis se prodit : non ambigit quippe verba Cardinalis cuiuspiam sub tempus Concilii Basileensis contra Summum Pontificem Eugenium prolata, et in supremam Ecclesiae auctoritatem summe iniqua in rem suam convertere : „Audire potuistis medias inter tribulationes inferiores istos alta voce dicentes : Etsi omnes devastatori Ecclesiae obediunt Eugenio, et discedunt unusquisque a veritate fidei et SS. Patrum institutionibus, et consentiunt mandatis Eugenii : nos quidem et fratres nostri constantes erimus, et pro veritate fidei et ss. patrum traditionibus mori non dubitamus."

3547. **Friedrich** „Ioannis de Turrecremata" *de potestate Papae et Concilii Generalis tractatus notabilis.* Oeniponti. 1871. In praefatione memorat, tractatum hunc ab se in Bibliotheca Monacensi detectum prima vice in lucem edi. Tractatus impugnat Concilii Constantiensis famosa decreta Sessionis IV et V, et auctoritatem supremam Rom. Pontificis insigniter vindicat. Auctor tamen tractatum istum idcirco vulgavit, ut per adiectas hinc inde notas vim argumentorum celebris Turrecrematae elidere possit.

3548. *Stenographischer Bericht über die Verhandlungen des Katholiken-Congresses, abgehalten vom 22—24 Sept. 1871 in München. Mit einer historischen Einleitung und Beilagen.* München. 1871. In introductione continentur expectorationes adversus Praesules, qui sub Synodo in obiecto

infallibilitatis R. P. oppositionem formarunt, et tamen domum reversi decreto Vaticano semet subiecerunt. Sermones et conclusa conventiculi istius sic dictorum „antiquorum catholicorum“ fuse recensentur.

3549. **Heinr. v. Poschinger** *Rechtsgutachten über die Anrechte der Altkatholiken auf Ueberlassung von Kirchen und Kirchengut.* Disquisitio inserta operi Auctoris : *Das Eigenthum am Kirchenvermögen.* München. 1871. p. 334—347. Pro cessione Ecclesiarum et bonorum in favorem „antiquorum catholicorum“ se enunciat.

3550. **Franz Masaidek** *Gimpelmeyer beim Konzil. Illustrirt von E. Juch.* Wien. 1871. Impius et sarcasticus libellus.

3551. **A. Mönnikes** *Kirchenrecht und Kirchengewalt. Oder meine sacrilegische Ausstossung vom Bischofe in Paderborn.* Münster. 1871. Auctor nititur se iustificare contra censuram sui Praesulis.

3552. **J. J. Overbeck** *libellus invitatorius ad Clerum laicosque Romano-Catholicos, qui antiquam Occidentis Ecclesiam Catholicam ad pristinam puritatem et gloriam restauratam videre cupiunt. Additum est Decretum Unionis Florentinum, nunc primum e diptycho Musei Britannici editum.* Halis Saxonum. 1871. Auctor, tamquam membrum *Commissionis Synodalis Petropolitanae ad restaurandam Occidentis orthodoxiam catholicam constitutae* provocat Catholicos Occidentalis Ecclesiae, ut relictis Romanis (ut ait) erroribus, ad puram antiquam revertantur Ecclesiam, adhibito ad hoc tutissimo medio unionis cum Ecclesia Orientali ; ipsamque Petitionem ad Synodum Petropolitanam directam libro inserit, ut eandem quo plures subscribant. Inter cetera argumenta, quae ad movendos Catholicos adhibet, comparet quoque invectiva in dogma infallibilitatis papalis. Nec horret Sacram Synodum Vaticanam appellare „Ludibrium Vaticanum“ eique sociare „latrocinium Ephesinum“, et utroque hoc stigmate notare Synodum Florentinam propter decretum Unionis illic conditum.

3553. **Fr. Reuter** *der Ultramontanismus in Bildern*

seit Luthers Tagen dargestellt am 22 März 1871. Kiel. 1871. Expectoratio lutherana.

3554. 3555. **Fr. Hoffmann** *Blitzstrahl wider Rom. Die Verfassung der christlichen Kirche und der Geist des Christenthums. Aus den Werken* „Franz v. Baader's". *Mit Vorreden und Anmerkungen.* Würzburg. 1871. In praefatione et notis infensi sui in decreta Vaticana animi plura dat documenta. Opus universum contra Primatum R. P. ex libris *Baaderi* consarcinatum est, quem inter auctores Primatui adversantes suo loco recensuimus.

3556. **Paul Hinschius** Prof. zu Kiel, *die päpstliche Unfehlbarkeit und das Vaticanische Koncil. Vortrag gehalten am 11 Febr. 1871.* Kiel. 1871.

3557. *Die Unfehlbarkeit des Papstes und die Schwäche der kirchlichen Opposition in Deutschland. Von einem Theologen der evang. Kirche in Bayern.* München. 1871.

3558. **Scheider** *das Gottes-Urtheil in der Offenbarung Johannis über den unfehlbaren Papst und seine Bundesgenossen veröffentlicht.* Hildburghausen. 1871.

3559. **J. Zürcher** „Gersons" *Stellung auf dem Concile von Constanz. Studien zur Katastrophe desselben.* Leipzig. 1871.

3560. *Einheit und Widerstreit der religiös-kirchlichen und der sittlich-humanen Dogmen des Christenthums. Dargestellt von J. P. L.* Heidelberg. 1871.

3561. **Spiegel** *die Unfehlbarkeit des Papstes und die deutsche Nationalkirche.* Berlin. 1871.

3562. **F. Zündel** *das Vaticanische Concil und seine Bedeutung für den Protestantismus. Vorgetragen in der asketischen Gesellschaft in Zürich den 15 Juni 1870. Aus Protokoll der asket. Gesellschaft.* Zürich. 1871.

3563. *Die neuen Lehren der römisch-kath. Kirche im Vergleich mit der alten Lehre des Herrn und seiner Apostel in 70 Fragen, mit mehr als 150 Belegstellen des A. T. nach* „L. van Ess" *und des N. T. nach* „Kistemacker's" *Uebersetzung.* Stuttgart. 1871.

3564. *Evangelium und römischer Katholicismus, nebst*

beigedruckten Stellen des N. T. Eine Belehrung für Alle, welche die seligmachende Wahrheit suchen. Stuttgart. 1871.

3565. **Carl Waagen** *der unfehlbare Papst, oder die grosse Häresie des 19 Jahrhunderts, in aphoristischen Bemerkungen populär besprochen.* München. 1871.

3566. **H. Winkler** „du bist Petrus, und auf diesen Felsen will ich meine Kirche bauen." *Predigt am Reformationsfeste.* Erfurt. 1871. Primatum e citato textu probari haud posse, inerrantiam autem prorsus reiici debere censet.

3567. **A. Reichenbach** „J. J. J. v. Döllinger" *und* „K. J. v. Hefele": *zwei Kirchenhistoriker und das Unfehlbarkeitsdogma.* Magdeburg. 1871. Primum laudat, alterum vituperat, quod Oppositioni nuncium mittendo infallibilitatem Papae acceptaverit.

3822. **Gatti** Can. *de magno Concilio Vaticano I.* Aug. Taurinorum. 1871. Opus a. 1869 inchoatum, sed primum anno 1871 typis editum, excurrit in tractanda ea, quae circa fidem et disciplinam in Synodo deliberationi substerni cuperet. De actis Concilii fere penitus silet: ea tamen, quae in eo iam definita sunt, cumprimis praerogativas Romani Pontificis, signanter *infallibilitatem* uberrime proponit et vindicat, habita semper reflexione ad scripta adversariorum, sub decursu Concilii in lucem emissa. Ostendit: „*Papam esse infallibilem Iuris Canonici custodem, interpretem et ampliatorem* divinitus constitutum; *inerrantiam eiusdem cum divina Ecclesiae constitutione connexam, et personalem R. P.* ita, ut Petro et successoribus independenter a quacunque alia persona competat, personamque Papae solam afficiat, non vero quod ei iuncta sit Ecclesia universa vel romana; *eandem esse etiam absolutam, sive nulli alligatam conditioni,* nec Concilii, nec Romanae nec totius Ecclesiae, siquidem tota Ecclesia ibi sit, ubi Papa, nec stare possit aedificium a fundamento divisum etc.“ Instituit fusiorem crisim in *lapsus*, quos adversarii nonnullis tribuunt *Pontificibus Summis:* praesertim de praetenso

Honorii lapsu edita sub Concilio opuscula *Hefelii, Gratrii,* etc. examini submittens. *Definibilitatem, opportunitatem et necessitatem* definiendae istius praerogativae tuetur: siquidem ad retundendos errores a scriptoribus catholicis aeque ac non-catholicis sparsos opportunitas definitionis in necessitatem conversa sit; per definitionem infallibilis Capitis Ecclesiae nil demi Eppis observat, quippe qui cum eo infallibiles permaneant coniunctim; nec ponendam esse luctam inter Papam et Eppos, cum Eppi a Papa disiuncti nihil sint nisi membra arida vel putrida avulsa a corpore, glorificatio autem Capitis sit simul Epporum exaltatio, et quod Papae negatur, nil addat iuribus Epporum. De exitu Sessionis IV, in qua definitio inerrantiae edebatur, haec profert notatu digna verba: *Laetus exitus Sessionis IV Vaticanae, quae fere omnium Patrum clausa est assensu, et de qua exultavit catholicus orbis, alios portendebat triumphos ad incrementum splendoris in Ecclesia Christi. Qui illi non interfuerunt, eius oracula falli nescia veluti certatim amplectuntur, illisque mentes et corda lubenter subiiciunt. Si Petrus loquitur, conticescunt prae reverentia iudices XII tribuum Israel. Verba definitionis subsequitur silentium acceptationis. Quodsi iudices venerantur iudicium supremum, quid non incurvabitur omne genu, nec silebit multitudo catholicarum gentium? Ii etiam, qui doctrinae veritatem impugnarunt vel definitionis opportunitatem, nunc factum et ius recognoscunt, confitentes se in errore stetisse. Iam multi se tradiderunt gloriosa mancipia fidei veritati, iam populus evadit labii unius et sermonum eorumdem. Aliquot Eppi et Collatio Fuldensis opportune post errata plurium theologorum modo concinunt iuxta modos Concilii Vaticani. Sic inter varia opinamenta et sine libertatis offensione explicatur concordia fidei, quae a caritatis fervore foecundata dabit fructus in tempore suo et perficiet christianum gregem in unitate ovilis et pastoris.*

3823. **I. T. Ghilardi** Episc. Monregalensis, *Episcopus, eius dignitas, et quanti sit momenti in religione et societate.* Monteregali. 1871. Scopum opusculi, quod secus ex professo inerrantiam pontificiam non pertractat, in praefatione sic pro-

ponit auctor: „Quum *princeps Ecclesiae auctoritas in augusto eius Capite resideat*, satis patet, singulari prorsus Dei beneficio illud effectum esse, ut *catholica de Summi Pontificis infallibilitate veritas ad dogmatis sublimitatem* eveheretur. Hoc enim facto Pontificia auctoritas tam splendida areola circumdata fuit, qua fulgidior nulla optari possit, ut cunctis hominibus vere augusta et veneranda sit. Verum quemadmodum D. N. I. C. ad Ecclesiam suam fundandam S. Petro, quem in terris Vicarium suum constituit, et Apostolis, quos illi socios dedit, usus est: ita in ea augenda et propaganda statuit, *ut Summi Pontifices S. Petri successores, Eppos successores Apostolorum uti fratres haberent.* Idcirco necessario omnino Eppalis quoque auctoritas nunc in hominum opinione instauranda est; etenim ex integra Ecclesiae auctoritatis instauratione una — spes affulget fore, ut ceterae, civilis etiam hierarchiae, reficiantur, universaeque societati renovandae efficaciter prospiciatur. Revera haec societas in dissolutionem prorsus incidit, quia Reges, ab iniquitatis sectis decepti, supremae Ecclesiae auctoritati sese subiicere renuerunt; quorum inobedientia in causa fuit, cur populi eorum imperium detrectarent. Hinc seditiosorum triumphus, ex quo tantae calamitates eruperunt, tamque formidolosa sequuntur effecta, ut merito definiri possit: inferni incursus super terram. Id quum nobis persvasum sit, ut labentem ac prope cadentem societatem pro viribus fulciremus, *dum Supremi Ecclesiae Hierarchae auctoritatem, quotiescunque postremis hisce temporibus rebellium impiis aggressionibus petebatur, omnimode vindicare studuimus, Episcopalis etiam auctoritatis vindicandae, confirmandae, instaurandae mens erat. Ad hanc rem opusculum — exaravimus*, quod nunc in lucem edimus; — quod quidem acceptum fore confidimus tum collegis Eppis, tum clero universo et catholicis viris, quibus aberrantis societatis instauratio cordi sit. In spem insuper adducimur, benignos lectores, quo magis haec nostra scripta perlegentes existimatione atque veneratione erga Eppos proficient, eo maiore obsequio ac veneratione Summum Pontificem, Eppum Epporum, prosecuturos; firmioremque evasuram illorum obedientiam tum omnibus Ipsius actibus, utpote auctoritate praestantissimis, tum

omnibus Ecclesiae legibus, quibus vel ipsae civiles sunt conformandae.“ —

3824. **De Rossi** celebris archaeologus in ephemeride *Bulletino di Archeologia cristiana.* 1871. nr. 3. communicat duplicem pervetustam *Inscriptionem* in vicinia *Spoleti* inventam in Ecclesia *Divo Petro* consecrata, e seculo V, cuius altero decennio *Achilleus* Eppatum Spoletinum tenuit. Prima inscriptio de dedicatione Ecclesiae in honorem S. Petri sonat, altera de S. Petro. In posteriori ad metrum redacta praerogativae principis Apostolorum, cumprimis de *immobili fundamento* Ecclesiae in persona ipsius constituto et suprema auctoritate eiusdem, clare exprimuntur. Operae pretium censemus, inscriptionem hanc metricam praesenti loco inserere:

„Quidnam igitur mirum, *magno* si culmina *Petro*
Quolibet existant aedificata loco.
Cum quae per totum celebratur *Ecclesia* mundum
In fundamento fixa Petro maneat.
Namque illi Deus ipse, Caput qui corporis extat,
Propterea *petrae* nomen habere dedit.
Dicens: Esto Petrus, quoniam fundabo super te
Quam mihi nunc toto molior orbe domum.
In te per cunctas consistit Ecclesia gentes,
Vincit et inferni carceris imperium.
Namque datis clavibus coelorum claudere portas
Et reserare dedit pro meritis hominum.
Quaecunque in terris fuerit sententia Petri,
Haec erit in coelis scripta notante Deo.
Dixit enim: *Tu es magno mihi nomine Petrus,*
Et tibi coelorum fortia claustra dedi.
Hac ditione *potens terra coeloque Petrus* stat,
Arbiter in terris, ianitor in superis.“

3825. **Ghilardi** Ep. Monregalensis In Pedem. *Ieremias redivivus, seu Lamentationes super mala, quibus premitur Ecclesia Dei, et Orationes opportunae ex S. Scriptura depromtae.* Monteregali. 1871. Opusculum proprie casum Urbis aeternae et civilis principatus S. Sedis lamentatur: inserit tamen et lamentationibus et orationibus plura, quae hodierno adversus Ecclesiam et signanter auctoritatem supremam ac

infallibilem Romani Pontificis bello per superbos et in viribus humanae rationis confidentes, Ecclesiae vero vocem respuentes concitato accomodari valent.

3826. **Aloysius Rotelli** Can. Perus. *disputatio theologica de Romano Pontifice.* Perusiae. 1871. Thesibus quatuor et triginta complectitur defendens, *Ios. Cernicchius,* Seminarii Perusini alumnus, ea, quae de auctoritate suprema ac infallibili Romani Pontificis tenenda sunt. In *dedicatione* Cardinali Perusino, Ioachimo Peccio, facta continetur sequens inscriptio: *Quod Vaticani Concilii catholicam auctoritatem ausu impiissimo detrectantes veteris haereseos sectatores nuperi, queis a* **Döllingero** *nomen, reipublicae studium et fidei priscae amorem mentiti, contra Romanum Pontificem, Ecclesiae Doctorem falli nescium, debacchentur:* **Ios. Cernicchius** *sacerdos, alumnus Seminarii Perusini, theses hasce de Romano Pontifice publice vindicandas adsumit.* In *Praefatione* quemadmodum disputationis et tractatus de Romano Pontifice momentum, ita occasionem et causam huius disputationis proponit Praeses et defendens. Priore obtutu sistit Romanum Pontificem ceu *lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum*, custodem evangelicum dominicae vineae, verbo Sacerdotem, *in quo*, sic Deo instituente, *tota nititur Christiana respublica.* Posteriore obtutu exponit occasionem proximam assumti ad disputandum huius tractatus verbis, quae sequuntur: *In Bavaria vivit adhuc septuagenario maior, presbyter quidam nomine* „Döllingerus", *vir operibus editis apud suos exterosque non inglorius. Hic se catholicum dictitat, etsi catholicum de infallibilitate R. P. dogma, nuper a Vaticano Concilio definitum, pervicacissime respuat.* „Döllingerus" *ergo iste, anathemata Ecclesiae flocci faciens, vult esse in Ecclesia et de Ecclesia, quasi nempe* (vulgaribus sit venia verbis) *cuipiam in paradiso sit locus invitis sanctis. Ipse unus totam Ecclesiam in generali synodo collectam damnat, et quam infallibilitatem Romano Pontifici denegat, sibi impudentissimus arrogat, atque omnium haereticorum morem sequutus, se suosque novo nomine donat,* „veteris catholici" *appellatione gloriatus. Ex sententia doctoris huiusmodi universi catholici, qui fidem*

Vaticano Concilio adhibuerunt, in novitatem doctrinae incidissent: tota quanta est laicorum clericorumque multitudo, quae se ante Vaticanum Concilium catholicam profitebatur, veram et antiquam ab Apostolis receptam fidem amisisset, uno „Döllingero“ *excepto, qui ex Bavaria toti orbi illucescens, velut lucerna posita super candelabrum in caliginoso loco, Ecclesiam Catholicam extraordinaria quadam missione, novissimis teutonicae penitioris scientiae repertis in veterum miraculorum atque prophetiarum locum tandem aliquando suffectis, purget renovetque, et, si superis placet, recentiori huic nostro artium, scientiarum, literarumque progressui novisque moribus accomodatam efficiat.* „Döllingerum“ *plurimi faciunt pene omnium liberalium ephemeridum scriptores; magna et mira de ipso contra Ecclesiam Catholicam portendunt; illud ad ravim usque inculcantes:* „Döllingerum“ *virum esse tum aetate tum virtute spectandum, theologicis studiis perpetuo vacasse, per totum vitae suae tempus ab illo vitiorum coeno abhorruisse, in quo Lutherum, Calvinum ceterosque haereticos volutatos fuisse historia demonstrat. Quae omnia etsi vera esse fateantur, haud tamen movent catholicos, qui probe sciunt non tantum luxuriam capitalibus vitiis adnumerari, sed et inprimis superbiam, qua novorum iste protestantium pater Lutheros atque Calvinos coacquare festinat.* Theses de Romano Pontifice statuit Auctor sequentes:

„1. Ex Christi institutione admitti debet in Ecclesia militante aliquod *subiectum auctoritatis visibile*, seu *Caput visibile totius Ecclesiae.*

2. *Caput visibile* totius Ecclesiae ex Christi institutione debet esse *simpliciter unum*, seu *supremum regimen Ecclesiae ad monarchicum revocatur.*

3. Ex *Matth. XVI. 16—19* ostenditur *S. Petrum Apostolum constitutum fuisse a Christo Domino Apostolorum omnium principem, ac totius Ecclesiae visibile Caput.*

4. Id ipsum ostenditur ex *Ioan. XXI. 15—17.*

5. *Primatus Petri* super universam Ecclesiam evincitur ex *universali constanti ac perpetua* ipsius Ecclesiae *traditione.*

6. *Primatus,* quo *Petrus* constitutus fuit a Christo Caput visibile totius Ecclesiae, est *non solum honoris et ordinis, sed verae proprieque dictae iurisdictionis.*

7. Huiusmodi *Primatum* beatus *Petrus a Christo accepit directe et immediate, non autem mediante Ecclesia.*

8. *Finis* seu ratio institutionis *Primatus* est *Unitas Ecclesiae* per Primatum conflanda, conservanda et repraesentanda.

9. *Petrus ratione Primatus plenam habuit auctoritatem iurisdictionis super universam Ecclesiam,* praesertim quantum ad ea, quae unitatem respiciunt.

10. *Petrus in praerogativa Primatus habere debuit perpetuos successores.*

11. *Successores* B. Petri in Primatu honoris et iurisdictionis super universam Ecclesiam sunt *Romani Pontifices.*

12. *Romani Pontifices Petro succedunt in Primatu iure divino.*

13. Romani Pontifices quatenus succedunt Petro in Primatu, *eadem vi et auctoritate* pollent super universam Ecclesiam, qua Petrus pollebat, ita ut tamquam *una eademque persona Petri* sint habendi.

14. *Romanus Pontifex* ratione Primatus pollet *suprema auctoritate super omnes fideles, etiam Eppos.*

15. *Suprema auctoritas,* qua *Romanus Pontifex* pollet ratione Primatus, *extenditur etiam ad Eppos in Generali Concilio collectos:* unde *Papa est supra Concilium et non vice versa.*

16. Ad *Romanum Pontificem* spectat *oecumenica Concilia convocare, iis praesidere, eaque confirmare.*

17. *Suprema potestas,* quam *Romanus Pontifex* habet super universam Ecclesiam, est *plena et absoluta.*

18. Haec ipsa potestas, quam Romanus Pontifex habet super universam Ecclesiam, est *ordinaria et immediata.*

19. Asserta potestas Romani Pontificis *non officit potestati Epporum, sed haec per illam roboratur ac vindicatur.*

20. Romanus Pontifex *ius* habet in exercitio sui Pri-

matus *libere communicandi cum omnibus pastoribus ac fidelibus.*

21. Romanus Pontifex ratione Primatus *ius* habet *obligandi et coërcendi omnes et singulos fideles ad unitatem fidei et communionis.*

22. Ratione eiusdem Primatus Romanus Pontifex *ius* habet *obligandi et coercendi omnes et singulos in iis omnibus, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent.*

23. Romanus Pontifex ratione Primatus habet *veram et proprie dictam potestatem leges ferendi* sive in Concilio, sive extra Concilium; *haeque obligant etiam antequam Ecclesiae acceptatio accedat.*

24. Ratione Primatus fieri potest *recursus ad Romanum Pontificem* in omnibus ad examen ecclesiasticum spectantibus, tamquam ad *iudicem supremum totius Ecclesiae.*

25. *A nemine iudicium Romani Pontificis unquam retractari potest, nec unquam licet de eius iudicare iudicio.*

26. Romanus Pontifex ratione Primatus praeter auctoritatem in regendo, habet etiam *supremum magisterium in docendo universam Ecclesiam.*

27. Romanus Pontifex ratione Primatus *ita est Magister totius Ecclesiae, ut necesse sit omnes et singulas Ecclesias, omnes et singulos fideles cum eius fide convenire.*

28. *Romanus Pontifex ratione Primatus ex cathedra loquens est consequenter infallibilis.*

29. *Infallibilitas Romani Pontificis ex cathedra loquentis ex SS. Scripturis*, contra „Döllinger“, *plene evincitur.*

30. *Infallibilitas Romani Pontificis ex cathedra loquentis non est ignota Traditioni*, ut vult „Döllinger“, *sed e contra Traditio praebet huius infallibilitatis apertissimum argumentum.*

31. Eiusmodi infallibilitas *non adversatur historiae*, ut somniavit „Döllinger,“ *sed ab historia plane confirmatur.*

32. *Honorius I ex cathedra loquens numquam erravit in fide.*

33. Infallibilitas Romani Pontificis *non est societatibus civilibus nociva*, ut „Döllinger“ blaterat, *sed est illis perutilis.*

34. *Infallibilitas Romani Pontificis non est alia ab illa, qua Divinus Redemtor Ecclesiam suam instructam esse voluit.*“

---

4. *Lit. cath. ex Anglia et Hispania.*

3827. Ex *Hispania* innotuit nobis opus : **Bravo y Tudela** *el Concilio Ecuménico del Vaticano. Obra de actualidad, escrita en Roma.* Madrid. 1871.

3828—3830. Ex *Anglia :* **Dublin Review** *Galileo and the Pontifical Congregations.* July 1871. p. 140—170. Contra obiectiones ex historia Galilei adversus dogma infallib. formatas. — In eodem fasciculo pag. 211 continetur articulus de dogmatica definitione infall. ab editore *Ward* concinnatus. — Item : **Edinburgh Review** *the Vatican Concil.* July 1871. p. 131—161.

3831. **Cyril Behnam Benni** AEppus Mossulensis (Ninivitanus) Syrus, *the Tradition of the Syriac Church of Antioch, concerning the Primacy and the prerogatives of S. Peter and of his successors the Roman Pontiffs. Translated by the* Rev. **Jos. Gagliardi**. London. 1871. Liber magni momenti, complectens monumenta *Traditionis Ecclesiae Syriacae Antiochenae de Primatu et praerogativis S. Petri eiusque Successorum, Romanorum Pontificum.* Auctor operis docti et assiduo labore conscripti est *Cyrillus Behnam Benni, AEppus syriacus Mossulensis* (Ninivitanus). Illustris hic Praelatus anno 1870 Romae commoratus, ibidem e Codicibus Syris Vaticanis et Propagandae *ducenta viginti octo* testimonia collegit quae *fidem Ecclesiae Syriacae in Primatum et*

Infallibilitatem Papae demonstrant. Liber hic impressus fuit Londini cum textu syriaco et versione anglica, per sacerdotem *Iosephum Gagliardi* facta. Series tractatus sequens est: *Libri liturgici* Syrorum, Syro-Chaldaeorum et Syro-Maronitarum in haec dogmata propendent. Eadem praedicant: *SS. Ignatius, Athanasius, Ephraem Syrus, Cyrillus Alexandrinus, Iacobus de Sarug.* Eadem confirmant *Concilia oecumenica: Nicaenum, Sardicense, Constantinopolitanum et Ephesinum*, ac Synodus catholica *Montis Libani*, item *Synodi nestorianorum* anni 430 sub Patriarcha Dadishu; 544 sub Maraba; 567 sub Ezechiele; 588 sub Jeshujabo; 685 sub Hamanishu. Eadem profitentur: anno 871 Abu-Nasr-Yahia; 890 Moyses Bar-Cepha; 920 Elias d' Aubara; 950 Elias Damascenus; 978 historicus Mucaffa; 1010 Benattibus Canonista Nestorianus; 1171 Dionysius Bar-Salibi, commentator quatuor Evangeliorum. Et sic discurritur usque ad Gabrielem seniorem Archi-Eppum Chaldaeae, qui celebre Carmen in honorem Pauli V scripserat. Tum succedit series *Patriarcharum Syrorum* qui Primatum et Infallibilitatem Pontificiam recognoverunt; *Syro-Jacobitae*, uti Georgius, Bar-Wahbun, Mardenus et tres Ignatii; *Syro-Aegyptii*, uti Ioannes; *Copti*, uti Gabriel; *Syro-Chaldaei*, uti Gregorius, Timotheus I., Ioannes Soulaka, Iosephus II, et tandem *Syro-Maronitae,* uti Ioannes Maro, qui Maronitis nomen dedit. Haec documenta, testimonia, confessiones Syrorum orthodoxorum et heterodoxorum, in favorem Primatus et Infallibilitatis Papae potissimum continentur in Codicibus syriacis, et arabicis Vaticani, et in syriacis ac duodus Sharfianis Propagandae.

Illustris auctor sequentem concinnavit ad Summum Pontificem Pium IX epistolam, omni attentione dignam: in qua non modo contra schismaticos Orientales, sub ipso Concilio ab Unitate Ecclesiae semet separantes energice protestatur, verum etiam inconcussam adhaesionem erga S. Sedem et definitiones Concilii Vaticani profitetur. En tenorem epistolae: „Beatissime Pater! Eodem tempore, quo plurimum venerandae literae Sanctitatis Vrae dd. 27 Aprilis elapsi animum inenarrabili consolatione repleverunt, eaedam mihi ex alia parte causa maximi doloris fuerunt; videndo in iisdem iustam querelam Sanctita-

tis Vrae de *praesumptione, et pervicacia nonnullorum Praelatorum orientalium,* qui tristissimis his temporibus spretis cunctis legibus divinis, et omni humana convenientia, adversus supremam auctoritatem Sanctitatis Vrae rebellarunt, sicque tristissima aemulatione cum tantis persecutoribus, summum iam dolorem, quo cor Sanctitatis Vrae affligitur, adauxerunt. *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Iam vero, Beatissime Pater! haec infausta rebellio suprafatorum Praelatorum orientis eo magis damnanda est, quod illis quoque praetensis adminiculis destituatur, quibus se scopo iustificationis suae fulcire nititur. Reipsa rebelleo praetendunt certa *iura Patriarcharum* et *privilegia Ecclesiarum Orientis, docentes doctrinas et praecepta hominum.* Atqui factum historicum est, haec *praetensa iura et privilegia nihil aliud esse, nisi infaustas sequelas infelicissimi schismatis,* quae nec a Sancta Sede, neque ab ullo Concilio oecumenico unquam approbata fuere, et quae a consequenti absolute reprobanda ac reiicienda sunt; eo magis, quod inter illa quaepiam occurrant, quae cum dogmate divini Primatus Romani Pontificis, cum definitionibus diversorum Conciliorum oecumenicorum et tandem cum sana traditione ipsarum Ecclesiarum Orientis componi minime possunt. Quomodo sumpserint originem, Beatissime Pater! haec praetensa iura et privilegia, et quomodo invaluerint apud Orientales a tempore schismatis, omnibus constat, et nos Orientales id optime novimus; et scimus quoque pro favore illorum nullam sanctionem in medium proferri posse, nisi illam idololatriae in libro Sapientiae descriptam: *Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi erepti filii fecit imaginem; et illum, qui tum quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam Deum colere coepit, et constituit inter servos suos sacra et sacrificia. Deinde interveniente tempore, convalescente iniqua consvetudine, hic error tamquam lex custoditus est, et tyrannorum imperio celebrantur figmenta.* Ubi si primo commati substituerimus haec verba: acerbo enim luctu dolens Oriens, se amisisse gratiam Patris sui Romani Pontificis, cito fecit imaginem: (id est: Patriarchas) maxime exactam descriptionem originis Patriarcharum habebimus, qui hodie de suis praetensis iuribus et privilegiis superbiunt. In confirma-

tionem istius rei sufficiet legere in actis *Synodi Nestorianae Seleuciae* anno 430 sub Patriarcha *Dadishoo* celebratae, rationes, e quibus ipse Dadishoo suprema auctoritate ecclesiastica investitus fuerat. Quapropter clarum est, Beatissime Pater! quod nos Orientales loco praetendendorum certorum falsorum iurium et privilegiorum, — ad normam infaustorum Hebraeorum, qui pariter nonnullas consvetudines suas reclamantes, a Divino Magistro hanc iustam reprehensionem audire debuerunt: *Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum.. Bene irritum facitis praeceptum Dei ut traditionem vestram servetis*, — eadem potius, per sinceram et invariabilem adhaesionem erga S. Sedem apostolicam omnino oblivioni tradere debeamus; expendentes, quod origo eorumdem nobis in memoriam revocet iniquam temeritatem nostrorum antenatorum, qui contra propriam convictionem fatale schisma perfecerunt. Quod certo non est obiectum gloriae pro nobis, eorumdem pronepotibus. Unicum itaque, Beatissime Pater! ius aut privilegium, quod nos Orientales reclamare possumus et debemus, in eo consistit: ut *inhaereamus vestigiis nostris, vere sanctissimis Patribus primorum Conciliorum Oecumenicorum, qui in communione et gratia Sanctae Sedis Apostolicae vixerunt et mortui sunt.* Hinc vehementer doleo, dum a nonnullis Orientalibus pro favore suprafatorum praetensorum iurium allegari audio quandam *praetensam Conventionem inter primos Patriarchas, qui ad unitatem fidei redierunt, et Sanctam Sedem* initam; vigore cuius iidem antiqua sua iura et privilegia, quibus sub schismate gaudebant, sibi intacta conservassent. Haec allegatio est falsa in se ipsa; iniuria suprafatis Patriarchis, et iniqua in respectu S. Sedis. Est *falsa in se ipsa:* nam historicum factum est, pro parte Syrorum, Maronitarum, Graecorum Melchitarum et Armenorum longo tempore ab eorundem conversione, *ipsam Sanctam Sedem Patriarchas instituisse, donando iisdem varia privilegia*, ut resistere queant schismaticis, et ut hae nationes tali propria existentia gaudeant, ne dissidentibus quidquam invidere debeant. Est *iniuria suprafatis Patriarchis:* nam supponit de Patriarchis, eo tempore viventibus, eosdem haud pure et ea cum sincera convictione conversos esse, se salutem in sacri-

ficio omnis commodi inventuros fore, sed tantum conditionate, aut e certis humanis finibus. Est *iniqua in respectu Sanctae Sedis:* siquidem inter praetensa iura nonnulla occurrant, quae, ut supra dictum est, cum dogmate Divini Primatus Romani Pontificis et cum definitionibus variorum Conciliorum oecumenicorum componi nequeunt. Iam autem vere iniquum est, supponere velle, quasi S. Sedes pacta inire potuisset cum antiquis schismaticis Patriarchis, recognoscendo illos pro totidem summis Ecclesiae universalis auctoritatibus, et cum iisdem partiendo suum divinum Primatum eidemque connexa iura et privilegia. Compassionem quoque merentur infausti hi rebelles, qui credunt, se ad cohonestandam suam rebellionem, *scripta antiquorum Orientalium* allegare posse; non enim sciunt, quidnam haec scripta contineant. Reipsa inter antiqua scripta Orientalium occurrunt scripta orthodoxorum et heterodoxorum. *In scriptis orthodoxorum nunquam reperire poterunt vel unicam expressionem, cui infaustam suam rebellionem quoquo modo superstruere possent.* Quod autem ad *scripta heterodoxorum* attinet, *in iisdem hinc inde quaepiam reperient, quae ad supremam auctoritatem Patriarcharum in respectu suorum subditorum pertinent; reperient tamen in iisdem scriptis haec quoque: Romanum Patriarcham esse Caput omnium Patriarcharum christianitatis; eundem plenam auctoritatem in illos habere, cum locum S. Petri teneat; eidem semper et in omnibus obediendum esse, et Ecclesiam Romanam nunquam errare posse, cum Spiritus S. supra Caput eiusdem descendat illudque instruat;* et mille alias, his similes expressiones. Propterea, Beatissime Pater! his omnino inculcandum esset studium antiquorum librorum, dicendo ipsis cum Salvatore: *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere; et illae sunt, quae testimonium perhibent de me.* O quanta et quam pulchra testimonia reperient in iisdem libris pro favore Divini Primatus et praerogativarum Romani Pontificis! Imo in his libris fatalem sui condemnationem quoque reperient; nam antiqui Orientales, non obstante infaustissimo schismate quod ipsos a gratia Romanae Ecclesiae separavit, non potuerunt occludere oculos coram splendida luce veritatis, neque negare divinum

Primatum Romani Pontificis; et ideo excommunicare debuissent quemcunque, qui supremam eiusdem auctoritatem non recognovisset, aut mandatis eiusdem non obedire sibi indulsisset. Igitur infelices hi rebelles mortem invenient, ubi vitam se inventuros crediderunt; et invenient etiam, qui ipsos apud aeternum Patrem accusabit: *Nolite putare, quia ego accusaturus sum vos apud Patrem; est, qui accusat vos. Moyses, in quo vos speratis. Si enim credideritis Moysi, credideritis forsitan et mihi, de me enim ille scripsit.*

Quod autem, Beatissime Pater! antiqui Orientales tum catholici, tum schismatici pro favore Divini Primatus et praerogativarum Romani Pontificis reipsa e corde scripserint, liceat mihi adinstar demonstrationis istius, hac faustissima et singulari occasione Iubilaei pontificii Sanctitatis Vrae ad pedes eiusdem deponere hunc libellum, qui *ducenta viginti octo* pretiosa documenta, a me anno elapso in variis codicibus syriacis Vaticani collecta, complectitur. Hoc humili oblato meo, Beatissime Pater! non tantum toto corde me associo tot millionibus fidelium filiorum, ut congaudeam et congratuler Sanctitati Vrae occasione sui Iubilaei pontificii, sed etiam ut *toto animo protester contra pervicaciam horum paucorum infelicium rebellium*, declarando me semper alienissimum ab omni eorundem reprobanda opinione, orandoque Deum ut eosdem illuminet, ut conversi, ad infaustam abyssum non ruant. *Profiteor quoque, me semper subiectum et devotissimum futurum Sanctitati Vrae et Sanctae Sedi Apostolicae*, dicendo cum apostolis: *Ad quem ibimus? Verba vitae aeternae habes.* Denique oro Deum, ut in remunerationem tantorum dolorum, quos Sanctitas Vra tam longo iam tempore patitur, priusquam oculos eiusdem in somnum iustorum claudat, eidem triumphum Ecclesiae ubique et super omnes videre concedat; prostratus ad pedes Sanctitatis Vrae, apostolicam benedictionem pro me, pro Clero meo, et debili, sollicitudini meae concredito populo humillime imploro, et cum omni veneratione, devotione et filiali subiectione persisto. Londini 15 Augusti 1871."

5. *Liter. cath. ex Germania.*

3832. **M. Pachtler** S. I. *Acta et Decreta SS. et Oec. Concilii Vaticani, die 8 Dec. 1869 a SS. D. N. Pio Papa IX inchoati.* Friburgi Brisgoviae. 1871. Duabus absolvitur opus partibus: prima recenset acta publica, quibus Conc. Vaticanum praeparatum est, incipiendo ab Encyclica et Syllabo errorum anni 1864; altera complectitur acta publica et decreta ipsius Vat. Concilii. Accedunt instar appendicum: Lexicon geographicum Dioeceseon, et Catalogus Praelatorum Eccl. Cathol.

3833. **G. Schneemann** S. I. *Die Kanones und Beschlüsse des hochheiligen oekumenischen und allgemeinen Vaticanischen Concils; deutsch-lateinische Ausgabe. Mit den hauptsächlichsten conciliarischen Actenstücken, einer statistischen Uebersicht der kathol. Hierarchie und einer historisch-dogmatischen Einleitung.* Freiburg. 1871. *Introductio* operi praemissa magni est momenti: sistit quippe ob oculos genuine statum sat tristem Ecclesiae, non modo a potestatibus tenebrarum validissime oppugnatae, verum etiam interne a multiplicibus systematibus, *Iansenismo*, *Gallicanismo*, *Febronianismo*, *Iosephinismo*, *ecclesiastico Liberalismo* et *Indifferentismo* etc. dilaceratae, quae omnia divinam Ecclesiae constitutionem, ac cumprimis Primatum R. P. eiusque sublimes praerogativas convellere nitebantur. Satis sit observare, editorem sequentibus potissimum paragraphis rem suam insigniter agere: *Erschütterung der geistigen Welt beim Herannahen des im Vaticanum sich vollziehenden Gottesgerichtes, — der kirchliche Liberalismus mit seinen Verbündeten, — Beginn und Organisation der wider das Vaticanum gerichteten Bewegung in Deutschland, — zwiespältige Ansicht unter den Vätern in Betreff der Definition der päpstlichen Unfehlbarkeit, — Aufregung der öffentlichen Meinung, — vergebliche Versuche der Diplomaten, — Geisterkampf innerhalb und ausserhalb des Concils.*

3834. **I. B. Andries** Alphonsi Salmeronis *doctoris To-*

letani atque in Concilio Tridentino theologi doctrina de Iurisdictionis Eppalis origine ac ratione. Ex variis eiusdem commentariis conscriptam ad comprobandum Concilii Vaticani de iurisdictione eppali oraculum apto ordine disposuit notisque illustravit. Moguntiae. 1871. Auctor praemisso in Prolegomenis historico excursu super eo, quantopere inde a Graeco schismate principatus Cathedrae Romanae amplitudo in scholis explorari et reflexa quadam indagatione definiri, iura primae Sedis, et genuina eorum ad iurisdictionem Epporum ratio confundi, invidiosisque et malignis superciliis eorum, qui potius ratione duce quam magistro Christo Ecclesiam sibi vellent construere, infringi ac despici coeperint, erroresque permulti circa originem ac propagationem iurisdictionis eppalis mentes hominum occuparint: oraculum Vaticanum de iurisdictione Eppali per summam Romani Pontificis potestatem non modo non imminuta sed potius asserta, roborata ac vindicata (verba Conc. Vat.) illustraturus, proponit doctrinam insignis theologi Salmeronis de Eppali iurisdictione: quod videlicet *Eppalis iurisdictionis potestas in genere divinitus condita, per Romanum Pontificem, in quo eius plenitudo tota residet, derivetur in singulos Eppos tamquam in determinata subiecta, per ipsum in partem sollicitudinis vocata.* Doctrinam hanc copiosissimis Scripturarum, Patrum, Doctorum, rationumque theologicarum testimoniis a Salmerone probatam amplius adhuc illustrat editor, et congruis notis reflexe ad Synodum Vaticanam comitatur. In *Notis* perstringit desiderium sic dictae *reformationis in Capite;* vindicat *Eppis in Concilio munus iudicum;* quaestionem, utrum *Conciliorum institutio sit de iure ecclesiastico vel divino*, sic resolvit, quod Concilium sit quidem inventum Spiritus S. tacite suggestum Petro eiusque successoribus, sed suggestio haec ius mere ecclesiasticum efficiat, a libera voluntate ac auctoritate Summi Pontificis dependens; de controversia, *num auctoritas Papae sit supra Concilium vel vice versa*, tenet: auctoritatem Summi Pontificis superiorem esse illa reliquorum Epporum collective sumtorum, cum sit plena, Epporum vero participata; quaestionem proin quoad formam esse illusoriam, siquidem Concilium a Papa separari nequeat. — Auctor *Brevi* aposto-

lico honoratus fuit, cuius tenor sequens est: „Pius PP. IX. Dil. fili etc. Gratulamur tibi, dil. fili, quod cum ante ipsa Vaticani Concilii exordia doctrinas illas explicare coeperis, et propugnare, quas postea S. Synodus definivit: nunc quae definita fuerunt exponere pergas, et prolata traditionis Patrumque et Theologorum auctoritate munire et exornare. Quocirca peramanter excepimus opus tuum, quo *Salmeronis* doctrinam secutus *de iurisdictionis Eppalis origine ac ratione* disseruisti; libenterque discimus, maiori etiam operi studia te conferre, quo *apostolicum docendi Primatum* demonstres uberioreque luce conspergas. Deum vero rogamus, ut gratia sua laboribus tuis adsit, amplumque fructum concedat, tibi autem mercedem, quam decertantibns pro Ecclesia sua et veritate paravit. Favoris eius auspicem idcirco, nostraeque paternae benevolentiae pignus apost. bened. etc. Datum Romae die 4 Ianuar. 1872.“ (Alludit Breve ad opus auctoris, quod sub nomine *Rudis* pro infall. R. P. concinnavit, quodve in nostra literatura iam laudatum est.

3835—3837. **Conrad von Bolanden,** (Joseph Bischoff) notissimus diebus nostris germanicus scriptor tribus libellis oppugnat neoprotestantes, in forma sic dictarum Novellarum exaratis: a) *Die Unfehlbaren. Volksnovelle.* Mainz. 1871. (in 6 editionibus plusquam 20 millia exemplarium distracta) — b) *Der alte Gott. Erzählung für das Volk.* Mainz. 1871. (prima editio in 30 mille exempl.) — c) *Der neue Gott. Erzählung für das Volk.* Regensburg. 1871. (in 70 mille exempl.)

3838. **B. H. Grundkötter** (sacerdos Monasteriensis), *die Verfassung der Kirche.* Münster. 1871. Scopus libri est, ex testimoniis Patrum e primis 5 seculis demonstrare, constitutionem Ecclesiae, prout a Iesu Christo stabilita fuit, actu persistere. Maxima pars libri agit de Romano Pontifice eiusque infallibili magisterio: cuius rei causas auctor sic assignat: „Dass die Frage nach dem *Einzigen Oberhaupte* und seiner *unfehlbaren Lehrgewalt* eine ganz besondere Berücksichtigung fand, wird man bei dem Zwecke unserer Schrift noch besonders aus Folgendem für begründet erachten: 1. *weil es nur Einen Papst auf Erden gibt, und weil wenn er erwiesen*

ist, man sofort erkennt, welche die rechte Kirche sei; 2. weil im Papstthum die ganze Verfassung der kath. Kirche angelt; 3. weil auch für die gebildeten Nichtkatholiken die Papstfrage gleichsam die Cardinalfrage bei ihrem Uebertritte zur kath. Kirche zu bilden pflegt; 4. weil eben das Papstthum in gegenwärtiger Zeit das Interesse der ganzen Welt in so hervorragender Weise in Anspruch nimmt." — Dum argumenta ex SS. Literis profert, retundit obiectionem illam, quasi loca biblica unice Primatum, et non una inerrantiam involverent: *Im Gegentheil gehört jene Unfehlbarkeit zum Wesen des Primates selbst; — denn von der Einheit des Glaubens nimmt die Einheit der Kirche ihren Anfang. Ist nun der Papst da, um die Einheit der Kirche aufrecht zu erhalten, so muss er vor Allem die Einheit des Glaubens erhalten. Daher muss er unfehlbar entscheiden können, was von der ganzen Kirche als geoffenbarte Lehre zu glauben, oder als der Offenbarung widersprechend zu verwerfen ist. Der Papst kann eben nur Papst sein, wenn er unfehlbar ist.*

3839. **A. Maurel** S. I. *die Kirche und ihr Oberhaupt. Nach der zweiten französischen Auflage übersetzt und mit vielen Zusätzen und Anmerkungen versehen.* Regensburg. 1871. Liber in forma catechetica anno 1868 gallice elucubratus et a Summo Pontifice per epistolam ad auctorem missam laudatus, ut in literatura de Primatu vol. VI. adnotavimus. Hic germanicam laudamus versionem, et literaturae Conciliari inserimus propterea, quod versor ex occasione ferventis de Concilio Vaticano dissidii opus ediderit, et auctor infallibilitatem R. P. egregie tuitus fuerit. Ad quaestionem, *num ad casum universalis Epporum dissensus a decisione Summi Pontificis, decisio haec pro infallibili habenda sit?* respondet: casum eiusmodi in Ecclesia numquam evenire posse. Citat nihilominus dictum *S. Ioannis Capistrani* (*Amandi Herrmann* Capistranus triumphans. Colon. 1700. p. 76.): *Si totus mundus sentiat in aliquo negotio fidei vel morum contra Papam, videtur quod sententiae Papae standum esset, quia Generale Concilium hanc plenitudinem potestatis et infal-*

libilitatis a Christo numquam accepit, sed solus Petrus prae omnibus et pro omnibus.

3840. **Ios. Gerber** *Unfehlbarkeit des Papstes. Gedanken eines Laien.* Aachen. 1871. Stylo populari admodum clare proponit et vindicat inerrantiam Papae, eamque rationi congruam fusius demonstrat, obiectiones adversariorum elidendo, et definitionem Vaticanam ceu magnum pro Christianitate beneficium celebrando.

3841—3850. **Schuler** *die Land-Lügen der Döllinger-Secte wider das unfehlbare Lehramt des Papstes. Zur religiösen Aufklärung allseitig beleuchtet. Zehn Einwände in zehn Hefte eingetheilt.* München. 1871. Praemittit catalogum 67 excelsorum titulorum, quibus praecipui Patres, Doctores et Concilia Romanum Pontificem honorarunt; tum refutat 10 fasciculis totidem praecipua adversariorum argumenta.

3851. **Merkle** *die lehramtliche Unfehlbarkeit des Papstes.* Dillingen. 1871. Concio festivalis, debitam notionem infallibilitatis pontificiae exponens, et antiquitatem doctrinae per Concilium definitae asserens.

3852. *Katholiken, lasst euch nicht in die Irre führen! Ein kurzes Wort zur Belehrung und Aufklärung über das unfehlbare Lehramt der Kirche. 2. Aufl.* Soest. 1871.

3853. **Konrad Martin** Bischof von Paderborn, *was uns das Vaticanische Concil über den Papst zu glauben vorstelle? Ein Hirtenwort. Mit der beigefügten ersten dogmatischen Konstitution von der Kirche Christi nach der approbirten Übersetzung des Domkapitulars* „Molitor". Paderborn. 1871. Encyclica quadragesimalis, decretum Vaticanum explicans.

3854. **W. E. Fr. v. Ketteler** Bischof von Mainz, *das unfehlbare Lehramt des Papstes nach der Entscheidung des Vaticanischen Concils.* Mainz. 1871. Eruditus commentarius in decretum Concilii, eo scopo elaboratus, ut partim accurate et complete exponatur mens ac sensus Concilii circa infallibile magisterium R. P. partim errores ac hallucinationes adversariorum in nihilum redigantur. De sententia Concilii, *quod definitiones pontificiae sint ex sese, et non ex consensu Eccle-*

siae irreformabiles, scribit: — *Das* Aus sich selbst *bezieht sich unmittelbar und direkt auf das Verhältniss dieser Entscheidungen* (des Papstes) *zur Kirche und den Bischöfen, und heisst somit mit anderen Worten, dass der Papst bei seinen Aussprüchen* ex cathedra *unmittelbar selbst in seiner Eigenschaft als Oberhaupt die göttliche Assistenz habe, und nicht mittelbar durch Andere, nicht durch nachträglich hinzutretende Zustimmung der Bischöfe. — Diese Lehre aber — hat nichts zu thun mit der Auffassung, als ob ein solcher Act des Papstes ein vollkommen isolirter und vom ganzen übrigen Lehrkörper getrennter sei. Die erste Constitution des Vat. Concils gibt uns hiefür den herrlichsten Beweis. Hier haben wir ausdrücklich eine Entscheidung* ex cathedra, *das Wort selbst wird da gebraucht, und dennoch sehen wir zugleich die Beihilfe des ganzen Episcopates:* Nunc autem sedentibus nobiscum et iudicantibus universi orbis Eppis in hanc oecumenicam Synodum auctoritate nostra in Spiritu S. congregatis — ex hac Petri cathedra etc. — *So weit ist die Kirche davon entfernt, den Begriff der Trennung des Papstes vom Episcopat mit der Lehre zu verbinden, dass das Oberhaupt der Kirche aus sich selbst und nicht durch andere bei solchen Lehrentscheidungen unfehlbar sei.* — Ad obiectionem, quasi decreto Vaticano *nova* proponeretur doctrina, fuse respondet, ostendendo: a Concilio nil novi, sed solum conformiter traditioni antiquae id fuisse decisum, quod definitiones R. P. ex cathedra factae etiam extra Concilium sint ex se, et non ex consensu Ecclesiae irreformabiles, videlicet per divinam assistentiam Capiti Ecclesiae factam. De *relatione infallibilis magisterii R. P. ad infallibilitatem Ecclesiae* pronunciat: *Die Kirche selbst sei kraft ihrer unauflöslichen Vereinigung mit Christus und dem heil. Geiste unfehlbar, und sie bethätige diese ihre Unfehlbarkeit durch die von Christus eingesetzten Organe des kirchlichen Lehramtes, je nach den Bedürfnissen der Kirche und der Leitung der göttlichen Vorsehung, bald durch vom Oberhaupte der Kirche allein ausgehende Lehrentscheidungen, bald durch die Lehrentscheidungen allgemeiner Concilien,*

in welchen der gesammte Episcopat mit dem Oberhaupte der Kirche in untheilbarer Einheit zusammenwirkt.

3855. **Fr. Frank** *Leichenreden, welche der kath. Kirche und dem apost. Stuhle schon gehalten wurden, zusammengestellt.* Paderborn. 1871. Opusculum praecipue ad civilem principatum S. Sedis se refert, pluribus tamen locis ingeminat: frustraneos esse quosvis nisus haereticorum, et adversariorum contra sublimes Pontificis Romani praerogativas, et cumprimis inexpugnabile fundamentum Ecclesiae in S. Sede collocatum.

3856. **I. Hergenröther** *Kritik der v. Döllinger'schen Erklärung vom 28 März d. J.* Freiburg. 1871. Auctor, iam ex literatura anni 1870 tamquam praeclarus catholicae veritatis adversus Döllingeriana somnia pugil notus, in praesenti opere famosam declarationem Döllingeri omni ex parte versat et refellit; cumprimis sic dictas 5 theses, quas Döllingerus contra Vaticanum inerrantiae pontificiae decretum proposuit, et coram Commissione ab AEppo Monacensi designanda palam se propugnaturum obtulit, in examen vocat, et ostendit, eas non aliud continere, quam principia iam in opusculis et declarationibus annorum 1869 et 1870 vulgata, ac refutata. Provocat energice Döllingerum, ut ad sinum Ecclesiae Catholicae, quem per suam declarationem iam deseruit, ocyus reverti satagat.

3857. *Das Vaticanische Concil mit Rücksicht auf die* „Meringer" *Wirren. Von einem Priester der Augsburger Diöcese.* Augsburg. 1871. Populari stylo demonstrat auctor inanitatem quorumvis effugiorum, quae novi sectarii in medium proferunt, non secus et vanitatem argumentorum inobedientis et refractarii parochi *Meringensis* in dioecesi Augustana.

3858. **G. Kniep** *Gespräch über die Unfehlbarkeit des Papstes zwischen dem Lehrer* **Meyer**, *dem Ortsvorsteher* **Beyer**, *dem liberalen Katholiken* **Dreier**, *und dem Protestanten* **Schreier**. Hildesheim. 1871. In forma popularis dialogi ingeniose non minus ac vere confutat neoprotestantes.

3859. **A. Vraetz** *die Lehre von der päpstlichen Unfehlbarkeit — gegen die Angriffe des Dr.* „I. F. v. Schulte" *vertheidigt.* Köln. 1871. Graves detegit errores, et argumenta

ad absurdum ducentia, quorum Pragensis Professor se reum fecerit, miraturque virum eruditum et tot annis SS. Canonum doctorem prorsus hiulcis et summam ignorantiam vel certe pessimam voluntatem monstrantibus momentis rationum rem suam agere potuisse!

3860. **A. Riedel** Pfarrer in Tiefenbach, *die Unfehlbarkeit des Papstes in seinem obersten Lehramte. Für das lesende Publikum erläutert.* Augsburg. 1871. Auctor in appendice libelli reflectit 1. in *Breviario Romano* ad diem VIII Dec. quippe festum Immac. Conc. BMV. in Lectione VI ad Matut. haec verba contineri: *Pius IX P. M. totius Ecclesiae votis annuens statuit* **supremo suo atque infallibili oraculo** *solemniter proclamare* etc. 2. In epistola Pii IX ad Card. Vicarium suum 1871 data, qua de Soc. Iesu et de sic dictis concessionibus Gubernii Subalpini suam enunciat mentem, diserte declarari: *Romanum Pontificem divino implorato lumine et auxilio id facere et praecipere, quod rectum et utile iudicaverit Ecclesiae; in gravioribus vero negotiis eorum opera uti consvevisse, — quos materiae, de qua agitur, peritiores, sententiam suam sapientius ac prudentius proferre posse arbitratur.* E quibus concludit auctor: tam Eppos infallibile oraculum R. P. mox post promulgatum dogma Immaculatae Conc. BMV. recognovisse, quam Summum Pontificem declarasse, quod in rebus gravioris momenti aliorum etiam opera uti consveverit Romanus Pontifex.

3861. **I. Schmitt** *Döllinger, seine Erklärung und sein Anhang, gemeinverständlich besprochen.* Freiburg. 1871. Examinata omni ex obtutu famosa *declaratione* Döllingeri, suam de ea et universim de assumtis ab illo principiis, sic depromit sententiam: *Vom Standpunkt des kathol. Glaubens aus betrachtet ist sie offenbar haeretisch; — vom wissenschaftlichen Standpunkt aus — hat er die Logik verloren (*wie er selbst vom Tertullian nach seinem Abfalle von der Kirche sagt), — *und ist in fast kindische und leidenschaftliche Ausfälle der geistigen Impotenz verfallen* (wie er selbst vom bekannten kath. Philosophen „Baader" urtheilt); — *vom moralischen Standpunkt aus, — muss Einen wahrhaft an-*

eckeln der Gelehrtendünkel, der Hochmuth, die empörende Impietät etc.

3862. **F. Lierheimer** *der Papst und seine lehramtliche Unfehlbarkeit. Neun Kanzelvorträge.* Regensburg. 1871. Sex concionibus complectitur universam de infallib. R. P. materiam: nam primae tres conciones instar introductionis haberi possunt. Memoratae autem sex conciones haec habent argumenta: *Der richtige Begriff und die irrigen Vorstellungen von der lehramtlichen Unfehlbarkeit des Papstes; — Christus verheisst und verleiht dem Oberhaupte der Kirche die lehramtliche Unfehlbarkeit; — Die Kennzeichen der Kirche fordern ein unfehlbares Oberhaupt; — Die Unfehlbarkeit im Lichte der Erblehre; — Widerlegung einiger Einwendungen; — Die Bedeutung der Excommunication.*

3863. **Papst Honorius** *und Prof. Dr.* **Aemil Ruckgaber,** *Pfarrer von Wurmlingen. Vom Verfasser der Regensburger Broschüre*: Die Honoriusfrage. Regensburg. 1871. Eruditi anonymi auctoris, cuius opusculum in titulo memoratum (contra Eppum Rottenburgensem directum) suo loco iam recensuimus, de merito libelli Ruckgaberiani haec est opinio: *Der Hr. Pfarrer — verfolgt zwei Zwecke: die Anfeindung zweier Schriften als nähern, als weitern Zweck aber die Lösung einer Frage, die eben so schwer ist, als das Problem von der Quadratur des Cirkels, wie nämlich die Nicht-Unterwerfung der sogenannten Altkatholiken unter das Vaticanische Concil dennoch eine Unterwerfung sei, und wie man einen infallibeln Papst bekennen könnte, ohne doch sich dessen Entscheidungen fügen zu müssen. — Wir betrachten die ganze Schrift des Herrn* Ruckgaber *als dasjenige, für was sie sich auf dem Titelblatte ankündigt, als einen Versuch zur Verständigung, aber leider als einen verfehlten.*

3864. **Mich. P. Alcantara Herrmann** *teutsche Religion und römische Unfehlbarkeit. Diatribe für gebildete Christen, Israeliten, und Freireligiöse. Mit einem Vorwort von* **I. Lukas.** Passau. 1871. Praefatio humoristica, sed acriter pungens hodiernos liberos murarios et neoprotestantes; liber autem auctoris in eorum numero censendus, qui sinceram adhae-

